THESES SCRIPTURISTICÆ,

IN GENESIN ET EXODUM

Ex Textuum explicativis, Historicis, Chronologicis, Theologicis, & Dogmaticis Quæstionibus,

QUAS

PRÆSIDE

F. CANUTO ESSER,

Ordinis FF. Minorum S. Francisci Recollectorum Sacræ Scripturæ Lectore ordinario


defendent

EJUSDEM ORDINIS RELIGIOSI

P. LUCHESIUS KRAUTWIG, Assistens Studii.
F. CLODOVEUS GLASMACHER.

Aquisgrani in Sacello Fratrum Minorum Recollectorum Ao. 1763. Die 4. Maji manè ab 8. post Merid. à med. 2.





Aquisgrani, Typis Joannis Wilhelmi Ferdinandi Müller Urbis Typographi.

EX PROLEGOMENIS.

I. PUlchra hæc mundi, cœlorúmque sphæra quosdam quidem altissimæ Divinitatis characteres
nostris subjicit oculis legendos ; sed imperfectus est hic liber, sciatica tantùm elementa sup-
peditans ; vestigia, inquam, potiùs, quibus quasi ex ungue leonem agnoscas, quàm claram ab-
solutámque Scriptoris sui descriptionem. Adde, quod cœli mundíque sphæra, naturæ folio
exarata charactere, nihil eorum dictat, quæ naturæ terminos transcendunt, quibus ad beatificam Dei
visionem, finem ultimum, transvehamur. II. Alii ergò requirebantur characteres, doctrina nempe
revelata, quæ non mutam aliquam speciem, sed distincta de ultimo fine ac mediis, sensa mentibus no-
stris ingereret. III. Hanc jam à mundi exordio primo homini vix creato à Divina esse largitate tra-
ditam, quâ ille mulierem & posteros instrueret, ac instruxit, Divina nos docet historia. IV. Hæc do-
ctrina credibilis fit ex ejus rationabilitate, & ècontra singulorum errorum irrationabilitate : ex vatici-
niorum veracitate : ex ipsius Dei testificatione ; miraculis, inquam, quæ sunt diplomata & sigilla Di-
vina, quibus testatur, præconem & à se mitti, & cum non propria inventa, sed vera ac indubitata Divi-
næ revelationis & voluntatis jussa annuntiare ; vel testatur hunc defunctum in hujus doctrinæ profes-
sione ad tantam gloriam pervenisse. V. Talia sigilla à Deo præconibus suis data invenimus Exo 4. & 19.
Marc 16. imò & hujusmet dationis testimonia credibilia nimis legimus Exo. 20. & act. 2. ut nempe
Ecclesia seu multitudo præsens eorum, quæ vidit, & à Dei præcone tradita accepit, testimonium perhibeat
generationi, seu Ecclesiæ sequenti, & hæc iterum sequenti : ista ità religiosam Judæis impresserant fi-
dem, ut post multa Sæcula dicant Joan. 20. *Nos scimus, quia Moysi* &c. h. e. sine ulla hæsitatione
credimus fide Divinâ. VI. Sed hi characteres seu credibilitatis motiva soli propria sunt revelationi,
quam Apostolica Catholica tradit Ecclesia. Hæc sola potest ostendere, se à generatione in generatio-
nem accepisse, & custodire ea, quæ Apostoli, se à Christo audivisse, primæ nascenti Ecclesiæ, sub Dei
sigillo attestata reliquerunt. Hanc suâ potest assistentiâ regere Deus, ut & non erret ejus testimonium,
& huic omnes obedire teneantur : imò id necessum erat, dum institutam à se rempublicam voluit non
esse *Regnum in se divisum* ; & dum nos ad cœlum ducere voluit per media, non quæ humana spe-
cularetur prudentia, ac hominibus credere placeret, sed quæ ipse præscribit, ac revelavit. Atque id
pro omni tempore fuisse, testatur ipse Deut. 17. & Joan 14. Matt. 28. Marc. 16. VII Miracula non
potest Deus facere in falsæ doctrinæ confirmationem. VIII. Multa, quæ pro communi mundi salu-
te revelare dignata fuit Divina bonitas eximiis animabus, voluit etiam scribi, quò ea semper ad manum
habere, lectitare ac revolvere possemus. IX. Scripta hæc contenta in iis libris, quos nobis attestatur C.
Trid. Ss 4., vocantur & sunt Scripturæ sacræ. X. Permittere non potest Deus, ut liber in canonem
Ecclesiæ suscipiatur, qui non est divinitus inspiratus : possunt tamen libri esse divinitus inspirati, qui
non consequantur canonis dignitatem ; non quòd canone indigni, sed quòd canoni ex intentione Di-
vina non sint consecrati. XI. Quàmdiu de libri alicujus Divinitate definitivum Ecclesia non edidit
testimonium, licitè dubitatur de doctrinæ in eo contentæ Divinitate, etsi à particularibus Ecclesiis
in canonem esset receptus ; hinc de similibus, ante C. Trid., dubiè scripserunt varii DD. Catholici:
sed post canonem Ecclesiæ, his libris necesse est nos credere, si credimus Evangelio ; quoniam tam il-
los quàm Evangelium similiter nobis Catholica commendat authoritas. S. Aug. XII. Inde alii ap-
pellantur Proto-, alii Deutero Canonici. XIII. Hos dum Divinarum Scripturarum canoni adscribit
Ecclesia, non novam cudit Dei revelationem, sed id, quod à Deo revelatum & per Apostolos traditum
accepit, jam publicè & authenticè testatur, & ex jurisdictione sibi à Deo collata præscribit Fidelibus, quo
hos à deviis arceat. Ad hoc sufficit sola extrinseca Spiritûs S. assistentia, quæ nunquam permittet, ut
universa Ecclesia, h. e. corpus capiti conjunctum seu communicans, teneat aliquid esse articulum fi-
dei, si ità in se non sit : ad hoc se obligavit Deus, dum promisit portas inferi non prævalituras : in
manu ejus sunt corda hominum : potest ea inclinare, intellectum illuminare, impedientia removere
&c., ídque etiam insensibiliter absque novo miraculo. Non requiritur, ut Papa vel PP. cum co-
congregati vocem de cœlo audiant, aut internum quilibet percipiat motum à Deo (uti nobis expro-
brant AA.) id nec in primo Ecclesiæ Concilio, act. 15. legitur de Apostolis, qui tamen promisso
Christi confisi securè scribunt : *visum est Spiritui S. & nobis* ; nec licebat ulli disquirere, an
benè, an malè decidissent, XIV, Omnium tam judæorum quàm PP, consensu Pentateuchi author est
Moyses :

Moyses : hanc plus 3000. annorum possessionem non turbant neo-Critici ; sicut nec olim Hæretici
Nazaræi. Sed an ab alio Hagiographo quædam ei sint additæ partes, est incertum. XV. Verosimile
est, ante Moysen, fortè & ante Diluvium, varia in populo Dei, extitisse, quæ exciderunt, scripta de ge-
nealogiis, Sacrificiis &c. sed an etiam aliqui perierint libri Divini, non constat : potuit hoc Deus ob ra-
tiones sibi notas velle, sicut voluit perire vel latere plura Christi verba & gesta, utì legimus Joan. ult.
XVI. Quòd librorum à C. Trid. traditorum genuina (etsi non originalia) ad Ecclesiam pervenerint
exemplaria, certum est ex hoc, quòd nostra vulgataa latina declarata sit authentica. XVII. Ut aliquid
sit verum verbum Dei scriptum, debet id procedere à Deo conceptum suum enuntiante literis, quas
scribat vel ipse vel alius ipso mandante simul & inspirante. XVIII. Quidquid ergò in S. Scriptura
continetur, est verbum Dei scriptum, fidem Divinam requirens: & sicut dicere, quòd possit Deus men-
tiri in parvis aut sibi contradicere, esset blasphemia contra Dei veracitatem : ità eidem repugnat Dei
veritati, dicere, quòd articulus de cœna, & alii, in quibus Luth. & Calv. dissentiunt, sint tales, de quibus cre-
dere liceat, quod placet. XIX. Libri, vet. test. captivitate Babylonicâ priores, credantur esse scripti he-
braicè : posteriores chaldaicè, seu linguâ ex iis mixtâ, quæ Syriaca, quandoque Hebraica vocatur : &
aliqui græcè. Hac linguâ creditur & scripta major pars novi Test XX. Qui ex Hebræa lingua scrip-
turas in Græcam verterunt, numerari possunt : Latini autem interpretes nullo modo, aït S. Aug. l. 2.
de Doct Ch. Inter Græcas celebris est, quæ LXX. interpretum dicitur. Hæc ante Christum natum
291. annis, *Alexandriæ* à 72. Hebræis, pietate, sapientiâ, linguarum peritiâ eximiis viris adornata tradi-
tur : ex hac Christum & *Apostolos* quandoque scripturas citâsse dicunt periti. Hanc, tanquam sola
esset, recepit Ecclesia : ex hac etiam in Latinam linguam interpretatum est, quod Ecclesiæ latinæ tene-
bant, aït S. *Aug.* 18. de civ. Ergò fuit, & adhuc est, authentica, in quibus non est corrupta. Hanc ab istis
72. viris elaboratam negant aliqui. Sed non credimus 1. hos jam post 2000 annorum fideliora habere
documenta, ex quibus ipsam historiæ substantiam (de variis circumstantiis, quas SS. Patres suspectas ha-
bent, non est sermo) impugnant, quam habuêre coævi, qui eam defendebant, & à quibus eam SS. PP.
accepêre. 2. Quòd SS. PP qui sub nomine LXX. eam citant, & scriptis suis illustrant, omnes vel
cœcè, sine examine, hanc historiam ratam habuerint, vel his suis maluerint scriptis in errore hoc con-
firmare posteros, quàm ipsi critici videri. XXI. Inter Latinas celebris est nostra vetus & vulgata à
C. Trid. ùt authentica attestata & præscripta. Qui in ea libri continentur (ùt à Majoribus nostris
quasi per manus traditum nobis est) partim ex S. Hieron. translatione vel emendatione suscepti sunt;
partim retenti ex antiquissima quadam editione latina, quam S. Hiero. communem & vulgatam, S.
Aug Italam, S. Gregor. veterem translationem appellat, ait præfatio in biblia Clem., quæ habetur in
fronte bibl. Latinorum. Ista Itala vel à S. Petro, vel ab Apostolorum Discipulis adornata creditur.
Tam hujus autor, quàm S. Hiero., quos universa, plus 800. annis ante Luth. & Calv. laudavit Eccle-
sia, fideles & periti habendi sunt præ Calvino, qui nostram toties carpit editionem vulgatam. XXII. Ver-
naculæ bibliorum versiones ab Ecclesia toleratæ (non tamen authenticæ) sunt solæ, quæ ex vulga-
ta latina, à Clem. VIII. correctâ, fideliter sunt traductæ. Harum lectionem plebi Catholicæ absolutè
quidem non prohibet regula 4. indicis Trid. ; sed jure eam non nisi cum dependentia à superioribus
concedit ; unde observa receptam tuæ Diœcesis consuetudinem. XXIII. Sensus Scripturæ S. non est
ille, quem legens, ex ignorantia vel præsumptione sæpe ex verbo sacro sibi efformat, & aliis quasi
sensum Dei venditat, sed solus ille, quem Deus ejus autor per verba intendit. Hic est quadruplex : li-
teralis, allegoricus, tropologicus, & anagogicus. Hic quadruplex in eodem quandoque adunatur loco ;
quandoque triplex ; quandoque duplex ; semper exprimitur literalis ; etiam quandoque multiplex in
eadem sententia. XXIV. Potest Deus homini privato verum S Scripturæ sensum revelare ; sed si is
non sit per legitimos Ecclesiæ Apostolicæ Prælatos missus, sed jactet se extraordinariè à Deo missum
esse, non est rationabile ei credere, nisi priùs ostendat Divinum hujus missionis testimonium : tale habet
sola Ecclesia Catholica.

Textûs Explicatio à Cap. I. Gen. usque ad Cap. 8. seu ad Diluvium.

NE putaretur mundus ex se suáque vi constare : aut ab æterno fuisse : aut ante eum extitisse ange-
los, vel aliam creaturam : aut mundum mediantibus angelis esse productum : hinc liber Gen. ℣. 1. ità
incipit

incipit : *in principio creavit Deus cælum & terram* : in principio tam temporis, quàm om-
nium rerum productarum. Item *in principio* h. e. Deus Pater creavit in filio, per quem omnia
facta sunt ; qui aït Ps. 39. *in capite libri scriptum est de me.* Non dicit Moyses : in principio
erat, sed *creavit*, ad distinctionem Filii Dei æterni, de quo in capite alterius libri dicitur : *in prin-*
cipio erat Verbum. ℣. 2. *& Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Hunc Spiritum Ec-
clesia Sabbato S. in Benedictione fontis dicit esse Spiritum S. Is dicitur ferri *super*, ut ostendat
Deum non necessitate aut indigentiâ alicujus impulsum creâsse mundum, sed ex mera bonitate ; nam
qui ex indigentia operatur, operibus ipse suis magìs subjicitur, quàm superfertur. *Ferebatur*, non
corporalibus locis, sed excellentiâ potestatis. ℣. 5. *Factum est vespere & mane dies unus.*
Primò dicit, *vespere*, ut indicet se numerare integrum diem naturalem, quem computet non à tene-
bris ℣. 2. memoratis ; sed à primo lucis creatæ ortu vel mane, usque ad sequens mane. ℣. 6. *Fiat*
Firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis &c. Hinc super firmamen-
tum, usque ad cœlum empyreum credimus dari veras aquas. C. 2. ℣. 7. *Inspiravit in faciem*
ejus Spiraculum vitæ : per hoc ostendit, quod anima hominis est ab extrinseco per creationem.
℣. 8. *Plantaverat . . . Paradisum voluptatis.* Hunc adhuc extare credimus eodem, sed ho-
minibus incognito loco. Cap 3. Serpens, quo organo Diabolus decepit mulierem, fuit verus Ser-
pens, & in Paradiso. ℣. 8. *Cùm audivissent vocem Dei deambulantis.* Sicut alibi dicitur
vox tonitrui, vox aquarum : ità hìc per *vocem Dei* intellige fragorem, quo Deus, qui anteà blande
Adamo apparere solebat, jam quasi peregrè adveniens, irâ tumens, pressis vestigiis quasi terram concu-
tiens & arbores tremefaciens, adventum suum Adæ præsignificare voluit, ut territus scelus agno-
sceret, confiteretur, Dei misericordiam imploraret. ℣. 15. *Inimicitias ponam* &c. hìc promitti-
tur BB. V. Maria, quæ per benedictum Filium suum contrivit caput Serpentis infernalis. ℣. 22.
Ecce Adam &c. est ironia : q. d. Adam in anima jam mortuus est, corpore etiam brevì moriturus
indiget victu propter famem, vestitu propter frigus & turpitudinem : ecce quàm ei impletum est
eritis sicut Dii. Cap. 4. Narrat genealogiam impiorum à Cain ortam ; & incipit, ac Cap. 5.
prosequitur genealogiam piorum ab Abel & Seth. Priorem S. Aug. civitatem Diaboli ; posteriorem
vocat civitatem Dei. In utraque legis Enochum & Lamech : sed sunt diversi ; nam posteriores sunt
Sancti, ad Christi genealogiam spectantes ; non ità priores.

HISTOR., CHRONOLOG., THEOLOG., ET DOGMAT. PRIMÆ MUNDI ÆTATIS

IN Pentateucho historicè tradit Moyses, quod in fidei Symbolo Apostoli. Hi tradunt Deum unum,
Creatorem cœli & terræ, & trinum in Personis : Moyses Deum Patrem in Filio & Spiritu S. crean-
tem : sed mysterium SS. Trinitatis Apostoli tradunt clarè : Moyses obscurè ; ut ex hujus scriptis illud
quidem agnoverint viri specialiter à Deo illuminati ; sed non populus, quia nimis rudis & ad Idolatriam
seu Deorum pluralitatem pronus. Hinc clara & explicita SS. Trinitatis fides Christi reservabatur Ec-
clesiæ ; Apostoli, mundum à peccatis per Filium Dei esse redemptum, nósque peccatorum remissionem
obtinere per media relicta in sancta Ecclesia Catholica : Moyses tradit historiam lapsûs, & Redemptio-
nem Patribus esse promissam : & ut Israëlitæ *non circumferantur omni vento doctrinæ in ne-*
quitia hominum, Ephes. 4. sícque ab æterna per Messiam afferenda salute excidant, eos Deut. 17.
mittit ad Principes Ecclesiæ, quos promittit, ex Dei assistentia, non erraturos in docenda veritate, eísque
obedire jubet &c. II. Itaque Moyses tradit Deum Patrem in, seu per Filium & Spiritum S. creâsse,
& spatio 6. dierum absolvisse ornatum cœli & terræ, & ultimo formâsse Adamum extra Paradisum, sed
huc [illegible] Adamum transtulisse ; ubi ex ejus dormientis costa formavit mulierem, ac inter eos, unum
& unum, Matrimonium instituit. III. Sed hæc intellige : non quasi Filius sit instrumentum Patris, & is
operari non potuisset, nisi Pater dexteram porrexisset ; sed quia Filius à Patre procedit, & Pater genuit
Filium

Filium Creatorem ; ità Pater dicitur causa eorum, quæ per Filium & Spiritum S. facta sunt. Neque
quasi sit novus in Deo motus in operando, sed intellige volitionem Dei æternam, quà absque ulla in
Deo mutatione nunc mundus existit, qui antè non erat. Nec intellige, quasi Deus totum diem impen-
derit huic vel illi producendo, sed quod solo nutu creavit (*ipse dixit & facta sunt*, Ps. 148.)
& per reliquum talis diei tempus conservavit. IV. Mundum in æquinoctio verno esse productum
definit Conc. Palæstinum sub Victore Papa anno. 198. & est magni ponderis ; sed quia est
Concilium particulare, non est fidei obligantis : & probabilis manet aliorum pauciorum opinio, mun-
dum in æquinoctio autumn. esse creatum, V. Dei perfecta sunt opera : hinc primos parentes crea-
vit perfectos (quoad corpus) sed magìs quoad animam, quæ est ad imaginem Dei, h. e. cognitionis
& amoris Dei capax, creata simul cum gratia justificante & justitia originali, & à necessitate moriendi
immunes; ut post feram hìc (virtute ligni vitæ) protractam vitam, non corpore privandi, sed im-
mortalitate supervestiendi fuissent & ipsi, & posteri. VI. Ex omni ligno Paradisi comedere indulse-
rat iis Deus, solum excipiens lignum Scientiæ. Hujus fructus ex se erat bonus, sicut & cæteri : sed eum pro-
hibuit Deus, ut obediendo ostenderet homo, se Deum ùt supremum Dominum agnoscere. VII Dia-
bolus invidus, per Serpentem, non ausus virum, mulierem aggreditur ; promittit, *eritis sicut Dii,*
scientes bonum & malum: ipsa *tulit de fructu & comedit, deditque viro suo, qui comedit,*
amicali quâdam benevolentiâ, quâ plerumque fit, ut offendatur Deus. VIII. Ipso facto privati sunt do-
nis gratiæ sanctificantis, justitiæ originalis, Dei inimici, morti addicti, è paradiso ejecti, simúlque posteros
omnes (exceptâ semper immaculatâ V. Mariâ) perdiderunt, ut omnes nascamur inimici Dei, sub Dia-
boli potestate, in ignorantia Dei & obligationis nostræ, cum magna ad peccatum propensione, in mag-
na impotentia ad operandum bonum, 1000. infirmitatibus & afflictionibus obnoxii, corporis & animæ
mortis rei : & mirum, nimiam hanc nostram miseriam, heu ! non sentimus, non dolemus, sed eam
amamus, in ea nobis complacemus ; Sed Adamum & Evam dignè pœnituisse, sícque salvos credimus. IX.
Impii sunt, omnem pravam concupiscentiam relaxantes Luth. & Calv., dum docent, Adamum per hoc
peccatum, & nos in illo, non amisisse donum aliquod gratiæ supernaturalis, nisi solum liberum arbi-
trium. Blasphemus contra Deum est Calvinus, dum aït, quòd Deus ab æterno decreverit, positivè
velit, Diabolo ùt instrumento utatur, ac hominem internè impellat ad peccatum. Et dum Luth. & Calv. ad
suam apostasiam ac libidinum turpitudinem tegendam, Clericorum cœlibatum impugnant ex hoc :
crescite & multiplicamini : cùm ex hoc argumento necessariò sequatur polygamia (ob disparem
utriusque sexûs numerum) contra Dei institutionem Gen. 2. & Matt. 19. ostendunt se non intendere
observantiam mandatorum Dei, sed solùm ea, quæ è re sua esse judicant ad simplices animas decipien-
das. X. Post peccatum & ex Paradiso ejectionem Adam ex Eva genuit successivè Cain & Abel, quos
Adam docuit offerre Deo Sacrificia : Sed Abel de optimis & piissimo corde obtulit ; non ità Cain. Et
cùm hæc Sacrificia non sint Deo grata ex opere operato, Deus cordium scrutator signo visibili declaravit
acceptari Sacrificia Abelis, & non Caini : hinc is ex invidia & odio meditatur Abeli mortem : illum,
frustra dehortatur Deus dicens : *Sub te erit appetitus ejus* (peccati) *& tu dominaberis illius*
&c. ; significans esse in Caini arbitrio, pravæ cupiditati as-vel dissentire, & cúm puniendum si assentiat.
Dum Calvinus hìc urget, non sequi liberum arbitrium, etsi Deus jubendo hoc dixisset, eo *quod Deus*
quandoque jubet impossibilia, jam novam Calv. addit blasphemiam : nam quis jubet impossibilia,
nisi qui non vult fieri, quod jubet ; h. e. insanus aliquis aut furiosus ? XI. Cain post fratricidium im-
pœnitens fuit *vagus & profugus super terram* ; non quòd totum per orbem vagatus sit ; sed
quia ex timore mortis, & conscientia criminis locum continuò mutabat. Habuit tamen numerosam po-
steritatem, inter quam fuit Lamech Polygamus adulter. Et sicut tota impiorum vota sunt ad bona &
gloriam mundi, quorum adeptione felicitatem suam, & eorum amissione summam miseriam definiunt;
ità de his additur, quomodo in terra sedem, quietem, & gloriam quæsierint, Civitatem ædificando, ar-
tes inveniendo ; & ècontra piorum tota vota sunt ad Deum; & mundi bona ùt caduca ac inania parvi
pendunt ; hinc de filiis Seth non legitur nisi Dei cultus. XII. Filiis Seth à filiabus Cain ad libidinem per-
versis, multiplicata sunt peccata, ob quæ Deus minatur mundi totius excidium : indulsit tamen 120.
annos pœnitentiæ ; hac non secutâ resecti sunt 20. anni, & diluvio deleti sunt omnes homines, omnia
animalia, & reptilia, ac volucres, exceptis Noë cum uxore, 3. filiis, Japhet, Sem & Cham cum uxoribus
& animalibus, quæ cum iis in arca erant. XIII. Hoc diluvium incepit inchoante anno mundi 1656.
Hanc

Hanc chronolgiam sic computa : Cap. 5. habes 10. Patriarchas ad Christi geneologiam pertinentes, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleël, Jared, Henoch, Methusalem, Lamech & Noë. Habes item, quod Adam erat 130. annorum, dum genuit Seth : Seth erat 105. annorum, dum genuit Enos ; & sic consequenter numera, & his ex Cap. 7. junge 600. annum, quem Noë per mensem & 17. dies inchoato adveniente diluvio, & in toto habebis numerum 1656.

HISTORIA
SECUNDÆ MUNDI ÆTATIS,
à Diluvio ad Vocationem Abrahæ, Annorum 367.

NOë post annum & 10. dies, cum suis & animalibus ex arca super montes Armeniæ requiescente vix egressus, ex omnibus animalibus mundis obtulit Sacrificia itâ grata Deo, ut is promiserit deinceps universali diluvio non delere homines ; quia à tam pio parente originantur omnes per tres ejus nominatos filios ; nam post Diluvium Noë ab uxore continuit, etsi 350. annos supervixerit ; Deus Polygamiam ad tempus pro celeri humani generis propagatione indulsit : suâ eos benedictione ità fœcundavit, ut post 260 circiter annos in 2. hostilibus exercitibus, Nini Assyriorum, & Zoroastris Bactrianorum, Regum stetisse 2300000. hominum bellatorum, tradant historiæ profanæ : eis restituit dominium (non quantum in statu innocentiæ) in animalia, reptilia, & pisces ; horúmque carnes edere indulsit : sed *carnem cum sanguine* edere prohibuit. II. Luth. & Calv ex hoc, *omne, quod movetur & vivit*, &c. carpunt jejunium Eccles. à Christo & Apostolis acceptum ; & quandoque ut simplices excœcent, dicunt ibi haberi strictum Dei præceptum de omnibus comedendis ; nec tamen ipsi edunt bufones &c., de quibus etiam Deus ibi loquitur. Clamant nil admittendum præter Scripturam : hæc strictam refert Dei legem (renovatam iterum Levit. 17. Deut 12. & act. 15.) non edendi *carnem cum sanguine*, nec ullibi eam dispensat ; & tamen isti scil. pii ac legem Dei zelantes Reformatores edunt turdos &c. III. Noë *vir agricola.. bibens vinum inebriatus est*, improvisè, *& nudatus* ; ubi evigilavit, filios reverentes Japhet & Sem, ex Spiritu Prophetico bene- & juniorem Cham irreverentem maledixit, in filio Canaan. IV. Postquam multiplicati erant, inde, *de Oriente*, profecti sunt *in terram Senaar* ; ubi nomen suum celebraturi, & contra Deum, seu contra novum diluvium se defensuri cœperunt ædificare turrim Babel, quæ ad cœlum pertingeret : sed desistere sunt coacti, & per cunctas regiones dispersi per hoc, quod Deus confudit linguam eorum. V. Hæc linguarum & gentium divisio contigit in ortu Phaleg, anno 101. à diluvio. Ista turris ædificatio facta est, authore Nemrod ex stirpe Cham, qui post diluvium primus fuit tyrannus Regni Babyl. conditor ; idem ille, quem gentilium historiæ Belum patrem Nini vocant, à quo initium accepit idolatria, & apud Orientales, nomina *Bel, Belial, Baal* &c. VI. Inter Arphaxad & Sale, ex Luc. 3. credimus mediare Cainan ; & 35. annos assignatos *Arphaxad*, intelligi inter utrumque divisos. VII. Abram credimus natum anno 70. patris sui Thare ; ac veram esse chronologiam Cap. 11. traditam : nempe Abram esse natum anno 292 à diluvio : & eum in Ur Chaldæorum credimus fuisse à Deo evocatum in terram Canaan (quæ vocatio per histerologiam refertur Cap. 12.) dum erat annorum 75. VIII. Ab hac vocatione computamus annos 430. usque ad datam legem, quos definit Apost. ad Gal. 3. & quibus juxta PP. definitur tertia mundi ætas.

HISTORIA
Annorum 176., ab Initio tertiæ Ætatis Mundi usque ad ortum
J O S E P H.

ABram patre vivo in Haran relicto *obedivit exire* (cum tota sua familia & Loth Nepote) in terram Canaan, de loco ad locum peregrinatus, publicis ubique Sacrificiis Deum colens ac prædicans.

II. Fame cogente descendit in Ægyptum, petens à Sarai uxore sua, ut dicat, se esse sororem, in quo nullum erat mendacium. Pharao ejus (66. annorum) captus pulchritudine tulit eam ; sed territus ei flagellis intactam reddidit. III. Inde dives nimis redux, juxta Bethel separavit se à Loth, qui eligebat regionem Sodomorum. Hac per 5. Reges devastatâ, inter prædam abductus est & Loth. Sed electis vernaculis suis 318., nocte super eos irruens fudit, & Lothum cum omni abducta substantia reduxit Abram; Cui occurrens Melchisedech *Rex Salem, Sacerdos Dei altissimi* benedixit, ac panis & vini verum Sacrificium obtulit. IV. Dum Cap. 15. Deus jam quartò apparens Abræ aït, promissa Divina implenda esse non in adoptivo, sed in naturali ejus semine : *credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad justitiam* : non quasi jam primum crediderit, aut primum justificatus sit Abram, sed indicatur excellentia fidei ejus. V. Luth. & Calvinus decipiunt simplices malitiosè, dum pro sua fide *sola* justificante allegant istum textum : nam *Abram credidit Deo*, non ei, quod homo fingit : tale figmentum est, justificari eum, qui credit per Christum sibi remissa esse peccata. Abræ propria fides est imputata ad justitiam ; non verò justitia Christi ei est per fidem imputata. Non ei imputatur fides *sola*, sed quæ ad Hæbr. 11. explicatur : *fide Abram obedivit exire .. fide obtulit Isaac.* Imò cùm ipse Calv dicat, plures credere, quòd habeant fidem requisitam, qui tamen non habent; quâ fronte jubet quemlibet credere, se eam habere ? Cur Christus Matth. 22. rogatus non dixit, *primum & maximum mandatum* esse istam fidem ? VI. Abram ex Agar ancilla, licitè, genuit Ismaëlem, parentem Saracenorum, ætatis anno 86. & post 13. annos, à Deo, mutato nomine Abram in Abraham, & Sarai in Sara, in Signum accepit Sacramentum Circumcisionis ; ac ex Sara promittitur Isaac. VII. Regio Sodomorum ob incolarum luxuriam, ortam ex superbia, saturitate, otio, & immisericordiâ in pauperes, Ezech. 16., igne cœlesti eversa est, ut & in hunc diem pœnas videatur ipsa terra luere ob peccati horrorem ; & omnino omnes æternùm damnatos esse, communis afferat sententia. VIII. Abrahæ 100, & Saræ 90. annorum nascitur Isaac, quem postea persequens Ismaël, ad Gal. 4. domo ejectus est cum matre sua Agar. IX. Abraham *fide obtulit Isaac* ex Dei mandato verè difficili naturæ. Luth. & Calv., qui non erubescunt docere, quæ Deo nuncupaverant vota, vel eos non obligâsse, vel fuisse impossibilia servatu ; quid consequenter docerent de isto mandato ? Ergò non docent fidem, qualem habebat Abraham. X. Ex cognatione sua, Isaac quadragenario, uxorem procurat Rebeccam virginem honestissimam : & deficiens mortuus est annorum 175. XI. Rebecca post 20. annos sterilitatis, uno sed miro partu enixa est Esau & Jacob. Is sine Simonia, lentis edulio ab Esau Simoniaco vendicavit jus primogeniturae: & sine mendacio surripuit, Esau destinatam, patris benedictionem, ætatis suæ anno 77. Hinc fratris iram declinans in Mesopotamiam properat, ex avunculi Laban familia quæsiturus uxorem : ubi ex graviter iniqua Labani fraude ei primum datur Lia, deinde prima & sola cupita Rachel sub 14. annorum servitii pacto. Ibi inter 11. filios (& Dinam filiam) ultimus ex Rachele ei natus est Joseph, ætatis Jacob anno 91.

CONTINUATIO
Reliquorum 254. Annorum tertiæ Mundi Ætatis &c.

JAcob ex Haran redux in Canaan, dum habitabat in terra Sichem, Dinæ filiæ stuprum, vanæ curiositatis præmium, ulti non sine multiplici peccato sunt filii Jacob, post suasam in dolo circumcisionem die tertio, *quando gravissimus vulnerum dolor est*, occidendo &c. II. Post Rachelem in partu Benjamin mortuam, Joseph cùm 16. esset annorum, à fratribus ex odio venditur Ismaëlitis, & ab his Putiphari in Ægypto : ubi hero suo fidelis & per 11. annos gratiosus, ab hera, cujus libidini assentire noluit, falsò accusatus de stupro, conjectus est in carcerem ; inde post triennium eductus, Pharaonis somnia interpretatus, toti præficitur Ægypto, prudentérque per 7. fertilitatis annos providet totidem annis sterilitatis. III. Sub id temporis Judas ex graviter illicito concubitu genuit Phares, quem Dei filius in suam dignatus est genealogiam assumere. IV. Severitas, quâ Joseph fratres ad se pro annona venientes tractavit, non culpæ, sed prudentiæ actus fuit. V. Patrem suum senem 130. annorum, cum tota familia, secundo sterilitatis anno accersit in Ægyptum, ubi eum gratis aluit ; etsi Ægyptios

Ægyptios coegerit, justè, pecora, omnésque possessiones in Regis transferre dominium. VI. Jacob post trans
in Ægypto 17. annos, morti proximus, anno ætatis suæ 147, propheticè benedicit filiis benedictione, seu
phetiâ cuilibet propriâ. Celebris est illa, *non auferretur Sceptrum de Juda* &c., quâ Isra
signavit tempus adventûs Christi, in cujus adventu & ipsa impleta est. Et impudens est figmen
Rabbi Salomonis, Judæos adhuc habere Regem in regionibus Mediæ, Assyriæ, Babylonis; cùm ex
nibus constet historiis, eas regiones post Babylonicam captiv. sub alienigenarum Regum fuisse
perio; ut Assyriorum, Chaldæorum, Medorum, Persarum, Græcorum; & nunc est sub Imperio pa
Turcarum, partim Persarum. VII. Post mortem Jacob supervixit Joseph annos 54., mortuus
vitæ suæ 110., in cujus morte explicit liber Genesis. VIII. Quia filii Jacob in Ægypto *quasi g*
minantes multiplicati sunt, ut non temerè credantur, ex Ægypto exiisse 3000000. homin
Jacob descendentium; hinc qui mortuo Joseph surrexit, Rex eos oppressit, frustra. IX. Obstetric
quia non occidebant masculos Hebræorum in partu, utì Rex jusserat, benefecit Deus: sed dum
excusabant mendacio, Deum offenderunt. X. Nascitur Moyses, non ex incestuoso, ùt inerudité
Calv., conjugio, ex patre Amram, filio Caath, filii Levi, filii Jacob, & matre Jochabed; ab ingressu
cob in Ægyptum anno 135. à dira Hebræorum servitute in Ægypto anno circiter 7.; ante egre
ex Ægypto, 80, Exod. 7. ante ingressum in terram promissionis (qui contigit statim post M
mortem) anno 120, Deut. 34. ante ædificationem Templi Salomonis 560., 3. Reg. 6. Aquis à pa
tibus (quos in hoc perperam carpit Calv.) expositus adoptatur à filia Pharaonis: 40. annis ma
in Aula, *eruditus omni sapientiâ Ægyptiorum*, quam à Josepho didicerant, sed Idolatriâ
verterant. Inde, justè occiso Ægyptio, fugit in Madian: ubi post 40. annos à Deo visione rubi ar
tis & non combusti dignatus, sed ob loci sanctitatem calceamenta exuere jussus, mittitur in Ægyp
ad Hebræos inde educendos, accepto Divino sigillo, miracula dico, quo coram Hebræis & Ægypti
staretur, se à Deo missum, Dei jussa annuntiare. XI. Si tantus vir Moyses externâ solutionis ca
mentorum ceremoniâ ad majorem Dei venerationem excitandus fuit; Luth. & Calv. non carp
externas Ecclesiæ cæremonias à sanctissimis Patribus traditas: non carpant nos, dum locis aliisque re
inanimatis aliquam sanctitatem communicari, ac venerationem deberi dicimus: non carpant, dum
cimus à nemine eis credi debere, nisi Dei sigillo, se extraordinariè (quod prætendunt) à Deo mi
esse attestentur. XIII. Dum dicitur Deus induràsse cor Pharaonis; an Deus ex tenero fecit durum
absit hæc blasphemia. Similium sensum, utì & divisiones Maris rubri & Jordanis; columnam nu
& ignis, quæ per 40. annos, usque ad ingressum terræ promissæ, itineris dux fuit; mansiones in
deserto, explicabit defendens.

Sub Censura S. Romanæ Ecclesiæ.



DISSERTATIO II.

contrà

indifferentes secundæ classis

Catholicismus.

Definitio 1. Indifferentes secundæ classis appello eos, qui Religionem Christianam determinatè postulant, de diversitate Dogmatum controversorum minimè solliciti.

Postulata. 1. Stat igitur firmum, fixúmque, Christianam Religionem unicam esse ad salutem viam. 2. Neminem deterreat quorundam Christianorum vita scelerata. 3. Absque invidia tantisper liceat omnes de vera Christi Religione dissidentes hominum societates appellare promiscuè *sectas* Christianas.

Observationes 1. Inter sectas, quæ Christi nomen profitentur, magna est doctrinæ difformitas. 2. Omnes tamen communem agnoscunt fontem sacram Scripturam. 3. Neque tamen satis convenit inter tot sectas, quinam libri sint genuini & verè divini. 4. Quosdam tamen libros tanquam divinos agnovêre semper, & agnoscunt etiamnum omnes sectæ, quos vocant *Protocanonicos*.

Post. 4. Tantisper liceat citare solos protocanonicos, donec certa ex regula hæc lis decisa fuerit.

Def. 2. Per Ecclesiam Christi hactenus intelligo multitudinem hominum à Christo ipso, & legatis ab eo immediatè missis collectam, cui Religionis à se institutæ mysteria, & legem sine commixtione errorum communicavit. Definitio hæc nominalis est, & tum demum evadet realis, si demonstratum fuerit, ejusmodi hominum societatem aliquando extitisse.

Post. 5. Quod in omnibus librorum omnium Christianorum consensu divinorum editionibus legitur, id certissimè est verbum Dei incorruptum.

Prop. 1. Ecclesiam aliquam, seu multitudinem hominum ex diversis gentibus collectam erexit Christus, cui per se, & legatos à se missos communicavit mysteria sua & novam legem sine admixtione erroris. 2. Non obstantibus tot sibi contradicentibus sectis, apud quas nomen Christi resonat, ea Ecclesia adhucdum in terris existit. 3. Illa Ecclesia non est coagmentatum aliquod corpus ex tot sibi contradicentibus sectis. 4. Proinde minimè perinde est, quam ex tot Christianis sectis amplectaris

5.

5. Falsò & temerariè à nonnullis seliguntur quidam articuli fundamen-
les, quibus assertis innoxiè liceat alios negare. 6. Selecta à Christo
Ecclesia ità visibilis est, ut absque magno scientiæ humanæ apparatu fa-
cilè etiam à rudioribus discerni possit inter tot sectas.

Methodus inveniendi veram Christi doctrinam inter tot sectas.

Obs. 1. Initio plerumque educatio, & exempla eorum, quibus cum
vivunt, persuadent hominibus, ut huic potius, quàm alteri Christianæ
sectæ se dedant. 2. Omnes sectæ Christianæ solent tenellis mentibu
inculcare, grande piaculnm esse de veritate suæ sectæ subdubitare. 3
Crescente non nihil ætate traduntur pueris Christianis libri, quos Ca-
techismos, aut libros symbolicos appellant. Hi libri semper sectæ illi,
cujus partus sunt, singulares prærogativas attribuunt, omnésque contra-
dicentes sectas nigro calculo notant, earúmque horrorem juventuti te-
neræ inculcant.

Post. 1. Liceant Christianis sectis indiscriminatim omnibus illa, quæ
Dissert. I. Cap. 3. permisimus quatuor orbis Religionibus, quæ divinam
revelationem jactant. 2. Quisque non planè impius Christianns deside-
rat toties tentatam frustra concordiam. 3. Generatim loquendo ho-
nestum, & necessarium est, præjudicia illa sive catechetica, sive symbolica
ad examen revocare.

Præjudicia Protestantium. 1. Scriptura per se omnino clara est, & in-
tellectu facilis. 2. Nihil credendum fide divinâ, nisì quod in Scriptura
clarè expressum legitur. 3. In sacris Scripturis interpretandis rejicienda
est omnis authoritas humana; sed permittenda est hæc interpretatio
cujuslibet privato spiritui. 4. Unde methodus ab omnibus Protestan-
tibus laudatur hæc: *Omnia dogmata ad solius Scripturæ trutinam ex-
aminanda, & post maturum examen illa secta amplectenda, cujus omnia
dogmata in sola Scriptura clarissimè expressa deprehenduntur.*

Prop. 1. Crescente ætate necessariò suspecta fiunt hæc præjudicia. 2.
Mediocre examen facilè detegit falsitatem. 3. Ipsi Protestantes non ser-
vant ea, quæ præscribunt. 4. Omnes Protestantium sectæ destituuntur
vera, & omnibus practicabili methodo inveniendi veritatem. 5. Quis-
quis desiderat concordiam, à methodo illa desistat, necesse est.

Præjudicia Catholicorum. 1. Firmissimè quidem credenda sunt, quæ
evidenter in sacris Litteris habentur, & nihil credendum, quod verè
iis adversatur. 2. Difficillimum tamen est humanæ rationi dijudicare, qui-
nam ex libris aliquando controversis verè divini sint, quænam versio-
nes concordent cum Autographo, quis sit sensus verborum à Spiritu
sancto intentus. 3. Una, & una tantum ex tot sectis habet veram Chri-

sti

sti doctrinam. 4. Ad decidendas illas maximi momenti lites de numero librorum divinorum, de versionibus eorundem variantibus, de sensu verborum, requiritur aliquod tribunal. 5. Visibile. 6. Infallibile. 7. Tribunal illud est Ecclesia. 8. Methodus Catholica inveniendi veram Christi doctrinam est hæc: *Inquire Ecclesiam veram; hâc semel inventâ, crede, quidquid illa tanquam à Deo revelatum fidei dogma proponit, & invenisti veram Christi doctrinam.*

Prop. 1. Præjudicia Catholicorum, quò magis examinantur, magis roborantur. 2. Methodus Catholica, omnibus practicabilis, tutissima via est ad discernenda vera dogmata à spuriis. 3. Estque à Christo ipso in libris certò divinis approbata, imò præscripta. 4. Unica hæc methodus est via perveniendi ad illam omnibus non manifestè impiis exoptatam concordiam. 5. Notæ veræ Christi Ecclesiæ sunt: *una, sancta, Catholica, Apostolica.* Accedit gloria miraculorum, Martyrum exercitus &c. &c. 6 Has notas jactare potest sola Ecclesia Romana. 7. Prætensa per Lutherum, Calvinum &c. Reformatio Ecclesiæ cuivis homini prudenti suspecta esse debet. 8 In dubio constitutus prudenter ageret, qui vulgò dictam Catholicam præ aliis sectis eligeret. 9. Catholicismus evidenter divinus est.

THESES MORALES

De Titulo Ordinationis.

I. Beneficium, cujus titulo Clericus S. Ordinem licitè suscipere possit, debet esse actu obtentum, ac pacificè possessum, & insuper ad honestam sustentationem sufficiens. An, & quâ ratione illud postea resignari possit, dicemus rogati. 2. Si Beneficium deductis oneribus, non sit sufficiens, defectus suppleri potest Authoritate Ordinarii per adjectionem patrimonii aut pensionis. 3. Patrimonium aut pensio, quæ sufficiant pro Titulo, debent esse hujusmodi, ut ad honestam sustentationem, demptis oneribus sufficiant, eámque perpetuam. 4. Ex tali Titulo Ordinatus nequit ea bona sine Licentia Ordinarii alienare, extinguere, vel remittere, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens adeptus sit, aut aliundè habeat, unde vivat. 5. Imò in Diœcesi Leodiensi, Clericus, qui expensione, tanquam Titulo, ad S. Ordinem promotus est, nequit licitè eam pensionem deserere inconsulto Episcopo, & absque ejus consensu, quamvis in instrumento expressum sit, *illam solùm valere, donec aliter provisum sit Ordinato.* 6. Quam pœnam incurrat, qui sacro Ordine

se

ſe initiari curat, absque Titulo, aut cum Titulo ficto, præſertim in Diœceſi Leodienſi, exponemus roganti.

Defendent in Aula publ. Gymn. Mar. P.P. Soc. Jeſu Aquiſgrani Menſe Aprili Anno 1771.

Ornati, ac Eruditi Domini

D. JACOBUS LAMBERTUS CUVELIER, *ex Orsbach.*

D. LEONARDUS JOSEPHUS HAUREGARD, *ex parvo Rechain.*

opponent

manè

D. Franc. Xav. Bücher, Aq.

D. Theodorus Hoſelt, Aq.

à prandio

D. Joan. Wilh. Lejeune, Aquenſis.

D. Petrus Joſ. Klever, Aquenſis.

In Theſes Morales inquiret

D. Servatius Wittershoven, ex Wylre.

DISSERTATIO III.

De Regulis fidei inanimatis.

Pars I. *De Verbo Dei ſcripto. Prop.* 1. Dubitari non poteſt amplius, quin libri omnes & ſinguli cum ſuis partibus, prout in canone Africanæ & Romanæ Eccleſiæ habentur, ſint verè divini. 2. Vulgata latina V. T. In Fidei & morum præceptis primo authographo conformis eſt. 3. Vulgata latina N. T. conformis eſt fontibus græcis ævo Hieronymi adhuc puris, & incorruptis. 4. Eadem editio longo tot ſæculorum uſu in Eccleſia probata prudenter potuit, ac debuit à Tridentino declarari authentica. 5. Nec omnibus imperatum, nec prohibitum catholicas Bibliorum verſiones vernaculas legere. 6. Eccleſia poteſt pro ratione circumſtantiarum vernacularum verſionum, etiam catholicarum, lectionem nonnullis interdicere. 7. Meritò Eccleſia in Sacramentorum adminiſtratione, ritibus, & publico officio divino præſcripſit pro regionibus occidentalibus linguam latinam. 8. Scripturarum ſenſus literalis quandoque proprius, quandoque figuratus, & popularis. Figuratus, & popularis quandoque tolerari poteſt in rebus, quibus ſalutis doctrina non continetur, etiamſi proprius nec repugnet cum aliis Scripturæ textibus; nec cum definitione Eccleſiæ, nec cum propoſitione aliqua lumine naturali certa & evidente.

PARS II. *De verbo Dei tradito. Prop.* 1. Apoſtoli non ſolùm traditionibus per litteras, ſed & per ſermonem res ad ſalutem æternam credendas & faciendas nomine Dei, & Spiritu ſancto dictante primos Chriſtianos docuerunt. 2. Circa ea, quæ in Scripturis habentur, & difficilia intellectu ſunt, neceſſaria erat clarior inſtructio Apoſtolorum, Doctorum, & Interpretum. 3. Quæ ad diſciplinam arcani in quibusdam myſteriis, præcipuè in uſu & prærequiſitis Sacramentorum pertinebant, ex ſola traditione per Sermonem innoteſcere poterant Eccleſiis Apoſtolicis. 4. Traditio eſt locus, ex quo peti poteſt certum pro Fide & moribus Argumentum.

REGULÆ. 1. Illud non eſt traditio divina, ſed humana, cujus initium reperitur aut in decretis Pontificum, aut Conciliorum actis, aut in ſtatutis Patrum. 2. Doctrina, quæ in una tantùm particulari Eccleſia reperitur, non eſt divina, ſed humana, non tradita, ſed inventa. 3. Humanum eſt, quod contra communem aliorum ſententiam ab aliqua etiam integra Provincia docetur. 4. Quod univerſa Eccleſia tanquam Fidei dogma amplectitur, & non reperitur in Scriptura, neceſſe eſt, ex Apoſtolorum doctrina id haberi, & à Chriſto ipſo eſſe revelatum. 5. Praxis, quam univerſa tenet Eccleſia, & quam ſolus Deus inſtituere potuit, & quæ non reperitur in Scripturis præcepta, tenenda eſt tanquam à Chriſto præcepta. 6. Praxis vel præceptum, cujus initium non reperitur citra tempora Apoſtoli-

ca, ſed in univerſa Eccleſia quovis ſæculo continuatâ ſerie ſervata eſt, q[illegible] que inſtitutum vel latum non reperitur in Conciliis, meritò ſancitum c[illegible] ſetur ab Apoſtolis monſtrante Chriſto, quamvis ejus ſit generis, ut ab [illegible] cleſia inſtitui, aut ſanciri potuerit. 7. Dum omnes Epiſcopi in Conc[illegible] generali præſentes aliquid definiunt, dum omnes S.S. P.P. aliquid unani[illegible] ter docent, vel eorum valdè multi, nullo contradicente, aut diſſentiente, ſ[illegible] num eſt traditionis Apoſtolicæ.

THESES MORALES
De Sponſalibus.

1. Ex Sponſalibus validis conſurgit gravis obligatio ineundi Matrimo[illegible] tempore in illis præfixo : ſi præfixum non ſit, ſtatim ac alterutra pars r[illegible] tionabiliter exigit. 2. Ex Sponſalibus fictis, utpote nullis, nulla quidem in[illegible] eundi Matrimonii obligatio exſurgit ; in foro tamen externo per ſe loquen[illegible] do debet fictè promittens compelli ad ducendam partem deceptam, niſi [illegible] fictionem probet. 3. Imò qui ſub ficta promiſſione Matrimonii fœminam [illegible] aliàs honeſtæ famæ carnaliter cognovit, eam per ſe loquendo tenetur in [illegible] conſcientia ducere, nec ſatisfacit eam dotando, niſì hæc dotem præ Matri[illegible] monio eligat. 4. Poſt Sponſalia valida illicitum eſt votum cælibatus, caſti[illegible] tatis, ſacri Ordinis ſuſcipiendi, niſì pars altera Sponſalium obligationem re[illegible] mittat. 5. Licet tamen vovere Religionem, eámque ingredi comparte [illegible] invita. 6. Quandonam jure ceſſent Sponſalia, quibus de cauſis liceat ab il[illegible] lis reſilire, etiam invitâ comparte, exponemus interrogati.

Defendent in Aula publ. Gymn. Mar. P. P. Soc. Jeſu Menſe Junio 1771.

Ornati, ac Eruditi Domini

D. FRANCISCUS GREVENBERG, *Aquenſis.*

D. THEODORUS HOSELT, *Aquenſis.*

Oppugnabunt

Ornati, ac Eruditi Domini

manè

D. Franc. Xav. Bücher Aquenſis.

D. Petrus Joſeph. Klever Aquenſis.

à Prandio

D. Reinardus Brand, Aquenſis.

D. Leonardus Joſephus Hauregard, ex parvo Rechain.

In Theſes Morales inquiret

D. Wilhelmus Henricus Wiertz, ex Hoſelt.

DISSERTATIO IV.
De Eccleſia Romana, Pontifice & Conciliis.

CAPUT I.

1. Conſtitutio Eccleſiæ & regiminis Eccleſiaſtici eſt juris divini. 2. Chriſtus gubernationem Eccleſiæ hierarchicam voluit omnibus conſpicuam & perpetuam, & Eccleſiaſtici Regiminis exercitium in unitate Catholica. 3. Principium & centrum unitatis Catholicæ Chriſtus in Apoſtolatu Petri conſtituit. 4. Primatus Petri divinitùs conſtitutus non eſt merè perſonalis, ſed perpetuo in ſucceſſoribus Petri permanſurus. 5. Qui ſemel viſibilem in terris Eccleſiam ingreſſi ſunt, per hoc ſolùm illius aut Rectores, aut membra non eſſe deſinunt, quod qualicunque peccato amiſerint ſtatum internæ juſtitiæ, aut è numero prædeſtinatorum non ſint.

CAPUT II.

1. Divino prorſus ſingulari conſilio fundata eſt Eccleſia Romana. 2. Petrus & Paulus poſteriores vitæ annos in perficienda Eccleſia Romana inſumpſerunt, eíque doctrinam Apoſtolicam totam cum Sanguine ſuo profuderunt. 3. Antiqui omnes Græci & Latini Eccleſiam Romanam Petri Cathedram, & Sedem Apoſtolicam antonomaſticè appellârunt, Romanóſque Epiſcopos pro Petri ſucceſſoribus agnoverunt. 4. Romani Epiſcopi ſupra reliquarum Eccleſiarum Epiſcopos principatus ex jure divino fluit. 5. Controverſias Fidei non ſemel Romani Epiſcopi titulo primatus ſui primis 6. ſæculis extra Oecumenicum Concilium ſententia ultimò definitiva deciderunt. 6. Nulla oſtendi poteſt ullius Rom. Epiſcopi Cathedratica & ultimò definitiva in Fidei aut morum controverſiis deciſio, quæ non à reliquis per orbem Epiſcopis recepta fuerit.

CAPUT III.

1. Singuli Apoſtoli, utì immediatè à Chriſto vocati, & ad prædicandum toto orbe Evangelium miſſi, ſic in munere prædicationis generalis immediatè regebantur à Spiritu Sancto, adeoque ſinguli perſonaliter immunes erant ab errore. 2. Poteſtas regiminis Eccleſiaſtici ex inſtitutione divina tranſiit ad ſingulos Apoſtolorum ſucceſſores Epiſcopos. 3. Immunitas tamen perſonalis ab errore non tranſiit ad ſingulos ſucceſſores. 4. Toti collegio Apoſtolicorum ſucceſſorum velut uni perſonæ morali divinitus promiſſa eſt immunitas ab omni errore in conſervanda & declaranda doctrina fidei & morum 5. Concilii verè œcumenici, ubi forma Concilii Apoſtolici ſervatur, cathedratica

& ultimò definitiva sententia post ætatem Apostolorum æqu omni errore in doctrina fidei & morum immunis est, ac Conci Apostolorum fuit. 6. Janseniani tamen frustra appellant ad futurum C cilium, cum Episcopi per orbem dispersi sententiæ Pontificis def væ subscripserint.

THESES MORALES
De Matrimonio.

1. Matrimonium à Baptizatis contractum, si consumatum sit, n nisì morte alterutrius Conjugis dissolvi potest. 2. Si duntaxat ratu sit: dissolvitur per professionem in Religione approbata, 3. ut etia per Dispensationem Pontificiam. 4. Quod attinet Matrimonium Infide lium, istud in lege nova nullâ authoritate dissolvi potest, etiamsi solum modo ratum sit, 5. si tamen, dum unus Conjugum infidelium conve titur, compars in infidelitate permanens nolit converso cohabitare, a non nisì cum contumelia Creatoris, potest conversus Matrimonium cu Fideli cortrahere, vi cujus Matrimonium in infidelitate initum penit dissolvitur. 6. Quid sit divortium, quâ authoritate institui possit, qu llius legitimæ causæ, exponemus interrogati.

Defendent in Aula publ. Gymn. Mariani P. P. Soc. Jesu Aquisgrani mense Augusto 1771.

Ornati ac eruditi Domini

D. JOANNES WILHELMUS FRANSSEN, *ex Herlen*

D. PETRUS JOSEPHUS KLEVER, *Aquensis.*

Opponent

manè
D. Carolus Loiff Aquensis.
D. Theodorus Hoselt Aquensis.

à Prandio
D. Joan. Michaël Olles Aquensis.
D. Leon. J. Hauregard ex Rechain.

In Theses Morales inquiret
D. Reinardus Brand, Aquensis.

DISSERTATIO II.
CATHOLICISMUS.

Prop. 1. Ecclesiam aliquam, seu multitudinem hominum ex diversis gentibus collectam erexit Christus, cui per se, & legatos à se missos communicavit mysteria sua, & novam legem sine admixtione erroris. 2. Non obstantibus tot sibi contradicentibus sectis, apud quas nomen Christi resonat, ea Ecclesia adhuc dum in terris existit. 3. Illa Ecclesia non est coagmentatum aliquod corpus ex tot sibi contradicentibus sectis. 4. Proinde minimè perinde est, quam ex tot Christianus sectis amplectaris 5. Falsò & temerariè à nonullis seliguntur quidam articuli fundamentales, quibus assertis innoxiè liceat alios negare. 6. Selecta à Christo Ecclesia itá visibilis est, ut absque magno scientiæ humanæ apparatu facilè etiam à rudioribus discerni possit inter tot sectas.

Præjudicia Protestantium. 1. Scriptura per se omnino clara est & intellectu facilis. 2. Nihil credendum fide divinâ, nisì quod in Scriptura clarè expressum legitur. 3. In sacris Scripturis interpretandis rejicienda est omnis authoritas humana; sed permittenda est hæc interpretatio cujuslibet privato spiritui. 4. Unde methodus ab omnibus Protestantibus laudatur hæc: *Omnia dogmata ad solius Scripturæ trutinam examinanda, & post maturum examen illa secta amplectenda, cujus omnia dogmata in sola Scriptura clarissimè expressa deprehenduntur.*

Prop. 1. Crescente ætate necessariò suspecta fiunt hæc præjudicia. 2. Mediocre examen facilè detegit falsitatem. 3. Ipsi Protestantes non servant ea, quæ præscribunt. 4. Omnes Protestantium sectæ destituuntur vera, & omnibus practicabili methodo inveniendi veritatem. 5. Quisquis desiderat concordiam, à methodo illa desistat, necesse est.

Præjudicia Catholicorum. 1. Firmissimè quidem credenda sunt, quæ evidenter in sacris Litteris habentur, & nihil credendum, quod verè iis adservatur. 2. Difficillimum tamen est humanæ rationi dijudicare, quinam ex libris aliquando controversis verè divini sint, quænam versiones concordent cum Autographo, quis sit sensus verborum à Spiritu sancto intentus. 3. Una, & una tantum ex tot sectis habet veram Christi doctrinam. 4. Ad decidendas illas maximi momenti lites de numero librorum divinorum, de versionibus eorundem variantibus, de sensu verborum, requiritur aliquod tribunal. 5. Visibile. 6. Infallieile. 7. Tribunal illud est Ecclesia. 8. Methodus Catholica inveniendi veram Christi doctri-

doctrinam! est hæc: *Inquire Ecclesiam veram; hâc semel inventâ, cre quidquid illa tanquam à Deo revelatum fidei dogma proponit, & invenisti ram Christi doctrinam.*

Prop. 1. Præjudicia Catholicorum, quò magìs examinantur, mag roborantur. 2. Methodus Catholica, omnibus practicabilis, tutissima v est ad discernenda vera dogmata à spuriis. 3. Estque à Christo ipso libris certò divinis approbata, imò præscripta. 4. Unica hæc methodu est via perveniendi ad illam omnibus non manifestè impiis exoptatam concordiam. 5. Notæ veræ Christi Ecclesiæ sund: *uuna, sancta, Catholica, Apostolica.* Accedit gloria miraculorum, Martyrum exercitus &c. &c. 6. Has notas jactare potest sola Ecclesia Romana. 7. Prætensa per Lutherum, Calvinum &c. Reformatio Ecclesiæ cuivis homini prudenti suspecta esse debet. 8. In dubio constitutus prudenter ageret, qui vulgò dictam Catholicam præ aliis sectis eligeret. 9. Catholicismus evidenter divinus est.

DISSERTATIO III.

De Regulis fidei inanimatis.

Pars I. *De Verbo Dei scripto, Prop.* 1. Dubitari non potest amplius, quin libri omnes & singuli cum suis partibus, prout in canone Africenæ & Romanæ Ecclesiæ habentur, sint veré divini. 2. Vulgata latina V. T. In Fidei & morum præceptis primo authographo conformis est. 3. Vulgata latina N. T. conformis est fontibus græcis ævo Hieronymi adhuc puris, & incorruptis. 4. Eadem editio longo tot sæculorum usu in Ecclesia probata prudenter potuit, ac debuit à Tridentino declarari autentica. 5. Nec omnibus imperatum, nec prohibitum catholicas Bibliorum versiones vernaculas legere. 6. Ecclesia potest pro ratione circumstantiarum vernacualrum versionum, etiam catholicarum, lectionem nonnullis interdicere. 7. Meritò Ecclesia in Sacramentorum administratione, ritibus, & publico officio divino præscripsit pro regionibus occidentalibus linguam latinam. 8. Scripturarum sensus litteralis quandoque proprius, quandoque figuratus, & popularis. Figuratus, & popularis quandoque tolerari potest in rebus, quibus salutis doctrina non continetur, etiamsi proprius nec repugnet cum aliis Scripturæ textibus, nec cum definitione Ecclesiæ, nec cum propositione aliqua lumine naturali certa & evidente.

PARS II. *De verbo Dei tradito, Prop.* 1. Apostoli nou solùm traditionibus per litteras, sed & per sermonem res ad salutem æternam credendas & faciendas nomine Dei & Spiritu sancto dictante primos Christianos docuerunt. 2. Circa ea; quæ in Scripturis habentur, & difficilia intellectu sunt, necessaria erat clarior instructio Apostolorum, Doctorum, & Interpretum. 3. Quæ ad disciplinam arcani inquibusdam mysteriis, præcipuè in usu, prærequisitis Sacramentorum pertinebant, ex sola traditione per sermonem innotescere poterant Ecclesiis Apostolicis. 4. Traditio est locus, ex quo peti potest certum pro Fide & moribus Argumentum.

DISSERTATIO IV.

De Ecclesia Romana, Pontifice & Conciliis.

CAPUT I.

1. Constitutio Ecclesiæ & regiminis Ecclesiastici est juris divini. 2. Christus gubernationem Ecclesiæ hierarchicam voluit omnibus conspicuam & perpetuam, & Ecclesiastici Regiminis exercitium in unitate Catholica. 3. Principium & centrum unitatis Catholicæ Christus in Apostolatu Petri constituit. 4. Primatus Petri divinitùs constitutus non est meré personalis, sed perpetuo in successoribus Petri permansurus. 3. Qui semel visibilem in terris Ecclesiam ingressi sunt, per hoc solùm illius aut Rectores, aut membra non esse desinunt, quod qualicunque peccato amiserint statum internæ justitiæ, aut é numero prædestinatorum non sint.

CAPUT II.

1. Divino prorsus singulari consilio fundata est Ecclesia Romana. 2. Petrus & Paulus posteriores vitæ Annos in perficienda Ecclesia Romana insumpserunt, eique doctrinam Apostolicam totam cum Sanguine suo profuderunt. 3. Antiqui omnes Græci & Latini Ecclesiam Romanam Petri Cathedram, & Sedem Apostolicam antonomasticè appellârunt, Romanosque Episcopos pro Petri successoribus agnoverunt. 4. Romani Episcopi supra reliquarum Ecclesiarum Episcopos principatus ex jure divino fluit. 5. Controversias Fidei non semel Romani Episcopi titulo primatus sui primis 6 Sæculis extra Oecumenicum Concilium sententia ultimò definitiva deciderunt. 6. Nulla ostendi potest illius Rom. Episcopi Cathedratica & ultimò definitiva in Fidei aut morum controversiis decisio, quæ non à reliquis per orbem Episcopis recepta fuerit.

CAPUT III.

1. Singuli Apostoli, uti immediatè à Christo vocati & ad prædicandum toto orbe Evangelium missi, sic in munere prædicationis generalis immediatè regebantur à Spiritu Sancto, adeoque Singuli personaliter immunes erant ab errore. 2. Potestas regiminis Ecclesiastici ex institutione divina transiit ad Apostolorum successores Episcopos. 3. Immunitas tamen personalis ab errore non transiit ad singulos successores. 4. Toti collegio Apostolicorum successorum velut uni personæ morali divinitus promissa est immunitas

nitas ab omni errore in conservanda & declaranda doctrina fidei &
rum. 5. Concilii verè œcumenici, ubi forma Concilii Apostolici ser-
tur, cathedratica & ultimò definitiva sententia post ætatem Apostolo-
æque ab omni errore in doctrina fidei & morum immunis est, ac Co-
cilium Apostolorum fuit. 6. Janseniani tamen frustra appellant ad
turum concilium, cum Episcopi per orbem dispersi sententiæ Ponti-
definitivæ subscripserint.

DISSERTATIO V,

Actus Fidei Divinæ.

1. Actus fidei divinæ est assensus ex testimonio Dei loquentis. 2. Nihil quantumvis verum fide Divina credi potest, nisi verè à Deo revelatum. 3. Qui negaret sanctum aliquem præsertim posterior- bus hisce temporibus, canonizatum in cælo esse, foret ille adm- dum temerarius. 4. Qui negaret Clementem XIV. verum esse Divi P- tri successorem, hæreticum ille, aut saltem schismaticum animum p- refaceret. 5. Qui verò negat se peccasse in Adam, aut delirat, a- hæreticus est. 6. Dum Ecclesia doctrinam judicat sanam, aut perve- sam, error intercedere non potest. 7. Et quamvis judicia Ecclesiastica ci- ca personas errori obnoxia sint; quam diu tamen non apparet, judice- esse deceptos, hujusmodi judicia venerari debemus. 8. Et quamvis in me- ri facti quæstionibus Ecclesia aberare possit, impiè nihilominus Jansenia- ni reluctantur damnare propositiones in sensu, quem authoris verba præ- tendunt. 9. Ad actum Fidei concipiendum sufficit prævia revelationis cog- nitio certa cum morali securitate, dummodo sit ex genere secundum pru- dentiam indubitabilium. 10. Cumque *Fides ex auditu* sit, satis est præ- viam illàm cognitionem attemperatam esse captui cujusque, 11. Ad actum fidei requiritur pia affectio & imperium voluntatis liberum.

DEFENDENT

IN AULA PUBL. GYMN. MAR. PP. S. J.

AQUISGRANI 10. SEPTEMB. 1771. MANE HORA 8.

ORNATI ET ERUDITI DOMINI THEOL. AUDITORES

D. Bened. Aloys. Hochs. Aquisgr.	D. Joan. Wilh. Fransen ex Herle.
D. Franc. Grevenberg. Aquisgr.	D. Leon. Hauregard, ex Rechain.
D. Wilh. Henr. Wiertz ex Hoselt.	D. Petrus Joseph Klever, Aquis.
D. Lambertus Cuvelier ex Orsbach	D. Theod. Hoselt. Aquisgr.

Aquisgrani Typis J. W. F. Müller urbis Typographi.

67

1773

THESES THEOLOGICÆ.

1. Nestorius dum titulum Deiparæ B. Virgini negavit, ab hæresi excusari nequit.

2. Nestorius injuriosè criminabatur confusas à Cyrillo naturas in Christo.

3. Honorius nec Monothelita fuit, nec hæresin illam approbavit.

4. Vitio vertendum non est Hormisdæ Papæ, quod repudiaverit illam propositionem: *unus de Trinitate passus est*, etsi sensum catholicum habere possit.

5. Caro assumpta à verbo corruptibilis & passibilis fuit ante resurrectionem, habuitque illa defectus omnibus communes.

6. Hanc desumpsit ex Virgine integra manente Virginitate ante, in, & post partum.

7. Verbum divinum omnes humani corporis partes etiam sanguinem assumpsit, triduoque mortis unitum mansit cum anima & corpore. Totus quoque sanguis in passione effusus, in resurrectione resumendus unitus mansit toto triduo mortis.

8. Anima Christi verè in infernum, hoc est, inferiores ac profundiores partes terræ descendit, ut inde sanctos veteris testamenti erueret & liberaret.

9. Christus sanctus fuit, nec tantum unione substantiali sed etiam per gratiam habitualem.

10. Christus scientiam habuit non tantum divinam, sed etiam humanam. Quin & anima ejus habuit scientiam quam habent beati, & à primo conceptionis instante habuit visionem beatificam omnemque scientiam, quam convenit habere eum, qui est Doctor, legislator, mediator, Redemptor, judex.

11. Humanitas Christi unita verbo, præscindendo à visione beatificâ vi unionis reddita est simpliciter & proximè impeccabilis.

12. Hæc impeccabilitas, & libertas cum stricto moriendi præcepto conciliari possunt.

13. Humana Christi natura cum verbo adoranda est eodem cultu latriæ.

14. Christus est verus Sacerdos & Pontifex novæ legis, mediator Dei & hominum, noster advocatus, caput Ecclesiæ militantis & triumphantis, Rex, Legislator & Judex.

Defendent in Aula publ. Gymn. Mar. P. P. S J. Aquis. Mense Aug. 1773.

Ornati ac eruditi Domini

D. LUDOVICUS PELTZER, Porcetanus.

D. JACOBUS BODENHEIM, Aquensis.

Opponent

D. Josephus Schnitzler, ex Waubach.

D. Josephus Werden, ex Waubach.

THESES THEOLOGICÆ
De Angelis.
DOGMATUM.

1 Angelos esse * à solo Deo creatos ** non ab æterno, certò fide divinâ credendum.***

* Nomen hoc odiosum fuisse Saducæis, creditur : esse Anabaptistis, Atheis & Libertinis modernis, constat. In eam autem non fuissent prolapsi dementiam, dummodo aut vivæ Christi vocis oraculum, Joan. 5. ℣. 39. relatum, nempe: *Scrutamini Scripturas*, vel sanæ rationis dictamen saltem, Ecli. 39. ℣. 1. expositum, *Sapientiam* videlicet *antiquorum exquirit sapiens*, candidâ mente secuti. ruminassent Saducæi ex sibi familiaribus Moysis libris Gen. 3. ℣. ult. Gen. 16. contenta à ℣. 10. Gen. 28. ℣. 12. & Gen. 32. ℣. 24. &c. Anabaptistæ quoque aliis sibi peramicis S. Script. locis ℣. 4. Psalmi 103. & à ℣. 7. ad Hebr. 1. cæterique hæc aliáve multa loca. Tunc invenissent talia substantiis intellectualibus attributa, quæ nulli alteri, nisi angelicæ competere possunt.

** Scrutamini ℣. 16. ad Coloss. 1. Exquiret quilibet sapientiam Concilii Lateranensis IV. in Canone 1. aliorúmque, quorum testimoniis innititur positio subsequens, & quilibet intellectum suum captivabit in obsequium Fidei.

*** Quandonam ens aliquod sit à Deo creatum, quæstio facti est, nonnisi per divinam revelationem certò resolubilis. Dum ergo illa clarè testatur, nullum ens creatum Deo fore coæternum, difficultate caret sequela : datur creatum in æternum duraturum : ergo & Deo coævum. De Angelis verò testimonium tale perhibent v. 22. Prov. 8. & v. 5. Eccli. 24.

§. 2. Eos simul esse creatos in initio temporis cum cælo & terra, reddat evidens legitima consequentia * : sitque propterea verosimilius de fide. ** Attamen non est verum dogma, *** utì & non est, Angelos esse puros spiritus. **** Conclusio, priori non absimilis, deducta ex variis S. Scripturæ textibus, & ex Actione 4. Concilii Nicæni II. ac Canone 1. Lateran. IV.

* Quis sit genuinus sensus v. 1. Eccli 18. & Gen. 1. edocuit idem Canon. In quo qui duos illos textus debitè jungit, vi formæ concludet : ante omnia Deum creasse simul creaturam angelicam & mundanam, ita evidenter, ut cogatur confiteri, id verosimilius esse de fide. ** Ad verum dogma quidem non semper requiritur definitio Ecclesiæ, Non raro enim fidei articulus ita solidè & clarè continetur in sacra Scriptura, ut omnes uno ore eum confiteantur ; aliquando verò necessaria est, quando nimirum de ejus genuino sensu dissensio est in Ecclesia. Equidem tunc definitum non erit verum dogma, nisi definitio ùt talis sit ab Ecclesia recepta, ut una sit omnium fides. *** Proin utraque positio à veris dogmatibus excludenda venit. quamvis in re certum videatur, utramque per canonem Concilii Lateranensis fuisse definitam. **** Patrum discordia circa substantiam Angelicam nata est ex interpretatione vocis *corpus*. Qui verò per eam intelligunt materiale & extensum, per loca Theologica convicti, nobiscum sentire cogentur.

3. Verum dogma est, Angelos apparuisse in veris corporibus. *

* Illusio non adfuit, dum serpens seduxit Evam, Gabriel Archangelus Deiparæ, Lucifer Christum tentavit &c. Generatim non erat, quando uniformi & constanti plurium sensuum testimonio apparitio comprob Corpus consequenter, naturaliter ab Angelo efformatum, suam possid ritiem & densitatem, erátque tangibile, sed illius duntaxat spectrum era figuram exhibebat.

§. 4. Vera insuper dogmata sunt, eos esse verè intellectuales * nunquam inter & ita esse immortales, ** loco motivos sui & corporum assumptorum, *** vicem loqui, **** eorúmque multitudinem esse maximam.

* Eos esse præditos intellectu & voluntate æquè ac homines, evincunt v. Matth. 4. v. 10. ex ejusdem 18. ac præter alios v. 4. ex 2. Petri 2. In men gradu naturali perfectiores esse hominibus, literali in sensu versu 6. 8. significari, prodit argumentum Apostoli ad Hebræos 2. v. 7. ** Alias mines futuros æquales Angelis, malè ita testaretur Lucæ 20. v. 35. & etiam ignis æternus declararetur eis paratus Matth. 25. v. 41. *** hoc multos experientia, majus est testimonium Dei, de eodem relatum Danielis 14. & in aliis multis Scripturæ S. textibus, quibus refertur mot geli in corpore assumpto. Physicè econtra exponi nequit v. 3. Tobiæ 8. Propriè exponendi sunt v. 3. Isaiæ 6. v. 2. Zach. 2. v. 9. Epist. D. Judæ liter v. 1. 1. ad Corint. 13, imò verba Satan ad Deum v. 4. Jobi 2.

§. 5. Vera sunt de intellectu Angelico dogmata, non posse naturaliter, immedi certò cognoscere secreta cordium, nisi ab eo manifestentur, cujus sunt secreta* naturaliter certò præscire futura contingentia. ** De mysteriis gratiæ idem qu judicandum; *** sed hæc doctrina inter dogmata numerari nequit. ****

* Invanùm laborant, qui hoc eruere contendunt ex dominio voluntatis in suos: pariter, qui recurrunt ad defectum concursûs divini. Imò hi petunt cipium. Quæstio namque est perdifficilis, quare intellectui non sit debitus cursus divinus ad secretorum cognitionem. Nequidem resolvi poterit nisi respondendo: quia adversatur naturæ rationali, tam particulari, quàm versali, ita quidem, ut Deus quà author naturæ nequidem potuerit eis han re virtutem. Propterea cognitio talis secretorum non est motus naturalis tentiæ Angelicæ. ** *Quid est tam proprium Deo, quàm futurorum cogn* S. Hilarius L. 9. intelligendum tam de liberis, quàm non liberis. Scriptur inter ea non distinguente. *** Quando entitas objecti est in se supernatur cognoscibilitas ejus, saltem intuitiva & perfecta, ita est proportionata ent ejus, ut taliter cognosci nequeat solis naturæ viribus. **** Nullus est Scrip ræ S. textus, ex quo id clarè satis deduci possit.

Defensæ ab Ornatis & Pereruditis Theologis

Rel. F. Liberato Thomæ, D. Petro Myrbach, & D. Petro Herwartz Aquensib

Oppugnantibus

Rel. F. Paulo Hensen, D. Matthiâ Luchtman ex Grünstrass, & D. Paulo Hüll cremer ex Eschweiler.

In Musæo privato PP. Franciscanorum Aquisgrani 21. Februarii 1774.

§. 6. Angelorum voluntatem verè esse liberám, verum est dogma.* Error proinde fidei, imò sanæ rationi repugnans est impium systema *Benedicti Spi[nosæ] in Ethicis suis*: omnia nimirum necessitate fatali atque ineluctabili fieri, & ita [ne]cessariò, quàm duo & duo esse quatuor. **

* Utatur humana imbecillitas vi formæ syllogisticæ, ut sibi clarè satis innotescat, hanc positionem esse verum dogma; equidem certum & infallibilem assensum ei non præber, nisi quia agnovit ex 1. Petri 1. v. 12. & 2. Petri 2. v. 4. esse à Deo revelatam. ** In hoc systemate Lucifer, dum cognovit, filium hominis sibi præferendum, à suis naturalibus excellentiis fortiter impulsus, debuit se ita necessariò illi præferre, ut duo & duo sunt quatuor. Hoc consequenter per se notum fuisset intuenti eum in istis circumstantiis; proinde nullam involvebat malitiam: desuper nemo ei indignari potuit: adeóque insignia heroum facinora, cum periculo vitæ, ideóque horrente naturâ patrata, æquè necessaria essent à coactione naturæ: è duobus pariformiter ad iram commotis unum necessariò irasci, alterum necessariò ita comprimere iram. Quas sequelas absurdissimas & sanæ rationi adversas esse, quis sanæ mentis inficias ibit? Utinam Hujus spinosi ingenii dogma Anno 1677. cum Authore evanuisset, ast arridet impiis conatibus modernorum Libertinorum.

§. 7. Error quoque fidei & sanæ rationi adversus est doctrina, Deum ita operari [o]mnia in omnibus, ut solus ipse agat omnia, creaturæ verò, etiam purè spirituales [n]ihil penitus agant. * Sed pro vero dogmate tenendum, inesse naturalem virtutem [A]ngelis mira & stupenda in mundo operandi ** non verò miracula. ***

* Quem errorem renovavit Author libri gallici, cui titulus: de actione Dei in creaturas. Corollaria ejus sunt: Deus patravit pessima illa scelera, propter quæ totum mundum punivit diluvio; Deus æquè operatus est ad incantationes Ægyptiacas Magorum, ad invocationem Diaboli, ac per virgam Aaronis, tam mendacia Magorum, quàm veritatem Mosis per sigillum sibi proprium obsignavit, Apage blasphemiæ monstrum! Animam hominis esse veluti ens inanimatum, planè iners & otiosum, simile vetustæ cuidam arbori, aut arido trunco, in quo exquisiti fructus appensi hærent. Ridet hic Author super modis physicis, intellectiones & volitiones paralellas appellat substantias: sed quid stultius excogitari poterit? quid magis deridendum? Rejiciant hic & alii ejusdem farinæ historias scripturisticas, attamen illam eis denegare nequeunt fidem, quam dant prophanis; aliàs hæ eâdem fronte rejici possent. ** Non ergo Angeli fuerunt puræ causæ occasionales illorum stupendorum, quæ illis appropriat Scriptura sacra Gen. 19. v. 11. Exod. 14. v. 19. &c., sed naturali virtute ea physicè operati sunt. *** Non fuit verum miraculum cæcitas, quâ Angeli percusserunt eos, qui volebant ostium domûs Loth effringere; subitò namque hominem obrui posse cæcitate, notum est. Nec tale opus fuerunt dracones, qui ad incantationes Ægyptiacas Magorum comparuerunt, quamvis veros fuisse ideo credendum, quòd draco Aaronis eos devoraverit. Ea de causa Diabolus hic non fuit usus præstigiis, nec applicando activa passivis eos effecit, sed celerrimâ adductione omnia perfecisse tenendum.

§. 8. Dogmatibus & annumerandum, Angelos, tam bonos, quàm malos tam
fuisse in via sine clara Dei visione, quamdiu boni nondum meruerant perfectam
consummatam beatitudinem, & mali peccando se nondum fecerant reos damna-
tione. * Post meritum de condigno bonos consecutos fuisse præmium vitæ æternæ
* * fuisse semper & mansuros beatos. * * *

* Id enim clarè sequitur ex 2. ad Timot. 2. v. 5. ex 1. ad Corinth. 6. v. 3. imò
Ezech. 28. v. 15. quamvis ejus literalis sensus sit primariò de Rege Tyri; q
à Spiritu sancto est quoque designatus de Lucifero. Hoc docuit quoque S. A
gustinus, dum in L. de corrept. & Grat. c. 10. scripsit: *Deum sic ordinasse Ange-*
lorum & hominum vitam, ut in ea priùs ostenderet, quid posset liberum arbitrium,
deinde quid posset suæ gratiæ beneficium. Qui liber propterea est præferen-
dus, quia est posterior cæteris, magísque elaboratus; proinde per illum cæte-
ra exponenda sunt, dicendum nimirum, eum solùm docuisse, Angelos, mo-
liter loquendo, in principio creationis suæ fuisse beatos: &c. quia via eorum
fuit admodum brevis, & jugiter in cælo empyreo, quasi in patria. ** Non ...
pugna Angeli obtinuerunt gloriam in cælis. Principale proinde meritum e...
rum consistebat in eo, quòd cum violentâ suarum naturarum suppressione ...
carnandum Filium Dei agnoverint per fidem explicitam, humiliter se ei ...
miserint, & eum velut caput suum fuerint venerati. Hoc verò præmium ...
fuisse consecutos ante sextum diem creationis mundi, Evâ per Luciferum ...
ductâ, evincit Jacobi 2. v. 13: *Superexaltat misericordia judicium*: imò pri...
Die creationis datum, bene infertur ex peccato Luciferi, ipso die comm...
so. Proinde verosimilius est, nonnisi per pauca instantia durasse viæ eorum
statum. Quartum autem instans addere, cogit v. 22. Matth. 10. *** Præmium
semel collatum esse perpetuum, clarê testantur v. 10. ex Matth. 18. v. 35. &
ex Luc. 20.

§. 9. Angelum, non naturâ, sed peccando factum Diabolum, dogma verum est. *

* Nequidem dari potest ens naturâ suâ malum. Defectus naturæ est mal...
naturæ, ergo nonnisi à causa deficiente provenit. Mors est malum natura...
eadem duntaxat causâ ortum suum habens. Potiùs verò naturæ univer...
bonum, imò & hominis appellanda. Affectiones antipatheticæ econtra ...
bonum naturæ universalis & particularis. Minus consequenter malum natu...
erit, quòd Angelus sit dæmon, inimicus Dei & humani generis. Odium nat...
que Dei habet solùm aut ex punitione divinâ, aut ex inordinato amore su...
rum excellentiarum. Punitio verò divina solius mali moralis effectus est; ...
inordinatus amor, non naturæ sed liberæ voluntatis defectus, alioquin in om-
nibus fuisset. *Defendentes Ornati & Pereruditi Theologi*

Rel. F. THEODOSIUS MUNSTER, D. JOSEPHUS BODENHEIM, Aquensis
& D. PAULUS KIESELSTEIN, ex Eschweiler.

Oppugnantes

Rel. F. Udalricus Krings, D. Henr. Kremer, Aquensis, & D. Franc. Jos. Dumez,
ex Francochamps.

In Musæo privato PP. Franciscanorum Aquisgrani 3. Martii 1774.

§. 10. Angelos plures peccando factos esse diabolos, verum Dogma est*
eorum autem peccatum veram fuisse superbiam, non est verum
Dogma, quamvis sit certum **

* A sola æstimatione vulgi & Concionatorum fictione irrepsisse in mun-
dum opinionem de dæmonibus, clamant *Libertini*; sed est clamor verè
insanus. Nam nunquid vera insania est, negare factum, quod solidissi-
mis authoritatibus extat probatum. ? Quæ solidiores, quàm veteris &
novi Testamenti? Solidissimis saltem prophanis nunquid æquiparandæ?
Quid nunc clariùs, quàm Deuteron. 32. ℣. 17. *Immolaverunt dæmoniis,*
& non Deo, Diis, quos ignorabant? Quàm alii textus, quibus cultus
dæmonum fuit inhibitus? Ex novo Testamento nunquid clara quoque
est historia illa Marci 5. à ℣. 9. dum Christus spiritibus immundis, ex
homine ejectis, permisit ingressum in gregem porcorum &c. ? Quid, si
hac de re habeantur Ethnicorum Philosophorum testimonia? *Trismegi-*
stum agnovisse dæmones, & principem eorum appellasse *Dæmoniarchem,*
testis est *Lactantius* l. 2. *divin. Institut.* C. 15. *Empedoclem* pro quovis ho-
mine admisisse duos genios, unum bonum, alterum malum, refert *Plutar-*
chus l. de *tranquillitate animi* versùs finem. *Hesiodum* vocâsse dæmones
custodes hominum, legitur in *Lactantio* cit. super hac Ethnicorum noti-
tiâ mirari desinet, qui reflectit, potuisse eos illam obtinuisse 1.mò per
traditionem. Nam indubitatum videtur, notum mansisse hominibus, quo-
modo dœmon deceperit Evam, ac populus Hebræorum, nec non Ægyp-
tii per eos fuerint decepti. 2.dò Per experientiam propriam aut fide dig-
norum ex miris operationibus obsessorum.

** Hoc peccatum fuisse veram superbiam, clarê sequituur 1.mò ex sensu
literali textuum Isaiæ 14. à ℣. 12. usque ad 15. & Ezech. 28. à ℣ 14.
usque ad 17. 2.dò ex Lucæ 10. ℣. 18. 3.tiò ex 1. ad Timot. 3. ℣. 4.
Equidem non est verum dogma: quia alias probabiles non respuunt ex-
positiones. Primum verò peccatum in illis fuit inordinatus propriæ ex-
cellentiæ amor. Formale superbiæ consistebat in eo, quòd ob excellen-
tiam propriam appetierint naturæ suæ, tanquam digniori, unionem hy-
postaticam, & dedignati desuper fuerint, quòd naturæ humanæ foret
communicanda.

§. 11. Vera Dogmata sunt econtra, Angelos non longo tempore post pec-
catum suum fuisse à Deo punitos * pœnâ sensûs æternâ, ** & igne vero
ac propriè dicto in inferno cruciari. ***

* Ante extremi judicii diem eos punitos ita esse, convincunt clarè ex 2.
Petri 2. ℣. 4. & ex Judæ Apostoli ℣. 6. deserendi sunt proinde Ss. Ju-
stin. Iren. Epiphan. nec non Euseb. & Oecumen. in hoc contra-
rii. ** Doctrinam verò Origenis de fine pœnarum sensûs aliquando se-

cuturo hæreticam esse, demonstrant sacræ Scripturæ loca quamplur
conciliorúmque generalium definitiones, nempe Lateranensis 4. Ca
ac Tridentini Ss. 6. can. 25. & Ss. 14, can. 5. eam impiam esse,
norum attributorum docet concordia. Nam exegit divina Sapientia
pro debito mundi gubernio Deus ligaret liberum arbitrium sub iis p
nis ad observantiam præceptorum, quæ forent efficacissimæ ad eam
gendam: exegit insuper executionem illarum manifestari hominibus: e
git divina immutabilitas, ut divina decreta perpetuò exequeren
quia ergo nulla pœna efficacior, deterrendi creaturas rationales à tr
gressione præceptorum, quàm pœna æterna, sana ratio dictat, d
se Deum sub his pœnis comminatis dare præcepta; debuisse Deum e
cutionem illarum prodere illis: debere Deum, illa exequi, justitia div
nâ quoque exigente idem, ut Deo satisfiat pro injuria illata; concord
ergo divinorum attributorum exigit, ut omnipotentia divina pro mo
li peccato infligat pœnam æternam. Nonnisi insipiens consequenter
cet, justum non esse hoc judicium Dei: Blasphema proinde est hæc
bertinorum doctrina *** Usus tam frequens & uniformis in sacrâ Scr
tura vocabili *ignis*, ad declarandum pœnam damnatorum, non pati
expositionem metaphoricam, præsertim cùm sensus proprius null
complectatur inconveniens, sit ad bonos mores utilior, nec alteri c
tradicat textui.

§. 12. Similiter vera Dogmata sunt, singulis hominibus deputatum esse à D
Angelum Custodem* Hominem quemlibet tentari à Diabolo, ut vel e
ad peccandum seducat, aut à bono retrahat ** Dœmonem aliquando
minem ingredi, & verè obsidere. ***

*Custodes hominum, tam proborum, quàm improborum psallimus
gelos omnes in Ecclesiâ Dei à tempore Pauli V; crediderunt om
tam in veteri, quàm in novo Testamento fideles; Cecinit David Ps
℣. 10. declaratum esse à Christo Math. 18. ℣. 10. docuerunt omnes Pat
quare pudere debet Reformatos, Calvinum, suum reformatorem, scr
sisse in eum Psalmum, hoc esse anilem fabulam. ** Hanc esse præcipu
causam, cur militia sit vita hominis super terram, docuerunt Apostol
ad Eph. 6. ℣. 12. S. Petrus in 1. C. 5. ℣. 8. & edocemur exempl
scripturisticis. Divina ergo dispositio est de mundo rationali: non corona
bitur, nisi qui legitimè certaverit: id verò iniquum præconizat impia &
blasphema *Libertinorum* turma. Iniquum enim esse, est horum vox una
patrem permittere filium suum labi in periculum vitæ. Vah pudor! tam in
sanis mediis Deum è mundo eliminare tentant! sana ratio obstruet ora
loquentium iniqua. Si filius attentâsset parricidium, propterea pœnâ mor
tis reus foret, nunquid potius amoris specialis Patris erga filium signum

foret, quam vel minimam saperet iniquitatem, quòd permitteret in pœnam peccati eum labi in tale periculum, postquam ei abundè providit de mediis, quibus salvus evadere levissimo brachio posset? Nunquid omnes talis iræ filii nati sumus? Nunquid omnibus de talibus mediis abundè provisum est? Discrimen inter filium naturalem & adoptivum præterea convincit ita blasphemantes. Filio enim duntaxat naturali de jure naturæ debetur hæreditas paterna, non purè adoptivo: huic jus nullum competit ad hæreditatem paternam, nisi juxta dispositionem patris. Quæ ergo iniquitas in eo, quòd pater adoptans nolit filium hæredem suorum bonorum, nisi postquam ea fuit promeritus? Nunquid amori paterno satisfactum, dum ei providit de mediis vitæ & condignorum meritorum? Angelos nunc, & homines esse puros Dei filios adoptivos, quis audebit inficias ire? *** Quod negare non potest, nisi, qui sensibus, quos habet, non putat, habendam fidem, & omnem præteritorum temporum negandam historiam, & quæ sacris literis continentur, in dubium revocanda.

SCHOLASTICORUM.

§. 1. Angelorum existentia verè demonstratur ex effectibus veræ obsessionis * & ex mundi perfectione, ** non verò ex Dei perfectionibus, *** minùs per motum cælorum ****

* Hi enim effectus nonnisi Diabolo poterunt appropriari. ** Mundi perfectio exigit eam. Aliàs non foret in eo ordinis perfectio. Debitum proinde datur in Deo in creaturis fundatum, sed solum conditionatum: proinde Deus in mundo non creâsset creaturam intellectualem, sibi quodammodo similem, nisi perfectio mundi eam exegisset. Hanc perfectionem in mundo esse summam, seu Deum condidisse mundum simpliciter optimum, Abailardicum dogma fuit. Ad extra nequidem Deus potest perfectissimum producere, nec perfectissimo modo operari. Nequidem Incarnatio est opus ullius necessitatis, sed summæ libertatis divinæ. *** Cùm nullâ divinâ perfectione habuit Angelorum existentia necessariam connexionem. Quod summum bonum summè se exigat ad extra communicare, implicat in terminis. Sapientia divina ante decretum Dei non potuit dictare, mundum esse ità condendum: quia ejus dictamen nequit esse regula voluntatis divinæ. Attributorum divinorum in operando ad extra concordia consistit in eo, quòd nulla perfectio divina operationem ad extra urgeat, nihilque fiat, nisi secundum beneplacitum divinum. **** Non est certum, minùs evidens, hunc motum fieri per Angelos.

§. 2. Creati sunt Angeli in cœlo empyreo, non in sydereo. *

* Quamvis literaliter significent veram Luciferi superbiam verba Isaiæ 14.

à ℣. 12. equidem, quibus exaggeratur ea, nonnisi metaphoricè exp possunt; quæ verò de ejus sunt lapsu, non de jure & spe, sed pr intelligenda esse, evincunt ex Ezech. 28. ℣. 13. & 14. & ex Apo *Prælium magnum* &c. nec non illa Christi Lucæ 10. *Videbam Sat* &c. Dispar proinde ratio inter creationem primi hominis & Angelo desumenda erit ex Scriptura sacra, dicendum videlicet, eam Gen. 2. 8. testari, Adamum esse extra paradisum creatum; in locis verò ali eam docere, Angelos in cœlo empyreo esse creatos.

§. 3. Operationes mentis propriè dictæ, quia rei purè materiali comp re nequeunt, * per eas ritè quidem demonstratur, Angelos esse verè rituales; ** ast eos esse puros spiritus, nonnisi argumento negativo monstari poterit, nimirum: quia corpus, ut compartem substantialem bere nequeunt.

* Materiam verè esse cogitantem, certum vult *Materialista*, experien in brutis obviâ convictus. Inde námque certi sumus, bruta se invi agnoscere, etiamsi sint diversæ speciei, v.g. ovem lupum, columb mylvum: canem rememorare: felem discernere murem verum à pi bruta discernere herbas nocivas à sanis: imaginationes reperiri in b tis: multa intelligere bruta, posse varia addiscere: ita cautè se ger ac si veram possiderent prudentiam &c. hæc verò quia certa sunt, ex omne dubium esse debebit, in re purè materiali esse veras operatio mentis, bruta enim sunt res purè materiales. Cur ergo principium i rum deberet esse spirituale? Argumentum ad hominem est, sed homi nomine indigni sunt, qui à brutis didicerunt, hominem esse parem bru tis in operationibus suæ mentis, obinde homines dignitatem supprim res, ac è mundi ambitu eliminare conantes. Dummodò sanæ mentis mo experientiam de se ipso consulat, inveniet hoc argumentum esse rum deliramentum, toto cælo nimirum diversas esse veras operat nes mentis ab illis brutorum operationibus. Inveniet, suam op rationem esse reflexivam, ex ratione intrinseca se posse discernere a omni, hujúsque suæ discretionis rationem dare. Qualis certè operati in bruto nunquam fuit deprehensa, nequidem in illo, quod in commu nibus sensoriis homini simillimum est: deprehendet, suum rememora re se extendere ad ea, quæ sensibus non percipit: agnoscet, se suâ ope ratione mentis non tantùm discernere se ab homine picto, sed etiam à sua imagine: hoc verò felis, in speculo semet ipsam intuens, facere ne quit: proin concludere debet, tunc non esse veram operationem mentis in fele, sed eam ex odore à puro naturæ impulsu ferri in murem verum: ex odore puro similiter bruta seligere sanas herbas à noxiis sine verâ men tis

tis operatione. Convictum se fateri debet, suas imaginationes tamdiu sine verâ operatione mentis, remanere purè sensibiles, quamdiu mente rem imaginatam non ruminat: quod à bruto fieri nequit: certum sibi erit: hominem, non bruta, addiscere artes liberales, nec mechanicas, componere libros, computare &c. vitiorum fugam & virtutum exercitium non habere locum in brutis: hominem, non brutum, discernere verum à falso, honestum ab inhonesto, bonum à malo: hominem, non brutum, considerare substantias in abstracto, attingere universalia, ex unisalibus deducere particularia, ultra qualcunque durationis & extensionis metas se extendere, æternitatémque speculari &c. Qui ergo Hobbesium ac Voltaire sequuntur, viam à sana ratione alienam seligunt, à veritate auditum avertunt, & ad fabulas convertuntur.

** Verè consequenter mentis operationes exigunt principium spirituale. Tales operationes sunt angelicæ: ergò Angeli verè spirituales sunt. Exinde verò non fluit, eos esse puros spiritus. Nam & in homine sunt operationes, qui nonnisi partim spiritualis est. Itáque aliio ex principio id demonstrandum. Non superest nunc aliud, quàm quòd Angelo repugnet finis intrinsecus corporis.

§. 4. Angeli sunt naturâ suâ immortales & incorruptibiles*

* Ecclesiastæ ex 3. c. ℣. 19. à Salamone in propria persona posita, & solùm de corpore hominis intelligenda esse, evincunt ejusdem c. ℣. 16. 7. & 8. ac 21.

§. 5. Pœna sensûs dœmonum quidem involvit simul alligationem perpetuam ad ignem infernalem, realem, & intentionalem; ast principaliter consistit in affectione quâdam dolorifera, ab igne solùm moraliter causatâ, quæ ipsos deturpat, suóque intuitu vehementissimè affligit.*

* Angelum per verum calorem cruciari implicat: anima in corpore per ustionem ejus non patitur physicè: si in pura alligatione consisteret eorum pœna, hæc non foret in re major pœnâ hominum damnatorum.

§. 6. Angelorum dari tres hierarchias, & in qualibet tres ordines, consequenter esse novem choros Angelorum, quidem ratione solidâ demonstrari nequit: quia quæstio facti divini est; attamen authoritas Ss. Patrum ità certum reddit, ut sine temeritate negari nequeat.

Defendentes Ornati & pereruditi Theologi

F. SABINIANUS HAMMEL. D. HENRICUS JOSEPHUS DUMEZ' ex Francorchamps.

D. JACOBUS JOS. CORNELI, Aquensis. JOANNES WILH. SCHWARTZ, ex Ubach.

Oppugnantes.

D. Franciscus Charlier, Aquensis. D. Petrus Herwartz, Aquensis.

D. Theodorus Trapp ex Waxweiler. D. Winandus Classen, Aquensis.

In Musæo privato Theologico P.P. Franciscanorum

Aquisgrani 28. *Aprilis* 1774.

THESES
THEOLOGICÆ POLEMICO DOGMATICÆ, SCHOLASTICÆ & MORALES
DE
ACTIBUS HUMANIS.

DE LIBERO ARBITRIO
POLEMICO-DOGMATICÆ & SCHOLASTICÆ.

Disciplina Theologica utique non sistit in nuda veritatis inquisitione, sed simul ad efformandos mores, & præsertim ad concipiendum, fovendúmque amorem Dei ac rerum cælestium est de se ordinata. Deo proin, tam in se, quàm in nobilissima sua creatura agnito, meritò viam pandit ad perfectam actuum humanorum notitiam. Mores enim salutares non erunt, nisi sint tales actus: sunt & hi actus æternitatis semita. Non pandit autem viam, nisi mediam, quâ nec viâ salutis dilatetur, quæ arcta est & angusta: neque ultrà, quàm oportet, arctetur. Consequenter præ cæteris errores sunt extirpandi, ne quis per errorem declinet ad dexteram vel sinistram.

De libero Arbitrio, nobilissimâ actûs humani conditione, verò varii sunt in mundo exorti & divulgati errores. Sæculo 3. *Cubricus*, Persarum linguâ *Manes*, græcâ *Manichæus* vocatus, *Berti.* sæculo 3. p. 123. teste virus suum effudit & propagavit, nempe: *in homine duas esse animas, unam bonam à principio bono infusam, alteram malam à malo: hasque duas animas ita inter se pugnare, ut altera debeat sequi illam, quæ prævalet: idcirco peccata nullo modo posse vitari, & cuncta necessariò fieri, Inde Manichæi.* Sæculo 4. *Priscillianus*, Priscillianistarum author, Abilæ in Hispania Episcopus inter cætera divulgavit: *voluntatem hominis alligatam esse fato, sive fatali necessitati*, quod corpus humanum juxta duodecim signa cæli compositum credebat. Sæculo 5. *Pelagius* Brittannus Monachus, Pelagianorum Antesignanus, de libero Arbitrio sparsit: *in nullo fuisse læsum per peccatum Adæ, sed veluti in æquilibrio positum, parem habere indifferentiam & facilitatem, sive ad bonum, sive ad malum, ac in statu innocentiæ.* Sæculo 14. *Joannes Wicleff* Anglicanus, Collegii Cantuariensis Oxonii Præfectus invexit in mundum doctrinam: *omnia absolutâ necessitate evenire.* Sæculo 16. prodiit notissima Hæresis *Martini Lutheri & Joannis Calvini*, nempe: *post Adæ lapsum in hominibus extinctum esse liberum voluntatis arbitrium: hominem ex necessitate, non liberè agi, vel à gratia ad bonum, vel à concupiscentia ad malum.* In naturalibus tamen *Lutherus* fassus est, nos esse liberos, non verò in moralibus. Sæculo eodem *Michaelis Baji*, Doctoris Lovaniensis & sacræ Theologiæ Professoris Regii sequentes doctrinæ celebres factæ sunt in Ecclesia: 39: *quod voluntariè fit, etiamsi necessariò fiat, liberè tamen fit.* 66: *sola violentia repugnat libertati naturali.* 67: *homo peccat etiam damnabiliter in eo, quod necessariò facit.* Sæculo 17. magnum excitarunt incendium quinque propositiones *Cornelii Jansenii*, Episcopi Iprensis: quarum tertia est: *ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.*

§. 1. Quas omnes erroneas doctrinas verè esse hæreticas, docet sana Theologia. *

* Etenim ab Ecclesia aut omnes sunt ùt hæreticæ damnatæ, aut oppositum ùt

fide divinâ credendum declaratum. Equidem non est semper hæreticum, q
oppositum est ab Ecclesia definitum; nam assistentia Spiritûs sancti non est
revelatio, sed solùm deservit Ecclesiæ, ne in suis dogmaticis definitionibus er
Nisi ergo tale definitum ab ante fuerit à Deo immediatè, etsi solùm confus
implicitè revelatum, non erit verum dogma seu articulus Fidei, nec opposi
ejus erit hæreticum. Aliud est, quando definitum est aliquid ab Ecclesia ut fide
vinâ credendum. Tunc enim definiendo declarat, illud contineri in Scriptura
cra, aut in Traditione. Semper ad propositionem hæreticam requiritur, ut
per Ecclesiam proposita veritas ipsa, cui opponitur, tanquam Fide divinâ c
denda: quia Ecclesiæ propositio vel declaratio est medium ordinarium à Deo
stitutum, ut certò sciant homines, quænam ipse revelavit, & credi voluit. Quan
veritas aliqua clarè & evidenter continetur in Scriptura sacra aut Traditione,
requiritur alia propositio, quàm illa, quâ Scripturam sacram & Traditionem
bis proponit ùt Regulam Fidei. Quando verò non satis clarè aut evidenter,
duntaxat obscurè & implicitè in ea reperitur, aut sensus ejus est obscurus &
bius, tunc particularis Ecclesiæ declaratio necessaria est; quia sine ea non sat c
propositum est ùt Fide divinâ credendum. Sufficeret etiam, quòd plurimi
Ecclesia illud velut Fide divinâ credendum teneant, quamvis aliqui rudiores
eo dubitent. Aliud est, si illud communiter in Ecclesia pro non certo & indu
tato habeatur, quamvis sit aliquibus manifestum; quia tunc de illa Doc
na non adest communis Ecclesiæ sensus. Qui quia incipit evanescere
eo, quod videtur in S. Scriptura clarè contineri, quando contra ill
dogma per Ecclesiam divulgatur, hinc tamdiu dogma illud nequit appe
lari hæreticum, quamdiu Ecclesia illud non damnat ut hæreticum, aut no
definit oppositum ut fide divinâ credendum.

§. 2. Post Adæ peccatum hominis liberum arbitrium mansisse immune &
coactione & ab omni necessitate physica * tam in naturalibus, quàm i
moralibus ** proinde pro vero dogmate tenendum *** contra omnes præ
minatas doctrinas, Pelagianorum exceptâ. ****

* Systema Catholicum est: quamvis tentatio ad peccatum sit valde gravis,
delectatio terrena urgeat ad sui sequelam, equidem hominem non neces
sitari physice ad agendum, sed posse vincere omnem difficultatem, &
desistere ab actione; hominem esse in similibus casibus immunem ab om
ni coactione seu violentiâ, & inclinationis necessitate, nullum inesse tunc
homini impulsum, ad unum ita voluntatem determinantem, ut ab eo ab
stinere nequeat, nec congenitum (qui à principio intrinseco proveniret, ne
que adventitium, qui à motu accidentali esset: sed planè physicè liberum
manere, relativè etiam ad vim superioris seu prædominantis delectationis,
sive in sensu composito. ** Sive teneatur declinare à malo, & facere bo-

num, sive non, id est, tam in naturalibus, quàm in moralibus. *** Dixit enim Deus ad Cain: *Sub te erit appetitus tuus, tu dominaberis illius.* Gen. 4. ℣. 7. Inter valde ardua & difficilia optio populo fuit data Deut. 30. à ℣. 19. Josue 24. à ℣. 15. 2. Regum. 24. ℣. 13. Eccli. 15. à ℣. 14. 1. Corinth. 7. ℣. 37. & Math. 12. ℣. 37. **** Pelagianis exceptis, omnium errores de libero arbitrio in re conveniunt. Quod enim alii appellant delectationem, hoc Manichæi animam dixerunt: quod alii nuncupant adventitium, hoc Manichæi voluerunt innatum: omnes tamen dicere debent innatum: quia nomine delectationis, non solum intelligere possunt actum secundum, sed debent simul intelligere actum primum, seu ipsam concupiscentiam. In omnium enim doctrina impulsus ille voluntatem nostram ad unum physicè determinans provenit quidem radicaliter à principio intrinseco congenito, formaliter vero à motu accidentali illius, quod in lucta in homine prædominatur. Ea de causa in voluntate nostra necessitatem inclinationis potius adventitiæ, quàm naturæ seu naturalis esse, censent.

§. 3. Pro vero Dogmate præterea habendum, quod post Adæ peccatum liberum arbitrium in homine non retinuerit parem indifferentiam & facilitatem ad bonum & malum, quam habuit Adam in statu innocentiæ, sed per congenitam concupiscentiam carnis formaliter * fuerit viribus attenuatum, & inclinatum ad malum, ita, ut nonnisi cum difficultate speciali homo sæpe à malo culpæ se retrahere valeat. **

* Quam concupiscentiam residere, non tantùm in appetitu sensitivo, concupiscibili & irascibili, verùm etiam in rationali, convincunt 1.mò quòd Apostolus ad Galatas 5. ℣. 19. inter opera ejus recensuerit, non solum illa, quæ sunt verè opera appetitûs sensitivi, sed etiam ea, quæ sunt in se opera spiritualia seu appetitûs rationalis. 2.dò Quod experientia constet, concupiscentiam, quemadmodum in concupiscibili excitat appetitum gulæ & veneris; in irascibili appetitum invidiæ, iræ & rixæ; ita in rationali suscitare appetitum excellentiæ, curiositatis & vanæ scientiæ; certum proinde est per peccatum Adæ hoc concupiscentiæ fermento fuisse omnes hominis potentias infectas. Consistit ergo in speciali pronitate ad eorum appetituum delectabilia, & inde exortâ difficultate superandi vitia & virtutes exercendi. Ea non fuit in natura integra: pulchritudo fructus vetiti non irritavit in Eva gulam, nisi dum in superbiam elata victa erat à serpente: non fuit in Protoparentibus libidinis motus, nisi postquam agnoverant suam nuditatem: fuit tunc in homine omnium perfecta subordinatio: invenit Salamon, *quod Deus fecerit hominem rectum.* Ecclæ. 7. ℣. ultimo, id est, rectè sentientem, rectè diligentem, sociis æquum, Deo subjectum.

** Ex rebellione carnis adversùs spiritum specialem oriri in homine difficultatem in vitiis superandis, & virtutibus excolendis, testes sunt multiplices illæ pœnæ, quas tum in parvulos, tum in majores cogimur exercere, ut homines inviti coerceantur à vitiis. Docuit etiam clarissimè Apostolus ad Rom. 7. 18. & 21. 1. ad Corinth. 9. ℣. 27. 2. ad Corinth. 12. ℣. 7. & 8. ad Gal. ℣. 17. Experientiâ edoctus scripsit Tullius l. 3. de Rep. *iracundiam & libidinem vitiosas esse animi partes* Pelagiani econtra concupiscentiam naturæ bonum crediderunt. Verùm quis bonum credere poterit, quod Apostolus Rom. 7. malum appellat? propter quod ingemuit: *infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Quod Apostolus tam vehementer expugnavit, & precibus ad Deum, & asperitate vitæ in se? Quod Angelum Sathanæ appellavit? Cujus fructus sunt mali? cur hæc sit peccati originalis pœna, causam dedit S. Augustinus, dum in Psalmum 75. scripsit: *vindicatur in rebellem adversus Deum, ut ipse sibi sit bellum, qui pacem noluit habere cum Deo.*

§. 4. Verum insuper dogma est, mansisse equidem in homine viatore indifferentiam physicam, tam ad contraria, quàm ad contradictoria, * & quidem in sensu composito, sive præsentibus omnibus ad agendum prærequisitis.

* Id enim in Tridentino Ss. 6. Can. 4. & 6. ut fide divinâ credendum definitum est & clarè docetur Eccl. 15. à ℣. 14. quoniam per *in manu* significatur arbitrium, potestatem & libertatem consilii ad opposita illa, constat ex Gen. 16. ℣. 6. illis Abraham ad Saram suam uxorem de Agar: *ecce, ancilla tua in manu tua est, utere eâ, ut libet:* ac ex illis Dei ad Satan Job 1. ℣. 12. *ecce, universa, que habet, in manu tua sunt.* Claudicat ergo Calvini frivola paritas de tibiâ curvâ. Dictat sana siquidem ratio de pr... 1.: habentem tibiam curvam, fulcro innixum sat rectè posse ambulare, add... inter curvitatem physicam & moralem esse hanc similitudinem, quòd utra... que habeat difficultatem annexam specialem in operando, & cum illa op... rans necessariò non rectè agat: dissimilitudinem verò in hoc: quòd phy... sica semper rectam impediat, non moralis, utpote quæ sæpe quiescit, & quòd in morali ab homine possit vinci difficultas, quidem non naturaliter tamen absque miraculo.

Quas Junii defendent Ornati & pereruditi Theologi.

R. F. Paulus Hensen. D. Matthias Luchtman ex Grünstr...

D. Wilhelmus Schillings ex Mechelen.

Oppugnabunt

R. F. Sabinianus Hammel. D. Josephus Hahn, Aquensis.

D. Petrus Herwartz, Aquensis,

Aquisgrani in Sacello Fratrum Minorum Recollectorum.

DE LIBERO ARBITRIO.

Quem sensum compositum*Scholasticus aliter exponere nequit, quàm quod

§. 5. Quem sensum compositum ad agendum prærequisita sint cum omissione alterius componibilia **

* Systema Catholicum involvere debet hunc sensum, ut differat totaliter ab hæretico: quia hoc fatetur, in sensu diviso, prædominantis delectationis, voluntatem esse indeterminatam. à quo proinde quò remotiùs est Systema, veritate salvâ, eò purior & verior est doctrina. ** Remotissima nunc est ab eo hæc expositio. Voluntatem etenim nostram tuetur ita proximè expeditam (quin à vero aberret) tam ad agere, quam ad non agere, præsentibus omnibus, tam ad actum primum, quàm ad actum secundum priùs requisitis, quàm voluntas se determinat, ut ex pura interna dispositione & eminenti dominio actum omittere valeat. Ubi si à vero aberraret, esset in dependentia causæ creatæ in operando à causa prima; illam verò nullatenus invertit: quia manet causa prima dignitate prior: manet, secundam sine prima agere non posse. De esse ad operari paritas non tenet in omnibus: aliàs Adam, sicut esse suum habuit à solo Deo, ita & operationem suam: aliàs suppositio foret antecedens determinationem voluntatis nostræ.

§. 6. Quam indifferentiam in supernaturalibus esse verè activam, verum dogma est * non potest, nequidem in naturalibus, esse merè passiva ** Ergo liberum arbitrium in nobis est à voluntate nostra plane indistinctum *** Proinde ad essentiam ejus non tam pertinet libertas contrarietatis, quàm contradictionis. ****

* Quia in Tridentino Sess. 6. canone 4. & 6. id definitum extat. ** aliàs actus non forent vitales: nec arbitrium liberum. Non enim est in potestate patientis, quid in ipso fiat: indifferentia passiva ad varia quoque semetipsam non determinat: proprium insuper est viventium, se ipsa movere. *** Indifferentia siquidem illa nequidem rationi in ullo competere potest, quia nunquam agit, nisi ab altero determinata, hæc potentia naturalis **** nam ad hoc, ut voluntas sit domina sui actûs, semetipsámque determinet ad actum, requiritur & sufficit hæc libertas; in hoc verò tota ratio liberi consistit.

§. 7. Ad omnem operationem liberi arbitrii necessaria est prævia intellectûs operatio * non requiritur autem Judicium ** nec indifferens *** neque ultimum practicum **** quod tamen relinquit indifferentiam in actu secundo ***** sed sufficit apprehensio bonitatis & malitiæ.

* Nequidem amor patriæ est sine cognitione. Minùs sine ea esse poterit perfectissimus amor extaticus. Nequidem ferri potest in objectum, nisi sit intentionaliter seu objectivè præsens. ** Dum phantasia proponit bruto objecti visi convenientiam, verum est, quòd ejus natura eò ipso hoc æstimet sibi conveniens: ast tunc æstimativam ejus hoc verè judicare, sicut &

intuitionem objecti non eſſe nudam illius repræſentionem, ſed quoddam
Judicium de ejus exiſtentia, figmenta ſunt Pallavicini. Convicti námque
ſumus à propria experientia, quòd vix visâ & phantaſiæ propoſitâ obje-
cti delectabilitate ſtatim exurgant motus concupiſcentiæ: ratio inſuper di-
ctat, naturali inclinationi ſufficere, bonum eſſe propoſitum. Si ergo appe-
titui ſenſitivo ſufficiat nuda propoſitio, cur non ſufficeret rationali? *** Qui
ex ignorantia vincibili operatur, liberè agit: quia peccat. Aſt tunc non adeſt
judicium indifferens. In hoc judicio indifferentiam activam conſiſtere, ei fig-
mentum eſt, qui poſt judicium ultimum eam manere in actu ſecundo defendit.
**** Contra judicium ultimum practicum ſine novo ſimili judicio operans
peccat, ergo liberè operatur, quamvis objecti bonitas nonniſi confusè propo-
ſita fuerit. ***** Quæ poſitio conſequens eſt jam dictorum. Attamen cer-
tum eſt, quòd tale judicinm ſit neceſſarium, ut prudenter homo operetur.

§. 8. Ad operandum movetur ab appetitu ſenſitivo immediatè, ſed nonniſi præ-
viâ cognitione, * ab objecto & intellectu ſolùm moraliter, ** à Deo partim
phyſicè, partim moraliter, *** ab Angelis & Aſtris duntaxat indirectè & me-
diatè. **** In exercitio verò ſemper ſemetipſam determinat, quamvis volitio
ſit ſimpliciter prima. *****

* Ob ſympathiam ſeu conſenſum potentiarum in idem, ſpeciali pronitate ad de-
lectabilia in appetitu ſenſitivo vix concitatâ per motus illius connaturaliter ſta-
tim commovetur in toto homine ſpecialis pronitas ad eadem, conſequenter
naturaliter ſequitur in voluntate complacentia circa idem: quod in ſtatu inno-
centiæ non fuiſſet, quia non aderat illa ſympathia. ** Quia objecta non aliter
movent, quàm finis. *** Deus verò phyſicè concurrit ad omnem ejus actum,
& ſæpe inſpirationibus, aliiſque modis ad actum movet. **** Angeli non
poſſunt immediatè in voluntate noſtra operari quidquam, minùs aſtra. *****
Illa prima volitio libera eſt, & meritoria eſſe poteſt.

§. 9. De duobus mediis liberum arbitrium poteſt ſeligere minùs; imprudenter ta-
men ageret * Quando verò nonniſi supereſt medium, perdurante intentionis
efficaciâ, non poteſt electio omitti; aſt ſolet non raròefficacia evaneſcere,
** Imperium, quo homo ſibi ipſi & ſuis imperat potentiis, non poteſt con-
ſiſtere in actu intellectûs. ***

* Sit conſultatio prævia medium ad eligendum prærequiſita, In ſenſu tamen
compoſito manet perfecta arbitrii noſtri indifferentia; cur ergo poſitiva uti-
litas minoris ad finem non poſſet illud efficaciter movere? Melius tunc non
reſpueret poſitivè, ſed ſolum negativè, ageret tamen contra rectam ratio-
nem. ** Aliâs intentio finis non foret efficax. *** Actus intellectûs, mo-
tionem efficacem voluntatis conſequens, non eſt neceſſarius voluntati, dum
ipſamet media ſelecta exequi debet: quia non eſt neceſſe, ut ipſi hoc

prævie intimetur: nec eſt neceſſarius, dum per alias potentias executio
fieri debet; imò illis deſervire non poteſt: quia intimationem intellectûs
agnoſcere non poſſunt. Sufficit ergo intimatio virtualis, quæ conſiſtit in
eo, quòd ad motionem efficacem voluntatis naturaliter ſequatur aliarum
potentiarum motio. Obinde tamen imperium non erit merè impulſivum,
ſed eſt ſimul rationabile, & ordinatum: quia ad judicium rationis practicum
ordinariè ſequitur, quo media ad ſuum finem ſunt ordinata.

§. 10. à qua indifferentia inſeparabilis eſt peccandi potentia: Ergo creatura
rationalis eſt ab intrinſeco peccabilis. *

* Alias non poſſet liberè abſtinere à peccato ex naturæ ſuæ conditione. Ob
hoc verò dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, impia nimirum *Li-
bertinorum* caterva: contra naturam námque Dei eſſe ſomniat, ita conde-
re creaturam, ut in authorem peccare valeat, & omnia in mundum redun-
dare mala: quod ſana ratio judicare debet, potius ad majorem Dei cede-
re gloriam. Ad eam enim certò cedit 1mò: quòd hæc creatura, velit;
nolit, ordinem divinæ providentiæ perturbare non valeat ita, ut aliquan-
do fiat, quod Deus non vult, aut non fiat, quod Deus vult. 2.dò: quod
ſine acceptione perſonarum bonos præmiis, & malos pœnis afficiat. 3.tiò
Quòd indulſerit creaturæ per propria merita ſive nobiliſſimo modo conſe-
qui ſempiternam gloriam. 4.tò: Quòd concedendo creaturæ, merita pro
arbitrio ſuo augere, oſtenderit divitias ſuas exhauriri non poſſe. 5.tò Per
hoc patefecit, ſe nullius operâ egere. 6tò: tamen ob nimiam charitatem
ſuam non minorem de ipſis curam gerit, quàm ſi absque illis gloriam &
vitam ſuam conſervare non poſſet. Hinc non dedit liberum arbitrium, ut
peccaret, ſed, ut peccata liberè deteſtando, mereretur gloriam æternam.
Si Actus humani ſint æternitatis ſemina, voluntarium altera eorum condi-
tio eſt. Vera eſt illa S. Auguſtini doctrina: *Qui creavit te ſine te, non ſal-
vabit te ſine te*, exponi proin debet propria voluntarii ratio. Præplacet autem
illa Ariſtotelis 3. Ethic. 1. c. definitio: *cujus principium eſt in ipſo agente,
cognoſcente ſingula, in quibus eſt actio*: quoniam, clarè ſatis indicat, quæ ad
ſubſtantialem ejus perfectionem neceſſaria ſunt, nimirum requiri 1.mò ut à volun-
tate quodammodò procedat; nullum enim eſt principium, quòd cognitionem
ſingulorum exigit, quam voluntas. 2.dò Ut ab eo procedat affectivè, ſive
juxta ejus inclinationem. Aliàs voluntas non erit ejus principale principium. 3 tio:
ut adſit cognitio ſingulorum, id eſt circumſtantiarum, in quibus eſt actio. Alioquin
actio non erit voluntaria, prout à parte rei eſt, v. g. occiſio Sacerdotis non erit
formale homicidium Sacrilegum, ſi ſola circumſtantia Sacerdotii fuerit igno-
rata. Expendendæ quoque ſunt dividentium differentiæ. Inter liberum ſeu
contingens & neceſſarium hoc eſt, quod hoc procedat à voluntate, ad unum

determinatâ; illud verò cùm indifferentiâ ad utrumlibet. Fiat necessarium ch
majori inclinatione seu propensione; liberum tamen perfectiùs est: quia m
gis procedit à solo principio intrinseco: quòd tunc magis se moveat volu
tas ad actum, & minus moveatur ab extrinseco; quæ tamen major perfecti
est tantùm secundùm quid, solùm se videlicet tenet ex parte potentiæ
non verò ex parte objecti. Perfectius namque est objectum, in quod n
cessariò fertur amore, quàm alterum, in quod vera cum indifferentia fertu
Potiores ejus divisiones sunt in expressum & tacitum: in directum & ind
rectum. Differentia expressum inter & tacitum seu interpretativum consist
in eo, quòd illud verbis aut signis æquivalentibus sit manifestatum; hoc ve
rò solùm propter aliquod factum, vel facti omissionem fictione juris aut pru
dentum judicio censetur à voluntate procedere. Differentia inter alia est
quòd primum in se, alterum in alio duntaxat sit volitum.

§. I. Tacitum quod attinet, nonnisi in quatuor cicumstantiis, *qui tacet, co*
sentire videtur *

* Tacere secundùm se, neque dissensum significat, sed est medium inte
utrumque. Meritò propterea subjunxit Regula 44. in 6 *qui tacet, non fa*
tetur, sed nec utique negare videtur; nisi aliud ex circumstantiis prudente
colligatur. Ratione cujus est signum consensûs in promissionem, quand
hæc est in purum & notabile commodum promissarii: dissensus verò, dum
onera gravia connexa sunt; signum præterea consensus est, quando tacens
negare vel contradicere tenetur: quo supposito, qui ad unum ex duobus
sibi objectis respondet, & ad aliud tacet, alterum fateri vel negare cense
tur. Scientia tamen & patientia superioris non semper est signum consen
sûs, sed præviè ponderandum, an citra incommodum potuerit urgere man
dati executionem? An correptio fuisset utilis? Annon consultiùs fuerit
sam differre in magis opportunum tempus &c.?

Defendentes Ornati & pereruditi Theologi

R. F. Udalr. Krings. D. Rein. Jos. Firmans Aquensis. D. Ægid. Jacobi ex Vaels.

Oppugnantes.

R. F. Liberatus Thomæ. D. Josephus Bodenheim Aquensis.

D. Joannes Wilhelmus Schwartz ex Ubach.

Aquisgrani in Sacello Fratrum Minorum Recollectorum in Mense Julio.

DE VOLUNTARIO & INVOLUNTARIO.

§. 2. Ad voluntarium in causa sufficit, ex ea secuturum quodammodo
esse prævisum, & potuisse impediri, dum per se sequitur*
etiamsi sit pure negativum ** quando verò planè per accidens sequitur,
debet præterea adesse obligatio illud impediendi. ***

* Qui vult efficaciter antecedens, velit consequens naturaliter connexum,
necesse est: quando est prævisum & causa liberè posita. ** Cur ergo
omissio libera in causa per se non esset ita voluntaria? imo ex amore
orationis neglecta recreatio est meritoria. Submersio tamen navis non
erit Angelo sic necessaria, quamvis per se ex eo fuerit secuta, quod
non subvenerit: quia naturaliter non potuit eam impedire *** ergo
non aliter inde fuit secuta, quàm peccata hominum inde proveniunt,
quòd Deus illa non impediat. Hæc autem non alia de causa neque-
unt dici Deo voluntaria, quàm quia non tenetur ea impedire.

§. 3. Nunquam talis effectus erit culpabilis, nisi adsit obligatio decli-
nandi causam * quandonam verò propter effectum declinari debeant cau-
sæ, certæ docent Regulæ **

* Quia culpa est legis transgressio ** pro causa in se bona & effectu
in se malo Regula est 1. dum malitia præponderat bonitati effectûs per
se secuturi, est obligatio gravis, eam declinandi. 2. Si bonitas præpon-
deret malitiæ, obligatio nulla est. 3. Uti & est, dum causa solùm re-
motè & leviter influit, & ex ea insuper sequitur effectus bonus, quam-
vis bonitas nequidem æquivaleat malitiæ. Dum vero causa hæc quoque
est mala, sed venialiter duntaxat, aut ex ea nullus sequitur effectus bo-
nus, erit obligatio declinandi illam, sed nonnisi levis.

Involuntarii natura simul expendenda, ut opposita juxta se posita ma-
gis elucescant. Consistit verò tota eorum oppositio positiva in eo, quod
hoc sit contra voluntatis inclinationem. Nam hoc supposito manent ac-
tus tales, quamvis sint inclinationi particularium potentiarum conformes:
quia voluntas est supremus & universalis suppositi appetitus. Proinde aliud
erit simpliciter, aliud secundùm quid tale: quia voluntas aliquando ita re-
pugnat, ut nullatenus illud velit; aliquando verò illud vult, at cùm dis-
plicentia. Unde verò proveniant hæ voluntatis in operando variationes,
hoc præcipuè discutiendum, Violentia 1.mò consideranda venit. Attin-
gere nequit actus jam jam eliciendos, nisi Deus deneget concursum. Quo-
ad actus verò alios.

§. 4. Violentia efficax causat involuntarium simpliciter*

Conse-

* Consequentur excusat à peccato, supposito, quòd resistentia sit impossibi si verò possibilis, debet voluntas manere interius & exterius omnibus modi sicitis renitens. Ad discernendum, quantâ opus sit exteriori resisten tiâ, considerandum, an præceptum naturæ sit affirmativum vel nega tivum: item an sit divinum vel humanum. Unde fœmina, vi oppr menda, non potest invasorem lethaliter nequidem vulnerare: qu enim directè invaderentur utrimque, longè disparia sunt, ac spiritual damni periculum in utroque longè dispar foret. Econtra potest, im debet, clamando in ædibus præsentium implorare auxilium, etiam cum periculo vitæ.

Metus 2.dò ruminandus. est metus mentis trepidatio, proveniens ex ap prehensione mali verosimiliter eventuri. Ad gravem requiritur 1. ut ma lum sit in se grave. 2. Ut prudenter credatur imminere. 3. Ut non pos sit facile declinari. Absolutè gravis erit, quando malum natum est com movere constantem ac cordatum animum quemcunque. Respectivè solùm talis erit, quando non omnium, sed tantùm aliquorum, prudenter move re potest. Ad quem reduci nequit filialis, nisi præter verecundiam & confusionem timeantur graviora. Ab homine erit injuste incussus, dum non habet potestatatem, nec justam causam, quocunque modo incussus fit.

§. 5. Ea, quæ fiunt ex metu, per se sunt voluntaria * sæpe tamen involuntaria secundùm quid **

* Quia talia sunt efficaciter volita, inefficaciter verò solùm nolita, post consultationem de medio declinandi malum imminens. Ante eam verò, dum obruitur homo prudenti timore mali gravis imminentis, erit in voluntate aversio ab actu ex metu faciendo prædominans, consequenter nolitio absoluta, & volitio solùm conditionata, in electione erit plus lubentiæ, quàm displicentiæ. ** Non sunt involuntaria 1. quando post deliberationem rejicitur affectus oppositus. 2. dum præviè adfuit propensio ad opus. 3. dum quis est indifferens ad idem. 4. quando voluntas conditionata est ejusdem mali inductiva.

Concupiscentia quoque hic discutienda. Consistit in motu appetitûs sensitivi, bonum delectabile prosequentis, & malum oppositum refugientis. Qui motus respectivè ad actum voluntatis antecedens, concomitans vel consequens dicitur.

§. 6. Concupiscentia antecedens ordinariè non causat involuntarium * potiùs voluntarium imperfectum auget, perfectum verò minuit ***

* Quia hic motus ordinariè trahit voluntatem in consensum. Consensus autem non potest esse involuntarius: quia est in bonum delectabile. In exceutione tamen quandoque intervenit involuntarium secundùm quid.

** Ordinariè voluntatem ita inescat, ut speciali impetu feratur in objectum. Proin ordinariè auget spontaneum *** ordinariè vehemens efficit, ut non nisi confusè ad turpitudinem actûs advertatur; raro tamen rationem omninò turbat. Consequens nunquam minuit liberum: hinc graviora sunt peccata ejus. Specialiter ergo debet confessio fieri de hac concupiscentia, sicut & de habitibus & consuetudinibus pravis, quando voluntariè acquiruntur, & quamdiu voluntariè retinentur.

De ignorantia potissimùm differendum: quia plurimorum errorum causa est. 1. Quidem dividentium differentiæ discutiendæ. Quandonam sit invincibilis aut vincibilis, captu non erit difficile, nimirum tunc esse invincibilem, dum humanâ diligentiâ per communia naturæ, aut saltem gratiæ auxilia vinci non potest; secùs esse vincibilem. Difficultate etiam caret, ad culpabilem requiri. 1. ut sit de re scitu necessaria. 2. Suspicionem prudentem de ignorantia & obligatione inquirendi. 3 Possibilitatem, notitiam sibi comparandi debitam. Quæ verò sufficiat diligentia, ut remanens ignorantia sit inculpabilis, in eo latet difficultas. Equidem certum, sufficere mediocrem, eam quidem, quam viri prudentes & timorati in simili casu, aut adhibent, aut judicant sufficientem. Simul tamen ruminandæ circumstantiæ 1. præcepti. 2. qualitatis personæ. 3. operationis. 4. temporis & loci.

§. 7. Ignorantia consequens, tam affectata, quàm non affectata facit opus simpliciter voluntarium. * Concomitans verò nec voluntarium, neque involuntarium **

* Quod enim ex ea sequitur, per se sequitur: quia non sequeretur, si scientia adesset. Propterea tamen non causat involuntarium secundùm quid affectata, nisi quando ob tædium fuit affectata ** quod inde sequitur, nec est in se, nec in sua causa volitum, éstque potiùs juxta quàm contra inclinationem voluntatis.

§. 8. Datur ignorantia invincibilis, tam facti, quàm juris positivi. *imo etiam in justis, juris naturæ quoad conclusiones, quæ nonnisi per discursum ex ejus primis principiis deduci possunt ** quæ operantem ex ea excusat à peccato formali ***

* Hæretica est doctrina 68. Propositio BAJI: *Infidelitas purè negativa in his, quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.* *** Fuit illa ignorantia in sanctissimis viris, in magnis Ecclesiæ luminibus, qui illuminate mentis oculo accuratiùs præcepta naturæ rimati sunt, dies, noctésque orando, vigilando & studendo consumpserunt. *** Ut hæretica damnata est sequens in ordine 2. propositio: *Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato formali.*

ACTUM HUMANUM non appellari ita à principio , sed à mo
quo fit , Angelorum bonorum demonstrat meritum & malorum de
ritum. Rationalis enim creatura nonnisi per actus humanos in cœ
conscendit , in æternum regnatura , & nonnisi per eosdem descendi
internum , in æternum arsura. Confunditur cum morali , ideo ejus
mine solum significatur actus , qui dignus est laude vel vituperio ex
do procedendi.

§. I. Moralitatis fundamentum quidem est libertas moralis * non
in ea ** sed in habitudine actualis subjectionis ad regulam morum
sistit ***

* Actus enim necessarii non subjiciuntur regulis morum , nec ab eis
dirigibiles , neque possunt esse laude vel vituperio , præmio vel p
digni ** moralitas in solo actu formaliter & principaliter esse de
cætera enim moralia duntaxat appellantur per ordinem ad hunc ac
voluntas nimirum : quia eum producit , lex , quia eum dirigit , o
ctum : quia eum terminat , finis : quia ad ipsum movet , circumstan
quia eum afficiunt ; libertas verò moralis non est formaliter & pri
paliter in solo actu morali. Libertas siquidem hæc non differt à
sica , nisi penes conatatum , nempe quòd hæc præsupponat boni
nesti & mali inhonesti cognitionem ; illa verò boni & mali in or
ad naturam & delectationem. *** Imputabilitas etenim ad præmium
pœnam aliunde haberi nequit , quàm à tali subjectione. Quia actus
stri puniri aut præmiari non possent , si regula non foret , cui con
mes aut difformes essent.

Quas Augusti defendent ornati & pereruditi D. Theologi.
D. Franciscus Charlier , D. Josephus Hahn ,
D. Josephus Nütten Aquenses.
oppugnabunt
R. F. Paulus Hensen. D. Reinerus Joseph Firmans Aquensis.
D. Wilhelmus Schillings ex Mechelen.

Aquisgrani in Sacello F. F. Minorum Recollectorum 177

THESES SCRIPTURISTICÆ

EX

Novi Testamenti libris

SELECTÆ,

QUAS

AD

MAJOREM DEI GLORIAM,

PRÆSIDE

F. AUDOMARO IRSCH,

Ordinis Minorum S. P. Francisci Recollectorum

S. SCRIPTURÆ LECTORE,

PUBLICÆ DISQUISITIONI EXPONENT.

Ejusdem instituti Religiosi Fratres

F. PAULUS HENSEN , Sacerdos ,

F. WOLLRADUS SCHOLL , Sacerdos ,

F. SOTER THOMÆ , Diaconus ,

F. JOANNETIUS FRITZEN , Diaconus ,

F. AURELIUS DIEFFENHARD , Clericus ,

F. INNOCENTIUS PETERS , Subdiaconus.

In Sacello Conventus Aquisgranensis Die Maji ab octava matutina , & a medio secundæ pro meridianæ Anno 1778.

C. I. *Ex Prolegomenis.*

I TEstimonium authenticum, faciens fidem certam, quod Christus D… nus adhuc in vivis agens, scriptum aliquod manu propria exara… posteritati reliquerit, aut quod Apostolis, aliisve Discipulis suis, ut res suas ge… atque doctrinam literis mandarent, præceperit, nullum extat. Opus il… Ss. Petro & Paulo Apostolis dicatum, Epistola, & hymnus, quæ olim Chri… ceu auctori adscribebantur, manifesta fictionis indicia præferunt. Imo Epi… quam Christus ad Abagarum, Edessæ in Siria Regulum misisse, a multis puta… nimiæ Eusebii & aliorum credulitati non infundate ab aliis attribuit ur.

II. Sed XXVII. novi Testamenti libri, omnes sæculo æræ Christ. anæ p… mo per alios Scriptores, Hagiographos tamen, editi sunt in lucem, quin … individuo editionis cujusque anno satis constet.

III. Quamvis autem in particularibus quibusdam Ecclesiis de aliquorum … brorum N. T. Authensia divina nonnunquam dubitatum, recte nihilom… sæculo XV. Concilium Florentinum eosdem omnes librorum sacrorum Cano… inseruit, & Concilium Tridentinum sæculo XVI. dictos libros pariter omnes & … singulos, prout in vulgata nostra editione latina continentur, cum omnibu… partibus suis velut divinos esse admittendos definivit.

IV. Insignis & multiplex est prærogativa Testamenti N. præ V., ac inter … ipsos N. T. libros supereminet Evangelium, quod ratione Authoris primarii … ac materiæ substratæ unum: quadruplex vero est, Ezechialis I. præfiguratum, … ratione authorum secundariorum.

V. Evangelium S. Matthæi & Epistola ad Hebræos verosimilius hebraice, … reliqui libri vel græce vel latine ab initio a suis respective authoribus co… scripti sunt.

C. II. *Ex Evangeliis.*

I. HErodes Matth. II. 1. cognomento *Magnus*, Religione judæus fuit, … genere ex Abraham, Isaac, Jacob & David &c., qua linea Messias in Leg… V. promissus venire debuit, non descendit. Hæc communis Patrum, Scripto… rumque sententia Nicolai Damasceni authoritati contrariæ, ac Tornielli, P… pebrochii ac Possini reflectionibus adversis longissime est anteponenda.

II. Zacharias Luc. I. 5. nec summus, nec alius V. Legis Pontifex, sed sim… plex duntaxat Sacerdos fuisse videtur.

III. Dum S. Gabriel Archangelus, mense a Conceptione S. Joannis Bap… tistæ sexto finiente vel jam finito, Verbi Divini Incarnationem annuntiav… Mariæ, semper Virgini, hæc modo cum S. Josepho contraxerat matrimonium.

IV. S.

IV. S. Joannes in utero matris ad Mariæ salutationem in gaudio exultans, Spiritu S. repletus & sanctificatus est. Verum inde immerito Novatores inferunt, infantes fidelium quoscunque necdum natos, sanctos sentire motus, & usu rationis gaudere, dum baptizantur, aut omnino sanctificari.

V. Utrum B. V. Maria a visitatione Elisabeth ex Hebron ante, num post Baptistæ nativitatem discesserit, Scriptura haud exprimit, neque authoritas aliqua evincit, est ergo problema.

VI. Mariam ex Hebron reversam S. Josephus gravidam esse advertit, antequam convenirent, id est, matrimonium consummarent: dumque is rei novitate attonitus eam occulte dimittere statuit, Angeli S. monitione præventus re ipsa non dimisit, sed animo & voluntate solum dimissam denuo accepit ad constantem vitæ societatem.

VII. Descriptio orbis universi, quatenus Romanis tunc subjecti, ex Augusti mandato Luc. II. 2. instituta, per specialem potestatem a Publio Sulpitio Cyrino seu Quirino executioni data est, vocaturque *prima* respectu secundæ, quæ postea Capitationis causa fiebat. Porro quo sensu Judas Iscariotes Matth. X. 4. Christum tradidisse vere dicitur, licet secundum ordinem rei gestæ ibidem relatæ id nondum evenerat, eodem Luc. II. 2. Cyrinus Siriæ Præses extitisse vere scribitur, quamvis post Sentium Saturninum & Q. Varrum Præses evaserit. Sicut igitur non S. Matthæus loc. cit., ita neque hic S. Lucas erravit; ac proinde ipsusmet Huetius, qui Evangelium hic erroris temerarie accusat, in errorem certum impingit.

VIII. Eo ipso, quo S. Matthæus S. Josephi progenitores asserit, Mariæ quoque & Christi prosapiam satis indicat; adeoque nec C. I. 1. a recto veritatis tramite deviat, dicens: *Liber Generationis Jesu Christi &c.*

IX. Quoniam Matth. I. 5. Salmonem inter & Davidem numerantur personæ tantum tres, inter quos & Salmonem 336. Anni ætatis dividendi veniunt, juxta II. Reg. C. VI. illos in ætate admodum profecta generasse supponimus.

X. Certum est, quod Matth. I. 8. Joram inter & Oziam generationes tres desiderentur, quæ haud librariorum oscitantia, sed Evangelistæ studiosa voluntate omissæ sunt, ut Generationes omnes in tres series, numero æquales, Tesseradecades nimirum, partiretur, memoriæ utique gratia: cur autem istæ tres præcise, & non aliæ sint prætermissæ, rationem verisimilem dabimus petenti.

XI. Matth. I. 11. Generatio nulla supprimitur, atque difficultas, quæ hic moveri solet, omnis non nisi ex confusione nominis Jechoniæ ortum trahit, quasi una eademque persona ℣. 11. & 12. nomine Jechoniæ designaretur: verum quia Evangelista ipse inter utrumque aperte distinguit, difficultatem etiam omnem ipsemet depellit.

XII. Inter

XII. Inter varias probabiles hypotheses, quæ ad Matthæi & Lucæ genealo-gias ad invicem concordandas ab Interpretibus assumuntur, ea nobis præpla-cet, quæ a Julio Africano nomen habet.

XIII. Die 25. Decembris in spelunca e rupe excisa, ad extremam & orien-talem plagam Davidicæ civitatis Bethlehem situata, Maria Christum sine do-lore peperit, pannisque involutum in præsepio reclinavit. Itaque verbum, Deo Patre ab æterno sine matre progenitum, ex ea & in ea in tempore sine patre est caro sive homo factum: Maria ergo Dei Mater, proprie dicta, ef-fecta est.

XIV. Miro hic modo & ad literam adimpletum cernimus Vaticinium Isaiæ C. VII. 14. expressum, & a S. Matthæo C. I. 23. recte citatum: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*, quo ad inte-meratam Virgineæ parentis ex Christi partu integritatem ostendendam nihil est solidius. Vanum profecto effugium & impostura Judæorum est, Vatici-nium isthoc nonnisi de Ezechia, Filio Regis Achaz, aut de filio quodam ipsiusmet Isaiæ Prophetæ interpretantium; ausus vero quorundam, S. Matthæum loco hoc in sensu mere accommodatio loqui contendentium, exorbitans novaturien-di pruritus est, & viro Catholico plane indignus, ac intolerabilis videri debet.

XV. Prima die Januarii Christus circumcisus est in loco nativitatis, quan-quam vi legis, seu Circumcisionem ut remedium peccati originalis spectes, seu ut merum signum fœderis & promissionum inter Deum & Abrahamum, mini-me obligaretur ad eam admittendum. An per Mariam, an per Sacerdotem, an cultro lapideo, an ferreo ea Circumcisio peracta sit, ignoratur. Hinc libe-ralior licentia pictorum est, qui Circumcisionem Domini modo in Templo per-actam depingunt, modo summum Pontificem vel Sacerdotem tanquam mi-nistrum, modo cultrum ferreum tanquam instrumentum penicillo determi-nant. De Circumcisionis Reliquiis, ubinam locorum asserventur, tantum est re-lationum divortium, ut Innocent. III. L. 4. de Myster. Miss. C. 30. concludat: *Melius esse, Deo totum committere, quam aliud temere definire.*

XVI. Christo nascente mirabilis in Oriente stella apparuit, cujus indicio & ductu Magi, non atræ Magiæ dediti, sed syderali scientia illustres ex Arabia fe-lice excitati veniunt, Christumque Jerosolymis apud Herodem quæsitum, Bethlehemii reperiunt die sexta Januarii, adorant, adoratione stricte dicta, ac mysticis munerum speciebus Deum, Regem & hominem profitentur. Nequa-quam placet nobis sententia docens, stellam magis apperuisse per bienninm ante Christi nativitatem, quæ nec cum Evangelio recte concordat, nec S. Au-gustino, aut Chrysostomo recte adjudicatur. Neque sententia Epiphanii arri-det, statuens, Magos biennio post natum Salvatorem Jerosolymis advenisse. Hi

Magi,

Magi, quorum numerus jam ante S. Leonis Magni tempora ad tres determina-batur, dignitate verisimiliter Reguli erant, vel Toparchæ, aut Dinastæ: ast cum Ecclesia Catholica, eosdem magnos fuisse Reges, nunquam crediderit fide di-vina, insane calumniatur Theodorus Beza, jocularem in modum exprobrans Catholicis, quod hoc fidei esse articulum teneant.

XVII. Textus a S. Matthæo C. II. 6. ex Michææ V. 2. adductus ab hoc ver-bis, non sensu discriminatur.

XVIII. Die secunda Februarii Maria Jesum in Templo Jerosolymis obtu-lit, ad id nullo præcepto, sed humilitate inducta.

XIX. Inde cum divino pusione regressa est in Nazareth, unde mox fugit in Ægyptum.

XX. Sub medium vel finem Februarii circiter, ejusdem Anni primi à Christi nativitate Herodes videns ex fama eorum, quæ die oblationis in Templo con-tingerant, quoniam illusus esset a Magis, qui prius in somnis admoniti, non ad Herodem, ut hic quidem ab eis malitiose postularat, sed per aliam viam in re-giones suas erant regressi, panico terrore correptus, jussit occidi in Bethle-hem, ac finibus ejus pueros masculos omnes a bimatu & infra, secundum tem-pus a Magis exploratum, & veros pro Christo Martyres effecit, ut sic quoque Regem neo-natum immanitate pari deleret.

XXI. Circa Pascha Anni mox relati (in quo computu eruditissimorum viro-rum sequimur calculum) post horrenda scelera, horrendum etiam in modum Herodes moritur, morbo nimirum decemplici & acerbissimo exagitatus, sup-plicia Deo commissi sceleris expetente. Joseph. Flav. L. Antiq. 17. C. 9. Prop-terea sacra Christi Familia reversa est denuo in terram Israel, postquam uno mense, vel parum ultra in Ægypto manserat, & habitavit deinceps in Na-zareth, ubi Christus profecit sapientia & ætate, non quoad habitus, sed quoad effectus, quemadmodum Sol ab ortu in meridiem progrediens claritate pro-ficere dicitur.

XXII. Quid aliis Juventutis suæ temporibus Christus egerit, Evangelistæ vix commemorant, præterquam, quod Anno ætatis suæ 12. Jerosolymis in Templo ipsos Legis Doctores stupere fecerit super prudentia sua in quæstionibus tum proponendis, tum resolvendis. Ea, quæ in libro infantiæ a Christo gesta nar-rantur, Gelasius I. in Concilio Rom. ut aniles fabulas, proscripsit: sanctusque Chrysostomus Miracula quædam per puerum Jesum edita, quæ laudati Doc-toris tempore spargebantur, juste repudiavit. Interim videtur tamen Christus ætate sua juvenili una cum Patre suo putativo opificium fabrile exercuisse.

XXIII. Anno Imperii Tiberii Neronis, III. Romanorum Imperatoris, quinto

decimo,

decimo, procurante Pontio Pilato Judæam, S. Joannes e deserti latebris in p
blicum prodiit in Spiritu & virtute Eliæ prædicans pœnitentiam, & eos, q
peccata sua confitebantur, baptizans. Quemadmodum vero pœnitentiæ il
Sacramentum proprie dictum non fuit, ita nec iste Baptismus, qui discrimi
multiplici a Baptismate Christi dissidebat.

XXIV. Sub idem tempus Luc. III, Annam & Caipham Sacerdotum fui
Principes Evangelista commemorat; ast male hinc inferes, plures aliquan
simul fuisse summo apud Judæos Pontificatu potitos. Pontificatum tunc so
gerebat Caiphas, cui Annas jungitur, ceu vir magnæ apud suos authoritatis, &
qui antecedenter modo Pontificatus munere perfunctus erat.

XXV. Cum Christus, qui peccatum non fecerat, anno ætatis suæ 30. incho
to a Joanne baptizari dignaretur, Pater divinus in voce, Filius Dei in carne
& Spiritus S. in corporali specie columbæ comparuerunt, in insigne Divinita
Christi testimonium, id quod sexta Januarii evenit, conformiter doctrinæ a
antiquis traditæ, & tam in græca, quam latina Ecclesia communiter receptæ
sed Miraculum aquæ in vinum conversæ sexta Januarii non contingit, qua
quam in officio canonico ejusdem hac die commemoratio celebretur.

XXVI. Occasione Baptismatis a Christo suscepti, tanquam præ cæteris, quæ
in Evangeliis recensentur, magis opportuna, ipse sui etiam Baptismatis Sacra-
mentum haud improbabiliter instituit, quin tamen statim ejusdem suscipiendi
necessitas homines urgeret.

XXVII. Habet communior Interpretum sententia, unam tantum S. Joannis
Baptistæ incarcerationem indicari in Evangeliis, quam Herodes Antipas man-
daverit; ast hoc non obstante dicimus: Qua die S. Baptista tertium a missione
Legatorum Synagogæ de Christo veluti Messia testimonium publice perhibue-
rat, jussu Synedrii prima vice apprehensus & incarceratus fuisse videtur, ob
usurpatum Baptismi ministerium. Proximo deinde tempore paschali iteru
dimissus, tandem per dictum Herodem captus est. Admissa hypothesi hæ
Evangelistarum narrationes facilius concordant, nec rationes pro ipsa desun
verisimiliores.

XXVIII. Neque S. Joannes Evangelista in nuptiis Canæ Galilææ sponsu
neque S. Maria Magdalena sponsa fuit: opposita opinio nonnisi commentum
est a sæculo VIII. sparsum, antiquitate & authoritate destitutum. S. Augu
tino sane aut S. Hieronymo temere adjudicatur.

XXIX. Blasphemia est, & contra S. textum, verba Christi Joann. II. 4
expressa cum quibusdam novatoribus interpretari, quasi iratus dilectissimæ
Matris suæ, vini defectum insinuantis petitionem rejecerit, impiæ quoque sun
argutiæ Calvini inde deductæ, quasi Christus Mariam Matris nomine non dig

natus

natus in vulgarem eam mulierum ordinem coegerit: imo nec digna satis ex-
positio eorum apparet, qui in verbis prædictis vere duri quid contra beatissi-
mam Virginem contineri autumant.

XXX. Inter alios Discipulos ad Christi sequelam specialiter electos S. Mat-
thæus Evangelista debet annumerari, utpote a Levi, filio Alphæi indistinctus.
Oppositæ Grotii conjecturæ, Heracleonis authoritas, Origenis dubitationes,
& quorundam manuscriptorum lectio tantum ponderis minime habent, ut
contra sententiam adeo cunctis S. Historiæ partibus congruentem valeant.

XXXI. Nec ratio satis solida ex Scripturis S. adducibilis est, quæ ab illa ve-
terum sententia, qua mulier peccatrix Luc. VII. Maria Magdalena Luc. VIII.
Maria soror Marthæ & *Lazari* Joan XI. & Maria Magdalena Joan. XX. una
eademque fuisse persona credebatur, recedere compellat.

XXXII. Sabbathum secundo-primum Luc. VI. 1. forsitan illud erat, quod
infra solemnitatem pentecostes occurrebat.

XXXIII. Per peccatum ex Christi sententia Matth. XII. 32. & in hoc &
in futuro sæculo irremissibile intelligi, blasphemiam in Spiritum S. scienter
commissam, ex ipso textu planum est: Divinæ tamen bonitati vel potentiæ li-
mites præscribere propterea non audemus, sicut neque collatam Ecclesiæ quo-
rumcunque criminum remittendorum potestatem cum Novatianis negare, dum-
modo pœnitudinis documenta minime fucata exhibeantur. &c.

XXXIV. Existentiam dæmoniorum homines obsidentium Christus Luc.
VIII. invicte demonstravit, dum integram eorum legionem ex uno homine
ejecit. Argumento item non obscuro ibidem exhibuit vim & usum S. Reli-
quiarum, quando ad *Civitatem suam* Capharnaum, ab habitatione ejus sic dic-
tam, reversus fimbriæ vestimenti sui contactu, mulierem sanguinis fluxu per
Annos 12. laborantem sanavit.

XXXV. *Die quodam natali* Herodis Antipæ, convivali tempore, horrendo
crudelitatis exemplo decollatus est S. Joannes Baptista, & gloriosus pro justitiæ
charitatis, castitatis, & gloriæ Divinæ zelo martyr occubuit.

XXXVI. Celebris illa Christi doctrina Joan. VI. de carne sua manducanda
& bibendo suo sanguine proposita, respicit Augustissimum & adorandum Eu-
charistiæ Sacramentum, ab ipso postea institutum, estque S. Textui prorsus
conforme, quod intelligenda non sit de manducatione, ac potatione mere
spirituali & mystica per solam fidem, sed de vera & reali, qua ipsummet Christi
corpus & sanguis re ipsa summuntur in cibum & potum, id quod latini, græ-
cique Patres & Doctores cum Concilio Ephesino epist. ad Nest., Nicæno II.
act. 6., Cabilonensi II. C. 46., Senonensi C. 2. & Tridentino Sess. XIII. C. 2.
& Sess. XXI. C. 1. unanimiter agnoscunt.

XXXVIII.

XXXVII. Quæ Luc. XVI. de paupere Lazaro, nec non de divite Epulone narrantur, partim hiſtorica, partim parabolica dici poſſunt.

XXXVIII. Matth. XVI. 18, dicens Chriſtus Simoni: *Tu es Petrus &c.* 19 *Tibi dabo claves &c.* primo eum deſignat fundamentum, cui tanta ſoliditate Eccleſiæ totius inædificanda ſtructura, ut nullis unquam diaboli, hæreticorum, ac malevolorum quorumcunque inſidiis, nullaque potentia dejici queat, proinde etiam indefectibilem in definiendis fidei ac morum controverſiis promiſit infallibilitatem. Policitus eſt ei inſuper dignitatem ſupremam & ampliſſimam, nedum honoris, ſed & juriſdictionis in Eccleſiam univerſam.

XXXIX. Ex reſuſcitationis Lazari a mortuis deſcriptione Joan. XI. patet ipſum luculentiſſimum divinitatis Chriſti argumentum eſſe, tamque inſigne, & ſtuporis plenum, & ipſos Chriſti hoſtes percellens, ut, cum aliter nequiverint ſigni hujus effugere evidentiam, de Lazaro interficiendo ſtulte convenerint.

XXXX. Ut ut veroſimilius in Lege V. per libellum repudii legitima ex cauſa uxori datum, matrimonium & quoad thorum, & quoad vinculum fuerit diſſolutum, male nihilominus & contra Chriſti Domini intentionem ex verbis Matth. XIX. 9. cum Luthero, Calvino, & Eraſmo Anabaptiſtæ & cæteri eorum ſequaces concludunt, pariter in Lege N. Matrimonium conſummatum authoritate privata quoad vinculum æque ac thorum diſſolvi poſſe.

XXXXI. Jeſus Chriſtus pridie, quam pateretur, agnum paſchalem cum Diſcipulis ſuis comedit, eodem nempe die, quo ex Legis V. præſcripto id fieri oportebat. Hac vero legali cœna completa, veteri antiquato, novum ſubſtituit agnum, qui mundi peccata tollit, ſe ſeque ipſum ſub panis vinique ſymbolis realiter præſentem, eisdem Apoſtolis manducandum præbuit, atque ut ipſi aliis poſtea præberent, præcepit.

XXXXII. Hiſtoria de pia & religioſa illa muliere, quæ Chriſto Crucem bajulanti Sudarium exhibuiſſe fertur, varios, hoc maxime tempore, adverſarios patitur, attamen de falſitate convinci hucusque non potuit, ſaltem quoad rei geſtæ ſubſtantiam.

XXXXIII. Tenebræ, quæ Chriſto in Cruce patiente exortæ ſunt, univerſam terram involverunt, & per miraculoſam lunæ interpoſitionem terram inter & ſolem contigere: cujus eclypſeos teſtis oculatus eſt S. Dionyſius Areopagita Epiſt ad Polycarpum, teſtis etiam Pflegon gentilis, Olympiadum ſupputator eximius apud Euſebium in Chronico ad Annum Chriſti 33: teſtis Thallus græcus L. 3. hiſtor, & denique ipſa monumenta Romanorum apud Tertullianum Apologet. C. 21, quibus tot Viri doctiſſimi ſuffragantur, ut fidem adhibere non detrectemus.

XXXXIV. Die 27. Martii, in dominicam incidente, Chriſtus mane circa auroram

auroram virtute propria a mortuis reſurrexit, poſtquam 25. Martii, ſeu die Veneris antecedente pro nobis mortuus erat, ſicque verificatum, quod Matth. 12. de ſeipſo prædixerat: *Erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.*

XXXXV. An Sancti illi, qui Matth. XXVII. ex morte ad vitam reſurrexiſſe leguntur, ad vitam itidem mortalem, an vero ad immortalem revixerint, in abdito latet. Pro neutra parte ſive ex Scriptura S. ſive ex ratione quidquam ſolide concluditur.

C. III. *Ex Actibus Apoſtolorum.*

I. Quinta die Maji, in diem Jovis incidente, Chriſtus ex monte Oliveti, inſpectantibus Diſcipulis, in cœlum gloriæ ſuæ, ac noſtræ Salutis cauſa aſcendit, juſtorum animas e limbo liberatas, una ſecum adducens, poſtquam pedum ſuorum veſtigia, terræ mirabiliter impreſſa reliquerat. Contra hoc ultimum fruſtra certe Hermannus Witſius opponit argumentum ex Socratis, Theodoreti & Sozomeni ſilentio petitum.

II. Non obſtante Act. I. 5. haud dubitandum, quominus Apoſtoli diu ante Chriſti mortem Baptiſmatis Sacramento regenerati fuerint; textus igitur citatus non niſi de effuſione donorum Spiritus S. in Pentecoſte facta intelligendus venit.

III. Quantum fuerit iter in die Sabbathi Judæis olim permiſſum, ob nimiam Scriptorum diſcordiam certo determinari nequit: multo minus poteſt oſtendi contradictio inter C. XI. Joan. 8. & C. I. Actor. 12.

IV. Apoſtoli per ſortes, proprie dictas, loco Judæ Proditoris, eligendo S. Mathiam in Apoſtolum, nec temeritatis, nec alterius cujusdam peccati ſe ſe reos effecerunt, licet quoad eam eligendi methodum, neque morem Judæorum, ſummos Pontifices eligentium, imitati ſint, neque methodus illa unquam communi Eccleſiæ conſenſu in electione Miniſtrorum ſuorum invaluerit, imo recte per Honorium III. L. 5. Decret. T. 21. de Sortil. C. *Eccleſia* ſit prohibita.

V. Secundum antiquiſſimam Eccleſiæ Romanæ traditionem, & Tridentini Concilii Ss. II. de mod. vivend. authoritatem, die 50, poſt Salvatoris noſtri reſurrectionem, in Dominicam incidente, Spiritus S. de cœlorum ſublimitate in Apoſtolos, aliosque Diſcipulos venit, ad quod perinde eſt, ſive dicas eo Anno Pentecoſten Judæorum incidiſſe in Sabbathum, ſive etiam in Dominicam.

VI. Spiritus ille divinus in linguis vere igneis apparens inter alia chariſmata fidelibus collata diſtribuit donum omnium linguarum tunc temporis uſitatarum, quo probabiliter pro libitu ſuo per omnem vitam uti valebant.

VIII.

VII. Eodem Pentecoste Lex tota Mosaica, quatenus talis, facta solemni Le N. promulgatione primo Jerosolymis, deinde in aliis etiam orbis partib quando & ibidem de Lege hac nova satis constiterat, Judæos obligare omn desiit.

VIII. Cœnaculum, in quo Apostoli cum Discipulis existentes Spiritum recepere, fuit verosimiliter superior pars domus Mariæ, Matris Joannis, Marcus cognominatus est. Act. XII. 12., cui textus 53. C. ult. Lucæ dive modo ac faciliter conciliatur.

IX. Alius fuit Theodas, de quo Gamaliel Act. V. 36., & alius alter Th das, de quo Joseph antiq. L. XX. C. II. unde hi sibi mutuo non contradi

X. Multitudo credentium, cujus ab Ecclesiæ initio erat cor unum & a una, bona fortunæ inter se se communia habebant, vitamque, Christo autho duxerunt nedum Christianam, sed talem quoque, ut Religiosorum vivendi f mam, quoad substantiam expresserint: quemadmodum autem ad determin tam hanc vitæ rationem non omnes vi Legis N. tenebantur, ita nec fide omnino omnes tunc eam sectati sunt.

XI. Neque ex actibus Apostolorum, neque ex Conciliis, neque ex S. Am brosio, aut aliis Patribus sufficienter evincitur, fuisse aliquando Sacrament Baptismi collatum sub forma verborum, quæ solius Ss. Nominis Jesu expre sam mentionem continuerit.

XII. Septem illi ex multitudine Fratrum Actor. VI. 5. ad Ministerium mensarum electi, S. Diaconatus ordine insigniti sunt; atque ita præter ministe rium profanum ad sacrum quoque destinati.

XIII. Veritati minus repugnat Act. VII. 16. irrepsisse errorem (si tame revera quis irrepserit) incuria librariorum, quam S. Stephanum, aut S. Luc esse memoria lapsos.

XIV. Præceptum negativum, sanguinem & suffocatum non manduc Act. XV. 29. ex prudenti œconomia, habito scilicet respectu ad certum lo tempus &c. renovatum est; omnes ergo omnium temporum & locor Christianos nequaquam concernit. Quid sentiamus de Ara *ignoto Deo* At nis olim erecta, & de Ara, quæ Romæ Simoni Mago tanquam Deo inscr ab antiquorum plurimis credebatur, & adhuc a Viris præstantissimis defend interrogati exponemus.

C. IV. *Ex Epistolis & Apocalypsi.*

I. Epistola ad Romanos Romam Corintho directa est. Ex C. ejus I. item X. 18. colligitur, quod tempore, quo edebatur ipsa, fides Ca lica per omnes modo terrarum orbis tunc noti partes præcipuas fuerit di

gat

gata, quanquam forte non per omnes plagas habitabiles. Per Circumcisionem vero in Lege V. deletum fuisse peccatum originale, ex opere, ut ajunt, operato, insuper gratiam justificationis infusam haud probabis, sive hoc ex C. IV. hujus epistolæ 11, sive ex C. XVIII. 9 Gen. evincere contendas: imo oppositum sat gravibus rationum momentis innititur. Quomodo *plenitudo gentium* ad Rom. XI. 25. magnam solummodo gentium multitudinem, minime vero gentiles prorsus universos, vitam æternam intraturos designat, sic ibidem ℣. 26. *omnis Israel* maximam Israelis, seu Judæorum, sub finem mundi extiturorum partem, sed non plane omnes salvandos esse ostendit.

II. Epistola I. ad Corinthios multiplici ex causa Ephesi est exarata. In hujus C. III. 15. si secundum se & adjuncta sua, ac præcipue si secundum mentem Patrum Concilii Florentini spectetur, pœna quædam purgatorii indicatur. Ex C. VII. 7. & 8. minime dubium est, Sanctum Paulum Apostolum post mirabilem suam ad Christi fidem conversionem, absolutissimam servavisse continentiam: sed & semper eum cœlibem mansisse, etiam ante conversionem, fit inde verisimile. Locus S. Ignatii Martyris in Epistola ad Philadelphios, qui contrarius videri posset, certo corruptus est. Ex C. XV. inter plura, queis S. Paulus futuram mortuorum resurrectionem comprobavit, argumenta, etiam illud celebratur, quod ibidem ℣. 29. allegat, ubi per *Baptisma pro mortuis* verosimilius intellexit opera pœnitentialia, in solatium fidelium animarum in purgatorio pie suscepta. Ratio autem nulla urget, ut alia similis argumenti verba ℣. 32. ibidem *ad Bestias pugnavi*, improprie, de lucta morali nimirum cum impiis hominibus Ephesi ab Apostolo suscepta, accipiamus. ℣. 51. loc. cit. retinenda, ac cæteris quibusdam Lectionibus græcis jure, meritoque præfertur Lectio editionis vulgatæ; *Omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur.*

III. Cephas a S. Paulo Antiochæ ob indiscretam judaizationem, seu Legis V. cum nova observantiam reprehensus ad Gal. II. a plurimis quondam pro S. Petro, Apostolorum Principe reputabatur, verum ideo Recentiorum opinio negativa contemni non debet, quæ quanto ætate inferior est, tanto rationibus superior haud inique æstimatur.

IV. Versus 7. I. Joan. V. canonicus est, atque omnes tres Deitatis Personas testimonium dare significat de Jesu Christi Divinitate: insuper tres has Personas esse unum tam unitate Divinæ essentiæ, quam dicti testimonii.

V. Apocalipsin S. Joannes Evangelista conscripsit in Insula Patmos, post Jerosolymam per Titum Romanorum Imperatorem eversam, & quidem sub Imperio Domitiani. Quæ in hoc Libro de Ecclesiæ tribulationibus ac triumphis spiritu prophetico prædicta leguntur, ex parte ea, quæ jam ab initio

nascentis

naſcentis Eccleſiæ ſub Ethnicis Imperatoribus contigerunt, ex parte vero, ... inde ad finem uſque mundi, & ſignanter ſub Anti-Chriſto evenerunt, & ... evenient, denotare videntur. Græci quidam ex C. X. 11. inferebant, S. ... annem Evangeliſtam in mundi fine venturum eſſe, & cum Henoch, atque E... contra Anti-Chriſtum prædicaturum, at falſo decepti ſuppoſito, quaſi S. Ev... geliſta nunquam naturali morte obiiſſet, ſed vel dormiret adhucdum in ſep... chro ſuo, vel in locum quendam quietis, pariter ac dicti Prophetæ, fuiſſet ... latus.

Argumenta eorum, qui aſſerunt, plures ex ipſis Chriſtiano-Catholicis ... æternum damnandos, quam ſalvandos ex Matth. VII. 13. & 14. Luc. XI... 23. & 24. Matth. XI. 12. Matth. XX. 16. I. Petr. C. IV. 17. & 18., ... a ſcopo intento aberrant.

Omnia ſub Cenſura S. Matris Eccleſiæ ſunto.

Hæ Theſes nihil continent contra fidem & mores, hac 5.tâ Maji 1778.

J. la Ruelle Librorum Cenſor.

Permittimus impreſſionem hac 6. Maji 1778.

T. Delatte de Mandato



THESES SCRIPTURISTICÆ
Ex Evangeliis.
CAPUT I.
Ex Prolegomenis.

1. CHriſtus Dominns in humanis agens per ſemetipſum veroſimilius nihil ſcripſit poſteritati: neque vitam ſuam, res geſtas, atque doctrinam ut literis mandarent, Apoſtolis, aut Diſcipulorum ſuorum ulli præcepit unquam, de quo conſtaret. 2. Nec, niſi de veritate ſuſpecta, res eſt, quod ad Abagarum Edeſſæ in Syria Regulum, Epiſtolam aliquando exaraverit, utut ea illuſtri Antiquitatis præſidio varios apud Scriptores munita deprehendatur. 3. Sed poſt Chriſti Domini in Cælum aſcenſionem, ante tamen ſæculi I. Æræ Chriſtianæ completam evolutionem Spiritus S. inſpiratione inducti, Libros N. Teſtamenti omnes, Authores eorum edidere, quia indiviuum, quo liber quiſque lucem hanc primo aſpexerit, annus certo definiri poſſit. 4. Quanquam autem, ſicut in V. ita & in N. Teſtamento ſint libri quidam, de quorum Authenſia Divina in Eccleſiis particularibus nonnullis aliquamdiu fuerit dubitatum, utrum ex toto, vel ex parte ſaltem, divini eſſent, quatuor Evangeliorum nihilominus I. ſæculo modo extitit Canon, non in publico & univerſali Eccleſiæ cœtu digeſtus, ſed de Epiſcoporum Aſiæ conſenſu introductus. 5. Inſuper eodem ſæculo, vel ineunte II. in corpore ſacrarum Scripturarum continebatur, & admittebatur numerus quidam Epiſtolarum S.S. Petri, Pauli, & Joannis. 6. Circa dimidium ſæculi III. Librorum omnium N. T., qui nunc per Eccleſiæ definitionem infallibilem Canoni inſerti ſunt, complexus agnoſcebatur ab Origine, &c. atque ita per continuam Majorum traditionem Libri S. ab Eccleſia Catholica ſuſcepti fuerunt. 7. Hinc ſæculo IV. Concilium Laodicenſe modo Canonem contexuit, in quo, Apocalypſi excepta, omnes itidem N. T. Libros exhibet. 8. Similiter circa ſæculi IV. finem Concilium Carthaginenſe III. Libros eoſdem, una cum Apocalypſi, Canoni ſuo incluſit. 9. Sæculo XV. Concilium Florentinum Libros illos omnes & ſingulos pro ſacris declaravit: 10. Ac tandem, quod extra controverſiam eſt, ſacro-ſancta Synodus Tridentina de Scripturis Canonicis Decretum condidit exactiſſimum, in quo definivit XXVII. N. T. Libros, prout in vulgata noſtra latina editione habentur, cum omnibus partibus ſuis tanquam divinos eſſe admittendos. 11. Inſignes, eæque non paucæ ſunt prærogativæ, queis T. N. præ V. excellit, ſeſeque ab eodem diſtinguit. 12. Evangelium nonniſi unum eſt, ſi Author primarius & materia contenta ſpectetur, quadruplex vero *Ezech.* 1. præfiguratum,

si Authores secundarii attendantur. 13. Vere S. Matthæus est author E- geli illius, quod in Vulgata eidem adscribitur, quodque Hebraico, vel raco aut Chaldaico primum sermone ipsemet edidit. 14. Non minus E- gelistæ cæteri Authores sunt eorum Librorum, qui eisdem attribuuntur, tamen hebraice, sed verosimilius græce scripserunt, vel latine.

CAPUT II.

Ex Evangeliis usque ad Joannis Prædicationem.

1. HErodes, cognomento *Magnus*, quo in Judæa regnante, Archange- Gabriel Zachariæ, simplici Sacerdoti, apparens, futuram Joannis B- tistæ nativitatem denunciavit, Religione, non genere, Judæus fuit; est hæc communis Patrum & Scriptorum sententia, contra quam certe n- Nicolai Damasceni authoritas, nec Tornielli, Papebrochii aut Possini r- tiunculæ vel minimum evincunt. 2. Mense a conceptione Joannis sex- ficiente vel finito idem Archangelus Mariæ semper Virgini, matrimoni- rato tunc modo S. Josepho conjunctæ, altissimum Incarnationis mysterium in ipsa complendum indicavit. 3. Zacharias nuntio cælesti non statim cre- didit, & ideo in pœnam ad tempus loquelæ usu destitutus mansit, credidit autem Maria, & Verbum a Deo Patre ab æterno sine matre progenitum ex ea & in ea in tempore sine patre est caro, sive homo factum. 4. In- que Maria vere Dei mater effecta est, quo felicissime prægnans abiit in He- bron, ubi adveniens dum salutabat Elisabeth cognatam suam S. Joann- Baptistæ pariter prægnantem, hic, non sine prodigio, exultavit in gaudio in utero Matris, ac Spiritu S. repletus & sanctificatus est. 5. Interea ex Augusti mandato secunda vice describebatur orbis universus, Romanis subjectus, & in Syria quidem descripio hæc inchoata est per Publium Sulpitium *Cyri- num seu Quirinum*, quæ Luc. 2. 2. *prima* dicitur, respective ad secundam & particularem ibidem expost Capitationis ergo per *Cyrinum* institutam, ut proinde Huetius plane temerarie Evangelium hic erroris accuset. 6. Cun- ctis igitur Judæis in primæ istius Descriptionis finem proficiscentibus in urbes familiis suis assignatas, S. quoque Josephus cum Conjuge Bethlehe- mum venit, Civitatem David. 7. Verum Civitate jam advenis repleta spe- luncam intrare cogitur, e rupe excisam, ad extremam & orientalem Urbis partem, ubi 25. Decembris purissima Virgo Maria sine dolore, sine læsione Salvatorem peperit, pannisque involutum in præsepio reclinavit. 8. Miro hic modo adimpletum cernimus Isaiæ vaticinium C. 7. 14. expressum & a S. Matth. C. 1. 23. citatum : *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel*, quoad intemeratam Virgineæ Parentis ex

Christi partu integritatem ostendendam nihil est solidius. Vanum profecto effugium, & impostura Judæorum est, vaticinium istud non nisi de Ezechia filio Regis Achaz, aut de Filio quodam ipsius Isaiæ Prophetæ interpretan- tium : & ausus Neotericorum quorundam, S. Mathæum loco cit. in mero sensu accommodatitio loqui contendentium, est plane viro Catholico indig- nus & intolerabilis. 9. Prima die Januarii Christus circumcisus est in loco nativitatis, licet vi legis non obligaretur. An vero per Mariam, an per Sa- cerdotem, an cultro lapideo, an ferreo, ignoratur. 10. Christo nascente mirabilis in oriente stella apparuit, cujus indicio & ductu Magi, non atræ magiæ dediti, sed syderali scientia illustres, ex Arabia felice excitati ve- niunt, Christumque Jerosolymis apud Herodem quæsitum Bethlehemii repe- riunt die sexta Januarii, adorant adoratione stricte dicta, ac mysticis mune- ribus suis Deum, Regem, & hominem profitentur. 11. Nequaquam placet nobis sententia, docens, stellam Magis apparuisse per biennium ante Christi nativitatem, quæ nec cum Evangelio recte concordat, nec S. Augustino, aut Chrysostomo recte adjudicatur. Neque sententia Epiphanii, hæresi 51. arri- det, statuens, Magos biennio post Christum natum Jerosolymis advenisse. 12. Magorum istorum numerus longa jam ætate ad tres determinatus est, nec alia ævo nostro recepta opinio. 13. Verosimiliter Magi dignitate etiam Reguli erant, vel Toparchæ, aut Dinastæ. Ast cum Ecclesia Catholica nun- quam crediderit fide divina, eosdem Reges fuisse, insane calumniatur Theo- dorus Beza, dum jocularem in modum Catholicis exprobrat, quod hoc, fidei esse articulum, teneant. 14. Die secunda Februarii Maria Jesum Je- rosolymis in Templo obtulit juxta Legem Levit. 12. & Exod. 13. non obli- gatione, sed humilitate inducta. 15. Inde cum divino pusione regressa est in Nazareth, unde post Angeli monitum fugit in Ægyptum. 16. Sub medium vel finem Februarii circiter, ejusdem anni primi a Christi nativi- tate, *Herodes* videns ex fama eorum, quæ die oblationis in Templo con- tigerant, quoniam illusus esset a Magis, qui prius in somnis admoniti, non ad *Herodem*, ut hic quidem ab eis malitiose postularat, sed per aliam viam in Regiones suas erant reversi, panico correptus terrore jussit occidi in Beth- lehem ac finibus ejus pueros omnes à bimatu & infra, secundum tempus à magis exploratum, & veros pro Christo Martyres effecit, ut sic Regem quoque neo-natum immanitate pari deleret. 17. Circa Pascha anni jam- jam relati post horrenda scelera, horrendum etiam in modum Herodes moritur, morbo nimirum decemplici & acerbissimo exagitatus, *supplicia Deo commissi sceleris expetente*. Joseph. L. 17. Antiq. 9. 18. Propterea S. Christi Familia reversa est denuo in terram Israel, postquam uno mense vel parum ultra in Ægypto manserat, & habitavit deinceps in Nazareth, ubi Christus

profecit sapientia & ætate, non quoad habitus. sed quoad effectus. 19[...] reliquo Juventutis suæ tempore Christus egerit, Evangelistæ vix com[...] morant, præterquam, quod anno ætatis suæ 12. Jerosolymis in Templ[...] sos Legis Doctores stupere fecerit super prudentia sua in quæstion[...] tum proponendis, tum resolvendis. Attamen videtur etiam artem fabr[...] cum Patre suo putativo exercuisse.

DEFENDENT

Religiosi, Ornati, & Pereruditi Theologi ac Scripturæ Sacræ Audit[...]

Rel. F. PAULUS HENSEN, Sacerdos.

Rel. F. WOLLRADUS SCHOLL, Sacerdos.

D. PETRUS HERWARZ, ex Dürweis.

D. FRANCISCUS CLERMONT, Aquensis.

OPPONENT.

Rel. F. Soter Thomæ, Diacon.

Rel. F. Joannetius Fritzen, Diacon.

D. Lambertus Lützeler, Aquensis.

D. Franciscus Xaverius Winkens, Heinsbergensis.

In Aula publica Mariano-Aquisgranensi mense Janua[...] 1778, ab octava matutina.

THESES SCRIPTURISTICÆ

Ex Evangeliis.

C. III.

A S. Joannis Bapt. Prædicatione usque ad finem.

1. Anno Imperii Tiberii Neronis, III. Romanorum Imperatoris, quinto decimo, procurante Pontio Pilato Judæam, S. Joannes è deserti latebris in publicum prodiit, in spiritu & virtute Eliæ prædicans pœnitentiam, & eos, qui peccata sua confitebantur, baptizans. Luc. III. 2. Quemadmodum vero pœnitentia ita Sacramentum proprie dictum minime fuit, ita nec iste baptismus, qui discrimine multiplici à baptismate Christi dissidebat. 3. Sub idem tempus, loco Lucæ cit., Annam & Caipham, Sacerdotum fuisse Principes Evangelista commemorat; ast male hinc inferes, plures aliquando simul fuisse summo apud Judæos Pontificatu potitos, cum actualium summorum Pontificum simultas nunquam, nec in maximis Reip. perturbationibus, toleraretur. Pontificatum ergo tunc solus gerebat Caiphas, cui Annas jungitur, ceu vir magnæ apud suos authoritatis, & qui antecedenter modo summi Pontificatus munere perfunctus erat. 4. Cum Christus ipsemet, nullius peccati proprii labe infectus, anno ætatis suæ 30. inchoato, a Joanne baptizari dignaretur, Pater Divinus in voce, Filius in carne, & Spiritus S. in corporali specie columbæ comparuerunt, in insigne Divinitatis Christi testimonium, atque hoc 6. Januarii contigit, juxta doctrinam ab antiquis traditam, & tam in græca, quam latina Ecclesia communiter receptam. 5. Occasione hac, tanquam præ cæteris, quæ in Evangeliis referuntur, magis opportuna Christus sui etiam Baptismatis Sacramentum verosimiliter instituit, quin tamen statim ejusdem suscipiendi necessitas urgeret. 6. Qua die S. Baptista Joannes tertium à missione legatorum Synagogæ de Christo veluti Messia testimonium publice perhibuerat, jussu Synedrii prima vice apprehensus & incarceratus fuisse videtur, ob usurpatum Baptismi ministerium. Admissa siquidem hypothesi hac naturalis rei gestæ ordo perturbatur minus, Evangelistarum narrationes facilius concordant, nec rationes pro ipsa desunt verisimiles. 7. Neque S. Joannes Evangelista in nuptiis Canæ Galilææ sponsus, neque S. Maria Magdalena sponsa fuit: opposita opinio non nisi commentum est à sæculo VIII. sparsum, antiquitate, authoritate, ac ratione destitutum. 8. S. Augustino sane, aut S. Hieronymo haud recte adjudicatur, 9. Blasphemia est, & contra textum sacrum, verba Christi Joan. II.

4. expressa cum quibusdam Novatoribus interpretari, quasi iratus petiti
Mariæ, vini defectum insinuantis rejecerit : impiæ quoque sunt argutiæ
vini inde deductæ, quasi Christus Mariam Matris nomine dignatus non f
sed in vulgarem eam mulierum ordinem coegerit : imo nec digna satis
tur eorum expositio, qui in verbis prædictis vere duri quid contra be
ssmam Virginem contineri autumant. 10. Inter alios Discipulos ad Chri
quelam specialiter electos S. Matthæus Evangelista recenseri debet, a L
filio Alphæi, indistinctus. Oppositæ Grotii conjecturæ, Heracleonis au
tas, Origenis dubitationes, & quorundam manuscriptorum lectio tantum
deris minime habent, ut contra sententiam adeo cunctis S. Historiæ par
congruentem valeant. 11. Nec ratio convincens ex Scripturis S. adduc
est, quæ ab illa veterum sententia, qua mulier peccatrix Luc. VII, Maria M
dalena Luc. VIII, Maria Soror Marthæ & Lazari Joan. XI, & Maria Magda
Joan. XX. una, eademque fuisse persona credebatur, recedere compellat.
Sabbathum secundo-primum, Luc. VI. 1. forsitan illud erat, quod infra solem
tatem pentecostes occurrebat. 13. Per peccatum ex Christi sententia Matt
XII. 32. & in hoc & in futuro sæculo irremissibile intelligi, blasphemiam in Spi
ritum S. scienter commissam, ex ipso S. textu planum est, Divinæ tamen boni
tati vel potentiæ limites præscribere propterea non audemus, sicut neque Eccle
siæ collatam à Christo quorumcunque criminum remittendorum potestatem
cum Novatianis negamus. 14. Existentiam dæmoniorum homines obsiden
um, Christus Luc. VIII. invicte demonstravit, dum integram eorum legionem
ex uno homine ejecit. 15. Argumento item non obscuro ibidem exhib
vim & usum sacrarum Reliquiarum, quando ad Civitatem suam Capharnaum re
versus fimbriæ vestimenti sui contactu, mulierem sanguinis fluxu per annos 1
laborantem sanavit. 16. Die quodam natali Herodis Antipæ, convivali tempore
horrendo crudelitatis exemplo, decollatus est S. Joannes Baptista, & glorioso
pro Justitiæ, charitatis, castitatis & gloriæ divinæ zelo martyr occubuit, post
quam ab eodem Herode secunda jam vice fuerat carceri inclusus. 12. Cele
bris illa Christi doctrina, Joan. VI. de carne sua manducanda & bibendo suo
sanguine proposita, respicit Augustissimum & adorandum Eucharistiæ Sacra-
mentum, ab ipso postea institutum, estque S. textui plane conforme, quod
intelligenda non sit de manducatione, ac potatione spirituali & mystica per
solam fidem, sed de vera & reali, qua ipsummet Christi Corpus & Sanguis
re ipsa sumuntur in cibum & potum, id quod Latini, Græcique Patres & Doc-
tores cum Concilio Ephesino Epist. ad Nestor. Nicæno II. Act. 6 Cabilonensi
II. C. 46. Senonensi C. 2, & Tridentino Sess. XIII. C. 2. & Sess. XXI. C. 1. una-
nimiter agnoscunt. 18. Quæ Luc. XVI, de paupere Lazaro, nec non de divite
Epulone narrantur, partim historica, partim parabolica sunt. 19. Matth. XVI. 18.
dicens Christus Simoni : *Tu es Petrus* &c. & 19. *Tibi dabo Claves* &c. primo eum

designat fundamentum, cui tanta soliditate Ecclesiæ totius inædificanda structura,
ut nullis unquam Diaboli, Hæreticorum, ac malevolorum quorumque insidiis,
nullaque potentia dejici queat; proinde etiam indefectibilem in definiendis Fidei
ac morum controversiis promisit infallibilitatem. Policitus est ei insuper Digni-
tatem supremam & amplissimam, nedum honoris, sed & jurisdictionis in alios
Ecclesiæ Prælatos, subditosque universos. 20. Ex Resuscitationis Lazari à mortuis
descriptione Joan. XI. patet, ipsam fuisse luculentissimum Divinitatis Christi argu-
mentum, & tam insigne, stuporisque plenum, & ipsos Christi hostes percellens, ut,
cum aliter nequiverint signi hujus effugere evidentiam, de Lazaro interficiendo
stolte convenerint. 21. Ut ut verosimilius in Lege V. per libellum Repudii legi-
tima ex causa uxori datum, Matrimonium & quoad thorum, & quoad vinculum
fuerit dissolutum, male nihilominus & contra Christi Domini intentionem ex ver-
bis Matth. XIX. 9 : *Quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem &*
aliam duxerit &c. cum Luthero, Calvino & Erasmo Anabaptistæ, & cæteri co-
rum sequaces concludunt, pariter in Lege N. Matrimonium consummatum quo-
ad vinculum æque, ac thorum rescindi posse. 22. Conformiter ad Evangelia Je-
sus Christus pridie, quam pateretur, agnum paschalem cum Discipulis suis come-
dit, eodem nempe die, quo ex Legis V. præscripto id fieri oportebat. 23. Hac
vero Cœna legali completa, veteri antiquato, novum substituit Agnum, qui
mundi peccata tollit, seseque ipsum sub panis vinique symbolis realiter præsen-
tem, eisdem Apostolis manducandum præbuit, atque, ut ipsi aliis postea similiter
præberent, præcepit. 24. Paschata ergo legalia quatuor Christus una cum hoc
ultimo celebravit tempore suæ prædicationis : primum Joan. II 13. secundum
Joan. V. 1. tertium Joan. VI. 4. & quartum Joan. XIII. 1. 25. Hinc anno æta-
tis suæ 33. pro nobis in Cruce mortuus est. 26. Historia de pia & religiosa illa
muliere, quæ Christo Crucem bajulanti Sudarium exhibuisse fertur, varios, hoc
maxime tempore, adversarios patitur, quin tamen de falsitate convinci hucusque
potuerit quoad rei gestæ substantiam. 27. Tenebræ, quæ Christo in Cruce pa-
tiente exortæ sunt, universam terram involverunt, & per miraculosam Lunæ in-
terpositionem terram inter & Solem contigere. : cujus Eclypseos testis oculatus
est Dionysius Areopag. Epist. ad Polycarpum, testis etiam Phlegon Gentilis,
Olympiadum supputator eximius apud Eusebium in Chron. ad annum Christi
33 : testis Thallus Græcus L. 3. histor., & denique ipsa monumenta Romano-
rum apud Tertullianum Apologet. C. 21., quibus tot Viri doctissimi suffragan-
tur, ut fidem adhibere non detrectemus. 28. An Sancti illi, qui Matth. XXVII.
ex morte ad vitam resurrexisse leguntur, ad vitam itidem mortalem, an vero ad
immortalem revixerint, & ita cum vel sine corporibus suis gloriosis cum Christo
in cœlum ascenderint, ignoratur. Pro neutra parte sive ex S. Scriptura, sive ex
ratione quidquam solide deducitur.

C. IV.

C. IV.

Celebriores quædam Antilogiæ complanantur.

1. Eo ipso, quo S. Matthæus S. Josephi Progenitores asseruit, Mariæ quo & Christi prosapiam satis indicavit, ac proinde vere scripsit C. I. 1. *Li generationis Jesu Christi.* 2. Quoniam Matth. I. 5. Salmonem inter & David numerantur personæ solum tres, inter quos & Salmonem 336. anni ætatis dendi veniunt juxta II. Reg. C. 6., illos in ætate admodum provecta gene supponimus. 3. Certum est, quod Matth. I. 8. Joram inter & Oziam gener nes 3. desiderentur, quæ haud librariorum oscitantia, sed Evangelistæ stud voluntate omissæ sunt, ut generationes omnes in tres series numero æqu Tesseradecades nimirum, partiretur, memoriæ causa. 4. Matth. I. 11. Gene nulla suppressa est, & difficultas omnis, quæ hic movetur, non nisi ex confusi nominis Jechoniæ ortum trahit, quasi una eademque persona ℣. 11. & 12. mine Jechoniæ designaretur; cum vero Evangelista ipse inter utrumque ape distinguat, omnem etiam difficultatem ipsemet depellit. 5. Inter varias probab les hypotheses, quæ ad Matthæi & Lucæ Genealogias ad invicem concordand ab interpretibus assumuntur, ea nobis præplacet, quæ Julio Africano attribuitur. Reliquas Evangeliorum apparentes antilogias solvet interrogatus defendens.

DEFENDENT

Religiosi, Ornati & pereruditi Theologi, & S. Script. Auditores

Rel. F. SOTER THOMÆ, Diacon.
Rel. F. JOANNETIUS FRITZEN, Diacon.
D. LAMBERTUS LÜTZELER, Aquensis.
D. FRANCISCUS WINKENS, Heinsbergensis.

OPPONENT

Rel. F. Aurelius Dieffenhard, Cler.
Rel. F. Jnnocentius Peters, Subdiac.
D. Joannes Christianus Scheuffens, Gangeltensis.
D. Mathias Nöthen, Aquensis.

In Aula publica Gymnadis Aquensis mense Aprili ab Oct. matutina, Anno 1778.

PROGYMNASMA
Theologico - Historico - & Philo- logico - Sacrum

In S. Scripturam tum Universam generaliter, tum vero specialiter in Moysis Pentateuchum,

QUOD

AD MAJOREM OMNIPOTENTIS DEI GLORIAM,

PRÆSIDE

F. AUDOMARO IRSCH

Ordinis FF. Minorum S. P. Francisci Recollectorum S. Scripturæ Lectore,

PUBLICÆ DISQUISITIONI EXPONENT

Religiosi, Ornati, ac Pereruditi Ss. Scripturæ, Theologiæ ac Canonum Auditores

Mane ab octava	*a med. 2. pomeridianæ*
F. SOTER THOMÆ, Sacerd.	F. JOANNET. FRITZEN, Sac.
F. WOLLRADUS SCHOLL, Sac.	F. AUR. DIEFFENHARD, Subd.
F. INNOCENT. PETERS, Diac.	F. JUNIPERUS ARNTZ.
D. FRANC. CLERMONT, Aq.	D. MATHIAS NOETHEN, Aq.

Anno 1779., Die 14. Septembris
In Aula Publica Gymnasii Mariano - Aquisgranensis.

Ex Typographeo Aquensi.

PRÆFATIO.

Quanquam ex mundi structura, nunquam satis admiranda, sapientissimi ejusdem Architecti sempiterna virtus atque Divinitas non possit non agnosci, quidquid ignavum Epicuri pecus obganniat: visum tamen est infinitæ sapientiæ & bonitati Dei, Scribæ scilicet velociter & mira dignatione scribentis, integros, multosque, diversis temporibus, libros hominibus subjicere, in quibus & se ipsum, cælestesque mentes, creataque cætera, & quicquid ad bene beateque vivendum nos manuducit, graphice ipsusmet describeret. At vero ut libros istos intellectu difficillimos reddunt mysteriorum sublimitas, eorumque ut antiquitate, ita & singularitate sua multum subinde peregrina expressio, idiotismi hebraici, parabolæ, contradictiones in speciem frequentes, aliaque id genus plurima, sic & Scripturiphilis negotii plurimum facessunt irreligiosi, maxime præsentis ævi nostri scriptores non pauci. Quo igitur tam desiderabilem rerum divinarum, humanarumque notitiam felicius assequeremur, nosque contra temerarios perversorum ausus, & effrænes insultus præmuniremus opportunius, sequentia imprimis constituimus.

PROLEGOMENA.

I. Realem S. Scripturæ, proprie dictæ, *existentiam*, Prophetiæ in ea contentæ: Christianorum, Judæorum, aliorumque legitimus consensus: Miracula: Ecclesiæ Romano-Catholicæ definitio: mirabilis Scriptorum ejusdem concordia, aliique characteres atque indicia, adeo invicte probant, ut vel minimum fallaciæ periculum subesse, evidenter repugnet. Funestius itaque humanæ societati esse potest nihil, quam impudentissima licentia illorum, qui talenta sua ostentant in exarandis impiis scriptis, quibus ipsum Dei verbum, tot signis infallibilibus probatum, suo examini & judicio subdere, ac quasi decretoria sententia, omni ratione destituti, impie rejicere, vilipendere ac deridere præsumunt.

II. Jam inde à mundi incunabulis Deus aliqua supernaturali revelatione homines instruxit, sed, quod memoria retineri facile potuerit, & traditione sola propagari, eam literis consignari non statim voluit: postea autem populis in immensum multiplicatis, uberiora præcepta dedit, ac mysteria plura credenda successive revelavit, quæ, ut in fidei, ac morum unitate omnes firmari stabilius possent, scribi fecit. Hinc pro Sacramentorum revelatorum differentia *Veteris* & *Novi Testamenti* libros habemus, queis suam Deus mentem & voluntatem circa hæreditatem salutis æternæ hominibus tanquam Filiis, testatus est.

III. Dicti porro Libri omnes vel *autographi* sunt, vel *apographi*. Priores tam quoad ipsas veritates revelatas, quam quoad scriptionem earum, Deum respiciunt ut *authorem primarium*, a quo necessario summa in eosdem derivatur *authoritas* ad faciendam fidem: homines vero *hagiographos* ceu *authores secundarios*, Deique amanuenses, qui divinitus inspirati scripserunt, & ab omni in scribendo, errore præservati sunt. Verba, verborumque syntaxis & stylus, diligentiæ & ingenio Hagiographorum ut plurimum relicta fuisse videntur, qui etiam subactuali Spiritus S. afflatu perfecta gaudebant libertate indifferentiæ: Nec nisi insana Montanistarum calumnia docuit, quod veluti amentes ad scribendum fuerint coacti. Sed quamnam Hagiographi quique de S. Scripturæ sensibus, a Spiritu S. intentis, cognitionem, cum scriberent, habuerint, in abdito est.

IV. Modo autographa T. V. omnia interiere: apographa sola supersunt, atque hæc, sive *versiones* sint, sive *simplices descriptiones*, ratione authentiæ in differentia triplici comperiuntur. Aut enim authoritate infallibili gaudent, aut, sicut falli, ita & fallere queunt, vel sunt fallere nata. Quocunque idiomate constant, dummodo fidelia sint, sensumque scripti primigenii teneant exacte, & de hac ipsa fidelitate & exactitudine satis constiterit, æqualem prorsus cum ipsismet authographis merentur fidem. Proinde *primo* inter versiones V. T. Græcas ea, quæ usu communiter recepto, *Septuaginta* inscribitur, adhuc hodie in rebus ad fidem & mores pertinentibus, integra recte statuitur, licet in aliis & levioribus sit plena sphalmatis. *Secundo* Integer quoque in dogmaticis est textus hebræus, quamvis exemplaria pauca ejusdem annos sexcentos superent, & octingentos nec unum. Heterodoxorum multi contendunt quidem, hebræum, signanter *Masorethicum*, post tot sæculorum decursus absque ulla, ad nos usque, menda pervenisse: alii contra in multis, idque studiosa Judæorum malitia, corruptum esse propugnant. Verum hi Judæis crimen imponunt enorme, quod authoritas & ratio vere critica ab eis propulsant: illi & a suis antesignanis Luthero & Calvino recedunt, ac certissimæ experientiæ adversantur. Id interim mirandum maxime, nec minus dolendum, quod plerique Protestantes textum Masorethicum tantopere extollant, ut hunc unicum ceu lapidem lydium Verbi Dei, originalemque textum adhibeant ubique; cum fidem credendorum infallibilem elicere nullatenus possint, dum fidei suæ analysin super textum Masorethico-hebræum unice fundant. Sobrius magis est Catholicorum ad hebræum recursus, quem utilem, ast non absolute necessarium, arbitramur. *Tertio* authoritatis supremæ est Versio nostra Vulgata latina, cujus pro majori parte S. Hyeronymus interpres vel corrector extitit, a quo humana duntaxat, sed maxima tamen sedulitate

litate & ingenio, nec minori arte elucubrata est. Sacrosancta namque Synodus Tridentina omnino saluberrime, illam authenticam esse definivit, non prout in hoc illove determinato, aut manuscripto exemplari, sed ut in latinis editionibus, tunc temporis existentibus continebatur, ac longo Sæculorum usu in Ecclesia probata fuerat; idque, ut fidem sortiretur publicam in rebus fidei & morum, nec in dubium posset revocari. Ast nunquid Decretum hoc textibus originariis, qui relate ad versiones inde factas sic nominantur, præjudicat? nequaquam, utcunque *Sixtinus Amama*, *Rivetus* &c. desuper querulentur. Nec nisi inane dicterium est, quo *Thomas Jamesius*, *Benjamin Kennicot*, aliique Protestantium tantopere gloriantur, quasivero *infallibilitas infallibilitati contradixerit*, quando *Sixtus* V. *P. M.* vulgatam conformiter ad Tridentini decretum Anno 1590. imprimi curavit: & *Clemens* VIII. hanc ipsam denuo ad incudem revocatam, & juxta exactioris critices regulas correctam Anno 1592. in lucem edidit. Quinimo calumniam hanc tam temerarie, quam audacter effutientes propriis se se gladiis jugulant, cum variationibus longe pluribus ac notabilioribus inattentis textum hebræum, tanquam indubitatam fidei regulam suis obtrudere pergunt.

V. Divini Codices recte *Canonici* vocantur, tum quod recte vivendi regulas exhibeant, tum præprimis, quod catalogo cuidam authentico ceu Divini sive a Synagoga, sive ab Ecclesia Catholica adornato, sint inserti. Equidem Catalogus hujusmodi, seu Canon ostendi nullus potest, inter Judæos unquam specialiter & expressa Synagogæ definitione confectus (sane talis non est triplex ille Canon *Genebrardi L. 2. Chron.*, non binus *Serarii C. 8. Prolegom. Bibl. Q.* 16; *nec* unus ille *Esdræus Huetii Demonst. Evang. prop. 6. de Canon*: *Filia* quoque *vocis*, cujus ope *hagiographa secundi Ordinis* confecta sparguntur, purum putumque Rabinorum commentum est: Sed & *magnum* illud *centum viginti virale* Synedrium, cujus authoritate canon Esdræus approbatus fuisse ab Huetio prætenditur, a peritioribus criticis in falsitatis suspicionem merito adducitur) Verumtamen Libri varii velut certo divini a Judæis semper suscepti fuere, quorum numerus tacito Synagogæ consensu, & publico, universalique usu determinabatur. Similiter Ecclesia Romano-Catholica suis in primordiis nullo canone specialiter constituto declaravit, quinam Libri Divini essent, sed eos, qui pro Sacris semper a fidelibus habiti fuerant, ex legitima traditione, assensu tacito suscepit. Hos deinceps, ne tempore labente, simul eorum notitia ex hominum memoria elaberetur, varii Patres, tam Græcæ, quam Latinæ Ecclesiæ, diversis temporibus, Scriptis annotarunt. Sæculo IV. Concilium Provinciale *Laodicenum* & *Carthaginense* III. quendam SS. Librorum canonem condiderunt:

erunt: donec tandem Sæculo XV. Concilium œcumenicum Florentinum V. ac N. T. Libros omnes in decreto pro Jacobinis Canoni inseruit, & Sæculo XVI. Ss. Synodus Tridentina eosdem pariter omnes ngulos, divinos esse definivit, quo dubium omne de *Tobiæ*, *Judith* & eliquorum *Deutero-Canonicorum* voluminum authensia sublatum sit, pportet.

VI. Publicum enim & externum Ecclesiæ Romano-Catholicæ testimonium *Criterion* est absolute infallibile, Libros divinos a suppositiis & corruptis secernendi. Minime vero pro criterio tali aut ipsamet Scriptura S., ut vult *Calvin. L. 1. instit. C. 7.*; aut *Spiritus privatus*, aut *quatuor notæ characteristicæ Reformatorum Dordracensium* nuper excogitatæ, aut ipsæ *Protestantium Ecclesiæ* (quæ, etiamsi vellent, sine contraditione docere nequirent, se in proponendis Scripturis S. infallibiles esse) statui possunt.

VII. Plures in diversis S. Scripturæ locis Libri citantur, ut *Liber fœderis Exod. 24. ℣. 7. &c.*, quorum quod nonnulli interciderint, vix est negabile: at illos, vel etiam aliquem eorum fuisse sacrum & canonicum, haud satis constat. Libros Sacros aliquando universos periisse, ac per Esdram deinde ex memoria restitutos, pro fabula habemus: imo nequidem Libros illos ab Esdra emaculatos, & in corpus unum redactos credimus.

VIII. Nullus est in S. Bibliis textus, cui sensus aliquis, immediate a Spiritu S. intentus, adeoque *Literalis* non correspondeat. Quid? quod plures simul uni eidemque S. textui inesse sensus literales queant, ut recte *S. August. L. 12. Confess.* quem *Jo. August. Ernesti in Instit. interpret. N. T. C. 1. §. 7.* insulse erroris arguit. Sensus *Mysticus*, ubi de eo satis constat, ad probandum haud minoris energiæ est, quam literalis. Ne autem in eodem asserendo cum *Schola Coccejana* per excessum, seu cum *Grotio & Joanne Clerico* per defectum aberrandi libera facultas sit, *S. Typologia* determinat limites, cujus notionem, usum atque præstantiam expendimus: sicut & media generalia, quemvis S. Scripturæ sensum prudenter investigandi: quibus denique cautelas in applicatione sensus accomodatii observandas adjunximus.

IX. Sacrorum Scripturæ voluminum primum est *Pentateuchus*, cujus insuper varia alia est appellatio: sicut argumentum, scopusque multiplex. Divisio ejusdem in Libros quinque antiquissima, sed recentior est Moyse, qui tamen indubitatus Pentateuchi Author. Post Legem nimirum Judæis datam, in deserto, ubi 40. ultimos vitæ suæ annos, tanquam populi Dux & Legislator, transegit, opus hoc hebraice

Moyses

Moyses exaravit. Divina dicti Libri authoritas, ratiocinio etiam
rali, aperte concludente ostendi potest, quanquam res in illo con
Scriptor partim ex familiarum commentariis, vel ex orali trad
partim ex propria experientia, partim denique divina ex revelatio
dicerit. Effrons, omnisque pudoris ingenui expers *Voltairius*, ad
vandam Religionem revelatam, mendaciis, calumniis, & sophism
Pentateuchi sinceritatem & antiquitatem in dubium vocare non ve
X. Liber *Genesis* a *Libro justorum*, *Josue* X. 13. quoad substantiam

ASSERTIONES

Ex Pentateucho.

I. *In principio creavit Deus cœlum & terram*, Gen. I. 1. est quoddam marium dicendorum. *In principio*, id est literaliter: in primordio poris proprie dicti, moraliter accepto. *Cælum & terram*, puta visibilem jus mundi compagem. De cœlo empyreo, de Angelis hic nihil ne quamvis tamen & ista ab initio creata sint. Frustra in hebræo: *Bara E* quæritur mysterium Ss. Trinitatis. ℣. 2. *Super faciem*, hebraismus est *sus* est aquarum multitudo, quæ cum terra, tanquam prima & sensibiliu rum materia exhibetur. *Spiritus Dei*, mens, consilium, per antropopathi in S. Scripturis frequentissimam. *Lux* prima creationis die facta ℣. 3. vastissima moles ignea, quæ die quarta divisa in partes, in astra formata detur, proprio fulgore splendentia. *Dies*, de quibus a ℣. 5. naturales fu *Anni tempestas*, qua mundus conditus, comparate ad Paradisum, verna f *Firmamentum* ℣. 6. hebraice *rakiab*, vastum istud spatium, quod a ter aquarum superficie usque ad extremum universi convexum protend indigitat; quin ex hoc, aut ℣. 7. eruatur quidquam pro aquis supersyd *In locum unum* ℣. 9. idem est, ac: in locum singulum, vel: unum unitate municationis. Ut quid igitur hic impossibile aliquid, aut absurdum chæus quærit? Tertio creationis die etiam spinæ & tribuli, herbæ ve tæ, ac similia producta sunt, item Paradisus, de cujus situ varias inter jecturas ea est verisimilior, quæ in Armenia, haud longe ab Euphratis gridisque fontibus illum extitisse statuit. Manserit ergo Paradisi locu mansit tamen pristinus decor & amœnitas. Tam pisces, quam aves ex tanquam materia producti sunt ℣. 20; ast num inde efficaciter evin animas eorum esse materiales? Ex ℣. 26. recte probatur Personar Deo pluralitas. Nedum judaicæ gentis, sed & omnium omnino hom protoparens erat Adam ℣. 27. procreatus. Mundum neque ab ætern titisse, neque ex fortuito atomorum coaluisse concursu, opus crea Gen. I. descriptum, luculenter ostendit.

II.

II. Gen. II. ℣. 6. lege: *sed fons non ascendebat* &c. Anima primi hominis ℣. 7. neque de Dei substantia, veluti intrinsece constitutiva, creata, neque prius tempore producta est, quam corpori infusa. ℣. 16. *præcepit* &c. en Religionem à Deo revelatam, primoque homini impositam!

III. Serpens Protoparentum nostrorum tentator, Gen. III. 1. erat verus, sed energumenus. Adam, qui inordinato amore mulieris, & Eva, quæ dolosa ac blasphema serpentis instigatione ad divinæ legis prævaricationem misere seducti erant ℣. 6, post seriam inobedientiæ pœnitentiam æterna fruuntur beatitudine. ℣. 15. loco *ipsa* legi debet *ipsum*. Per *Semen mulieris*, quo serpentis caput proterendum, solus Christus: per *mulierem* B. V. Maria: per *Serpentem* diabolorum caput: & per *semen serpentis* tota diabolorum caterva literaliter significatur; sicque jam tum ab initio, mox a protoparentum, atque in his humani generis, lapsu, futurus Mediator promittitur.

IV. Abel a Cain Gen. IV. occisus, primo totius mundi protomartyrio decoratur. Ex ℣. 7. argumentum trahunt Doctores Catholici invictum pro libero hominum arbitrio contra heterodoxos, præprimis recentiores, quibus masorethica textus hebræi incrustatio tanto in pretio est. Insolens Lamechi Polygamia Patriarcharum postdiluvianorum exemplis à crimine non vindicatur, uti nec illorum Polygamia Lamechi facto damnatur.

V. Anni Patriarcharum Gen. V. & XI. nostris annis solaribus fuerunt æquales. Tantæ vero longævitatis causa præcipua erat specialis Dei voluntas, à qua pariter vitæ nostræ brevitas repetenda.

VI. *Filii Dei*, Gen. VI. 2. sunt posteri Seth & Enos: *Filiæ hominum* Filiæ Cain. ℣. 3. Futuri Diluvii tempus, non ætas hominum, designatur. Ex ℣. 6. ineptissime cum famosis errorum Architectis Luthero & Calvino colligeres: omnia opera nostra occulto aliquo concupiscentiæ peccato coinquinari. Arcæ Noëticæ capacitas hoc C. descripta, sat ampla fuit, & congrua fini suo. Quæ Vossius contra assertionem hanc, sicut & contra Cataclysmi universalitatem oggerit, levi flatu in fumum abeunt.

VII. Matrimonium esse præceptum singulis, ex Gen. IX. 1. nunquam evincent Protestantes. Catholici nihilominus ex ℣. 3. collato cum Gen. I. 29. 30., non obscure colligunt, carnium esum ante diluvium haud licuisse. A diluvii igitur tempore usus ille permissus fuit, sed absque sanguine. Modo insuper limitatio hæc, fine ejus cessante, cessat. Noë ℣. 21. a peccato ebrietatis, saltem gravi excusatur a plurimis: verum an ideo re ipsa immunis?

VIII. Tyrannidem primus exercuisse videtur Nemrod, Gen. X. 1. qui Assyriorum fundavit Monarchiam. ℣. 9. *Robustus Venator coram Domino*, id est per hebraismum, insignis Tyrannus.

IX. Gen.

IX. Gen. XI. 1. non denotat, solam consiliorum concordiam, [...] prie linguæ, & quidem hebraicæ, ceu vernaculi temporum illor[...] monis, unitatem. *Clerici*, aliorumque Neotericorum exponendi ra[...] hic repudiamus omnino, utpote qua semel admissa vix manebit ali[...] Libris sanctis sufficienter assertum. Inter posteros *Semi* ℣. 12. n[...] dus Cainan, Arphaxad inter & Sale computandus, idque non prop[...] tuaginta Interpretum, sed S. Lucæ Evangelistæ C. III. 35., Author[...]

X. Abraham Gen. XII. 13. vocans Sarai sororem suam, nullam [...] misit æquivocationem, multo minus nundinationem aliquam matri[...] ut cum Manichæo Calvinus contendit.

XI. Gen. XIII. 15. to *Et* exegeticum est, atque sic antilogia inter [...] sen hic & S. Stephanum Act. 7. apparens mox disparet.

XII. Abrahæ Gen. XIV. a justa & triumphali cæde Regis Codorla[...] & confœderatorum ejus revertenti gratulabundus occurrit Melchi[...] verus, purusque homo, ac probabilius Jerosolymæ Rex (adeoq[...] ipsemet Filius Dei æternus: non Spiritus S., aut virtus aliqua [...] nec Angelus, ut veterum quidam somniabant) & veluti publicus D[...] tissimi Sacerdos panem, vinumque protulit in verum Sacrificium, [...] quod nos Catholici jugiter offerimus, præfigurativum. Ab hac [...] & vini prolatione Melchisedechiani Sacerdotii ordo repeti debet. F[...] sane hic Lutherani iterum & Calvinistæ vires suas exerunt contra [...] tholicos, omnis solidæ rationis, authoritasque vigore destituti. ℣. [...] *& dedit* &c. scilicet Abraham Melchisedecho (*ad Hebr.* VII. 4.) ex sp[...] liis omnibus, quæ de hostibus tulerat.

XIII. Gen. XV. 6. nihil omnino pro fide justificante hæreticorum [...] ni 400. ℣. 13. initium sumunt a nativitate Isaac: Terminantur in exi[...] Ægypto. Anni vero 430. Exod. XII. 40. a tempore promissionis [...] XII. 3. Abrahæ factæ, inchoantur.

XIV. Agar, Gen. XVI. 3. data est Abrahæ in veram uxorem.

XV. Circumcisionem fuisse signum, ex opere, ut ajunt, operato, [...] vum peccati originalis, ex Gen. XVII. 14. minime probatur. ℣. 5[...] *Abræ* & *Sarai* nomina mutantur; hinc forte consuetudinis illius, quod [...] in Circumcisione, & nunc in Baptismate nomina dentur, origo est [...] tenda.

XVI. Stratagema Loti offerentis Sodomitis Filias Gen. XIX. 8. per[...] quendo, justitiæ, castitati, officio paterno, & charitati adversatur: in[...] a peccato gravi fors illum excusarunt nimia animi perturbatio, aut [...] tio exaggerativa. Pro omnimoda tamen integritate ex nomine *Justi* [...] *Petr.* II. 7. *Sap.* XIX. 16. ei attributo quidquam colligi posse, diffid[...] ℣. 24. nil pro Ss. Trinitatis Mysterio. ℣. 26. Uxor Loti versa est in [...] ram

ram statuam salis: quo modo partem in Sodomorum supplicio habuit juxta Angeli comminationem ℣. 15: Ast grave fuisse mulieris peccatum, ea supplicii gravitas non arguit. Incestus, non intemperantiæ, culpam textus ipsemet a Loto abstergit ℣. 33. 35. Filiæ vero a nefando incestus, illatæque Patri ebrietatis crimine non sunt excusabiles.

XVII. Ex efficacia orationis Abrahæ viatoris Gen. XX. 17. recta conclusio est, ad efficaciam adhuc majorem orationis ejusdem jam comprehensoris.

XVIII. Gen. XXIII. 17. non contradicit Act. VII. 5. & 16. Nodum utrumque solvere, facile est, absque eo, quod aut S. Stephanum, vel S. Lucam memoria lapsos, aut in Abrahami nomine, librariorum incuria, erratum esse dicatur.

XIX. *Igitur puella* &c. Gen. XXIV. 14. Commendanda hic Eliezeri prudentia, non vituperanda audacia vel superstitio.

XX. Quisquis ex constellatione, conceptionis vel partus tempore, existente, futuram prolis indolem augurari amat, videat Gen. XXV. 22. superstitionem suam sat efficaciter confutatam. Esau primogenituram suam cum rufo lentis edulio appendens ℣. 33. & Jacob ipsum ad hoc inducens ℣. 31. varie peccarunt, non tamen Simonia.

XXI. Jacob Labani avaritiam arte mira, & ex parte, ut videtur, miraculosa, elusit, in qua nihil carpendum. Gen. XXX.

XXII. Rachel Patris auferre idola potuit, Gen. XXXI. 19. sine omni peccato. Animo colendi illa, non abstulit. ℣. 45. Juramentum Labani Jacob licite admisit.

XXIII. Quemadmodum femoris Jacobi luxatio, & consequens inde claudicatio, sic etiam pugna Gen. XXXIII. descripta, non phantastica, sed realis erat. Verbis quidem æque, somniis, aliisque mediis intentum a se finem Deus consequi potuisset: at quis ei determinabit modum, quo Sapientiæ suæ Consilia hominibus manifestet? ℣. 30. *Vidi Deum* &c. non essentiam Divinam immediate.

XXIV. Simeonis ac Levi attentatum Gen. XXXIV. mendaciis, perfidia, inobedientia, injustitia, Sacrilegio, crudelitate & imprudentia maxima horridum erat.

XXV. Nulla inter hebræum & vulgatam realis oppositio Gen. XXXVII. 2., si hæc de Annis 16. completis, ille de Anno 17. inchoato accipiatur. Ratam habemus de limbo Patrum Sententiam ortodoxorum; verum existentiam illius ex ℣. 35. hic, stabiliri non videmus.

XXVI. *Eodem tempore* Gen. XXXVIII. 1. per recapitulationem exprimitur. ℣. 18. Nec incestum, nec adulterium insinuat.

XXVII. Antilogiam Gen. XLVI. 26. & 27. item Actor. VII. 14. data ansa Defendens dissolvere conabitur.

XXVIII. Adventum Messiæ, a Deo olim promissi, jam dudum a
ractum esse, contra Judæos manifeste evincit vaticinium Jacobi G
XLIX. 10.

XXIX. Singulariter *Exodus* Christum, ejusdemque mysteria respi

XXX. Apparitiones plures in V. T. Angelorum creatorum ministeri
hominibus factas esse, certum est : Deum quoque ipsummet immedi
per se, plusquam trecenties vel in solo Exodo apparuisse, non m
perspicue patet.

XXXI. Misericordiam & Dei timorem, non mendacium divina li
ralitas remuneravit Exod. I. 21.

XXXII. Moysis parentes, ipsum adhuc infantulum, in carecto ri
fluminis exponentes Exod. II. 3. nihil peccaverunt : Nec peccavit po
Moyses ℣. 12. Ægyptium occidendo.

XXXIII. Execramus Calvini, ejusdemque sequacium blasphemiam
qua cor Pharaonis positive a Deo induratum fuisse docent. Exod. IV
3. &c. Ex ℣. 11. nunquam conficiet incredulus, miracula haud e
infallibiles veræ Ecclesiæ notas. ℣. 12. *Versæ sunt in Dracones*, vero

XXXIV. Pascha Moysis Exodicum, paschata intermedia, & ultimu
Christi, quoad ceremonias non differebant.

XXXV. Pascha T. V. prophetia realis erat veri Paschatis nostri Christi
in ratione Sacramenti, Sacrificii & convivii.

XXXVI. Israelitæ dies suos tam Ecclesiasticos, quam civiles compu
tabant a solis occasu usque ad occasum.

XXXVII. Veteris T. Pascha celebrandum fuit die 14. mensis Nisan
inchoante post solis occasum. Exod. XII.

XXXVIII. Duplex recte statuitur terminus, *a quo* peregrinationis
filiorum Israel ex Ægypto.

XXXIX. Mirabilis Israelitarum per mare rubrum transitu
qui a littore occidentali ad Arabicum via recta factus est, irrefragabili
innititur testimoniis. Miraculosum fuisse illum, causa ipsius effici
ministerialis, instrumentalis, finalis, atque effectus in Exodo &c. descri
luce meridiana clarius ostendunt. Quisquis hoc negas, Deo, ac M
summam infers injuriam. *Morganii*, *Tolandi*, aliorumque Verbi Dei c
rum, opinio insuper & in sanam Physicam, & in Geographiam turpi
impingit.

XXXX. Per præceptum Exod. XX. 4. & Deut. V. 8. 9.
imagines omnes, nec omnis imaginum cultus prohibetur : Ch
profecto, & Sanctorum imagines eo sensu, quo ab Ecclesia Cath
exponuntur, nullatenus vetantur. Lex observandi Sabbathum inju
fuit per Moysen Exod. XX. 8. non vero Gen. II. 3.

XXXXI.

XXXXI. *Ourim* & *Thummim*, *Doctrina & veritas*, a gemmis ratio-
nalis indistincta, Pontifici ad Deum consultandum, certissimaque eden-
dum Oracula deserviebant Exod. XXVIII. 30.

XXXXII. Aaron conficiendo & publicæ venerationi exponendo vi-
tulum aureum Exod. XXXII. populusque adorando se se gravissimo
idolatriæ scelere contaminarunt. Ast nunquid vel inde Neoterici
cum fundamento arguunt, Ecclesiam totam una cum Capite suo posse a
Deo aliquando apostare ? nihil minus. ℣. 28. Legendum : *Quasi tria
millia &c.* ℣. 32. *dele me de Libro vitæ*, puta, corporalis.

XXXXIII. ℣. 13. C. XXXIII. Exod. nec minimum de Divinæ essen-
tiæ visione vestigium exhibet.

XXXXIV. ℣. 28. C.XXXIV. Exod. & *scripsit*, nemo alius, nisi Moyses.

Omnia sub Censura S. Matris Ecclesiæ sunto.

APPROBATIO.

Hæ Theses sanam Doctrinam continent. Leodii hac 12. Augusti Anno 1779.
G. LARUELLE *Librorum Censor.*

Permittimus Impressionem. Leodii hac 14. Augusti 1779. Pro Domino
Vicario Generali absente

GHISELS *Canonicus Leodiensis.*

THESES
EX
PROLEGOMENIS
in sacram Scripturam universam,
NIMIRUM

De S. Scripturæ Essentia, Existentia, Authoritate, Fine, Modo Inspirationis, Canone, Criterio, Libris deperditis, Textibus originalibus, Versionibus, Scriptoribus, & Sensibus.

---

§ I. SCRIPTURA *Sacra* est verbum Dei, vice, authoritate & jussu Dei conscriptum. Nec ergo summorum Pontificum, & Conciliorum generalium de rebus fidei & morum decisiones & canones, licet divinitus inspirati: nec dicta prophetica, à Deo scribi non jussa: nec traditiones divinæ, à Conciliis etiam œcumenicis mandatæ literis, de se sunt Scriptura, hoc sensu, sacra.

§. II. Scripturæ alicujus verè divinæ *existentiam*, quidquid homines superbè delirantes sub specioso libertatis titulo in contrarium oggannniant, tam invictè probant Prophetiæ in ea contentæ, Christianorum, Judæorum, aliorumque consensus, Miracula, Ecclesiæ Romano Catholicæ definitio, mirabilis Scriptorum in S. codicibus concordia, rerum in iis contenturum sublimitas, nec non alii characteres atque indicia, ut vel minimum fallaciæ periculum subesse omnino repugnet;

§. III. Cum Deus sit ipsemet primarius S torum divinorum *Author*, inde profecto sum in eadem derivatur *Authoritas* ad faciendam dem: cumque *Finis* illorum sit Dei gloria, & su naturalis hominum beatitudo: *materia*, sublim ma fidei & morum doctrina, summa est in eorum *sanctitas*, atque *utilitas*. His certe salu rimè & *prava corriguntur, & parva nutriun & magna oblectantur ingenia: ille huic doctrinæ micus est animus, qui vel errando nescit esse berrimam, vel odit ægrotando medicinam. S. A gust. Epist. 3. ad Volus.*

§. IV. Quanquam Scriptores sacri, quibus D in conscribendis eloquiis suis est usus, libro omnes & totos divinitus inspirati ediderint, & in scribendo ab omni fuerint præservati erro quoad sententiarum substantiam, verba tame quibus revelatas sibi veritates expresserunt, v borumque compositionem & stylum, medi tioni, diligentiæ & ingenio Hagiographon Spiritus S. reliquisse videtur. Itaque in S. Bibl inspirationem admittimus minus rigidam, ac qui eandem quoad singula verba, materialit spectata, requirunt: attamen magis rigidam, q alii, qui solam Spiritûs S. assistentiam, ab erro bus præservantem, postulant. Neque suffici quod Spiritus divinus scriptum aliquod, huma tantum ingenio conceptum & elaboratum suum postea adoptet, vel approbet. Syste Spinosæ, *Anomæorum, de quibus Epiphanius H* vel. 76, Erasmi, & aliorum, qui omnem Spi Dei influxum in S. voluminibus rejiciunt, ips tanquam verbi Dei destructivum, & Fidei divin apertè contrarium rejicere debet, quisquis catho lice, vereque sentit.

§. V. Divini Codices rectè *canonici* vocantur, tum quod rectè vivendi regulas exhibeant, tum præprimis, quod catalogo cuidam authentico, seu Divini, sive à Synagoga, sive ab Ecclesia Catholica adornato, sint inserti. Equidem catalogus hujusmodi, seu canon ostendi nullus potest, inter Judæos unquam specialiter & expressa Synagogæ authoritate ac definitione confectus: sane talis non est triplex ille canon Hebræorum, quem *Genebrardus L. 2. Chron.* comminiscitur: non binus, quem *Serarius C. 8. Proleg. Bibl. Q. 16.* admittit: nec unus ille *Esdræus*, quem *Huetius Demonstr. Evang. prop. 6. de Canon.* defendit; varii nihilominus libri, tanquam certo Divini, ac fidei regulæ, à Judæis semper suscepti sunt, quorum numerus tacito Synagogæ consensu, & publico, universalique usu determinabatur. Similiter Ecclesia Romano Catholica suis in primordiis nullo canone specialiter constituto declaravit, quinam Libri divini essent, sed eos, qui pro sacris semper à fidelibus habiti fuerant, ex legitima traditione, aliisque indiciis, assensu tacito suscepit. Hos deinceps, ne eorum notitia, labente tempore, simul laberetur ex hominum memoria, varii Patres tam Græcæ, quam Latinæ Ecclesiæ diversis temporibus scriptis annotarunt. Ex Græcis nempe Sæculo II. *Melithon, Sardensium Episcopus*: Sæculo III. *Origines*: Sæculo IV. *Athanasius, & Gregorius Nazianzenus*, pluresque alii, videndi apud *Cyrillum Hierosolymitanum Catech. 4. & Joannem Damascen. orthodoxæ fid. L. 4. C. 18.* &c. Ex Latinis *Hilarius Pictav. Episc. præfat. in Psalt.* Sæculo IV: Sæculo V. *Hieronymus & Augustinus*: Sæculo VI. *Aurelius Cassiodorus* &c. &c. Præterea Concilium provinciale *Laodicenum* &

Carthaginense III. Sæculo IV. sacr. librorum
nonem condidere, donec tandem Anno
Concilium œcumenicum *Florentinum* V. T
menti libros omnes in Decreto pro Jac
canoni suo inseruit: & Anno 1546. die
Aprilis Ss. *Synodus Tridentina sub Paulo*
Sessionem 4. tam celebravit, in qua decretum
cit de canonicis Scripturis, canonemque
didit, complectentem libros omnes & sing
qui in Vulgata nostra existunt, eosque div
esse definivit, quo dubium omne de *Tobia*,
dith, & reliquorum Deutero canonicorum
luminum authensia sublatum sit oportet.

§. VI. Publicum enim & externum Eccl
Romano Catholicæ Testimonium *Criterium*
absolute infallibile, libros Divinos a supp
& corruptis secernendi. Hæc quippe De
clesia est, *Columna & firmamentum veri*
1. Tim. 3. ℣. 5. Pro ea, ut promissis suis
Matth. 16 ℣. 18. Joan. 14. ℣. 16. Joan.
℣. 13. reprobatione facta Veteris mandati
Jus melioris Testamenti sponsor factus, sempi
num habet Sacerdotium, semper vivit ad interpel
landum. Hebr. 7. ℣. 18. &c. *Tanquam caput Ec*
clesiæ, & Salvator corporis ejus......ut exhiberet
ipse sibi gloriosam Ecclesiam, ne in ministerio ver
bi maculam aut rugam contraheret, aut aliquid
hujusmodi, *sed ut sit sancta & immaculata.* Ephes.
5. ℣. 23. &c. Atque ut hujus Ecclesiæ falli ne
scium tribunal nemini deesset, eam signis tam ev
identibus voluit Deus esse conspicuam, ut
veluti Divinitatis characteribus esset visibilis
star *montis in vertice montium.* *Isai.* 2. ℣. 2
minime vero pro *criterio* tali aut ipsamet Scr
tura S., ut vult *Calvinus* L. 1. *instit.* C. 7.

Spiritus privatus, aut quatuor notæ characteristicæ Reformatorum Dordracensium. &c., aut ipsæ Protestantium Ecclesiæ statui possunt, quæ Ecclesiæ, etiamsi vellent, sine contradictione non valerent docere, quod in proponendis Scripturis S. nec falli, nec fallere queant.

§. VII. In diversis S. Scripturæ locis plures libri citantur, ut *Liber fœderis, Exod.* 24. ℣. 7. *Liber bellorum Domini, Num.* 21. ℣. 14 &c, quorum quod nonnulli interciderint, vix est negabile: at omnes illos, vel etiam aliquem eorum fuisse sacrum & canonicum, vix probabile est. Libros sacros vero universos aliquando periisse, ac per Esdram deinde ex memoria fuisse restitutos pro fabula habemus, imo nequidem Libros istos ab Esdra emaculatos, & in corpus unum redactos credimus.

§ VIII. Quia libri plerique Testamenti V. *hebraice* primum per Hagiographos sunt exarati, textus hebraicus relate ad versiones inde factas dicitur *originalis*. Autographa hebræa, nullo excepto, cuncta interiêre: Apographa sola supersunt, quorum pauca annos quingentos, aut sexcentos superant, octingentos nec unum. Multi Heterodoxorum contendunt, textum hebræum, signanter Masorethicum, hodie adhuc prorsus immaculatum existere, & post tot sæculorum decursus absque ulla ad nos menda pervenisse: alii in multis, idque studiosa Judæorum malitia, corruptum esse propugnant. Hi Judæis crimen imponunt enorme, quod tamen ratio & authoritas ab eis propulsant: Illi & à suis antelignanis Luthero & Calvino recedunt, ac certissimæ experientiæ adversantur. Id mirandum maxime, nec minus dolendum, quod Protestantes

plerique textum Masorethicum tantopere ex
tollant, ut hunc unicum ceu lapidem lydi
verbi Dei, originalemque textum adhibe
ubique, cum fidem credendorum infallibilem
divinam habere nullatenus valeant, dum fid
suæ analysin super textum Masorethico-H
bræum fundant. Sobrius magis & securus
Catholicorum ad Hebræum recursus, quem u
lem, ast non absolute necessarium, merito ju
camus.

§. IX. S. Scripturæ *Versiones & Apograp*
ratione authensiæ in triplici sunt differentia. V
enim authoritate infallibili gaudent, vel sicut fa
lia & fallere queunt, vel sunt fallere nata. Qu
cunque autem idiomate constant, modo fide
sint, sensumque scripti primigenii teneant
acte, & de hac ipsa fidelitate, & exactitu
satis constiterit, æqualem prorsus cum ipsis
autographis merentur fidem. Proinde pro
inter versiones Veteris T. Græcas, ea, quæ
communiter recepto *septuaginta* inscribitur, a
huc hodie in rebus ad fidem & mores pertinen-
bus integra recte statuitur, licet in aliis & levio-
ribus sit plena Sphalmatis. Jam olim hæc ver-
sio Judæis in pretio fuit, sed & per sex fere Sæ-
cula publica & universali in Christi Ecclesia pos-
sessione & usu florebat, quidquid sit de versio-
nis ipsius authoribus, modo, occasione, ac de-
nominationis origine, ab *Aristæa* relatis, quæ
critici moderni plerique omnia ut falsa respuunt
aut certe in dubium vocant. *Secundo* Autho-
ritatis supremæ est versio nostra *Vulgata latina*
cujus pro majori parte S. Hieronymus inter-
pres vel Corrector exstitit, à quo humana solum
modo, sed tamen maxima industria & ingeni

nec minori arte elucubrata est. Sacro-sancta namque Synodus Tridentina omnino recte, & saluberrime illam authenticam esse definivit, non prout in hoc illove determinato, impresso, aut manuscripto Bibliorum exemplari, sed ut in editionibus latinis, tunc temporis existentibus, continebatur, ac longo Sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata fuerat; idque, ut fidem sortiretur publicam in rebus fidei divinæ atque morum, nec in dubium posset revocari. Interim hocce Decretum textibus originariis vel in minimo non derogat, ut ut *Sixtinus Amama*, *Rivetus* *&c* contranitantur. Anno 1590. Sixtus V. P.M. vulgatam conformiter ad Tridentini Decretum typis imprimi fecit, ac publicari: Clemens vero VIII. ejusdem Successor denuo hanc ipsam, ad incudem revocatam, & juxta exactioris critices regulas correctam, edidit Anno 1592: quin ulla veritatis specie asseri queat à *Thoma Jamesio*, *Benjamin Kennicot*, & aliis Protestantibus, quod ob variantes, utriusque editionis dictæ, lectiones *infallibilitas infallibilitati* contradixerit: imo hoc tam temerarie quam audacter asserentes propriis se se gladiis jugulant, dum variationibus longe pluribus ac notabilioribus obstantibus pergunt textum hebræum tanquam indubitatam fidei regulam suis obtrudere. Quæ de *versionibus vernaculis* observanda, interrogati respondebimus.

§. X. Exploratum satis nondum est, quamnam Hagiographi quique de S. Scripturæ sensibus, à Spiritu S. intentis, cognitionem, dum scriberent, habuerint: ast quia ex conditione naturæ suæ ad scribendum liberi fuerunt, nec ratio suppetit, eosdem libertate privandi, etiam sub actuali Spiritus S. afflatu perfecta contra-

dictionis & contrarietatis libertate usos
remur. Quod veluti amentes & insani f
ad prophetandum sive scribendum adacti,
nisi Montanistarum insana calumnia docu
§. XI. Sacrorum textuum sensus est im
diatus & literalis, vel mediatus & mysti
prior vel est proprius vel improprius: alter
allegoricus, vel anagogicus, vel tropolog
Nullus est in S. Bibliis textus, cui sensus a
immediate à Spiritu S. intentus non corres
deat: quid? quod plures simul uni & eiden
Textui inesse sensus literales possint, ut
S. August. 12. *Confess.*, & cum eo Catho
quos hic *Jo. Augustus Ernesti in Institut.*
pretis N. T. C. 1. §. 7. quam speciose, tam
arguit erroris. Datur quoque in Scripturis S
sus mysticus, ad probandum haud minus e
quam literalis, negarique nequit, nisi S. S
tura ipsamet negetur. Ne autem in eo asse
do cum *Schola Coccejana* per excessum, sive c
Grotio & *Joanne Clerico* &c. per defectum ab
randi libera facultas præbeatur, S. Typolog
determinat limites, cujus notionem, usum, a
que præstantiam expendimus: sicut & media
generalia quemvis S. Scripturæ sensum investi-
gandi: quibus denique cautelas, in applicatione
sensus accommodatii observandas adjunximus

DEFENDENT.

F. Joannetius Fritzen, Sac. — F. Wollradus Scholl, S
F. Soter Thomæ Sac. — D. Franc. W. Clermont
D. Mathias Nœthen, Aq.

OPPONENT.

F. Aurel. Dieffenhard, Subd. — F. Innocent. Peters, D
F. Juniperus Arntz. — D. Arn. Robens, Marcod
D. Franc. Joan. Smets, Aquensis, Hujatis Basil. Regal. C
In Aula Gymnadis *Aquensis, mense Martio* 17

GYMNADES SACRÆ
SUPER LIBROS
Josue, Judicum & Ruth,
QUAS
cum Digressionibus Pole-mico-Scholasticis

In Aula publica Aquisgranensi defendent
die 1. Junii 1780.

F. JUNIPERUS ARNZ, Subdiaconus.
D. MATHIAS NOETHEN, Aquensis.
D. JOAN. GERARD. JANSSEN, ex Scheid.
D. JOAN. HENRICUS THISSEN, Aq.

Opponent

F. Lucianus Limperich,
F. Hyacinthus Rüssel,
F. Anselmus Laass,
F. Theodorus Steffens,
} Sacerdotes.

S. Scripturæ & Ss.tæ Theologiæ Auditores.

PROLEGOMENON
In Librum Josue.

Quem in fronte gerit Liber, eundem (quidquid pro Esdra Masius, pro Samuele Abulensis, pro aliis dixerint alii) probabiliùs agnoscit Authorem. Argumentum potissimum & quasi Libri summa sunt Transitus Jordanis, expugnatio Chanaan, ejusque inter Tribus facta divisio. Chananæos jussit Deus anathemati devoveri, omniaque ferro & igne expiari, ne quid reliqui maneat de gente pessima,

idque fideliter executioni mandare non d
ravit Josue, Heros incomparabilis. Plur
hìc effulgent morum exempla, gesta ac d
quæ Principem, quæ Magistratum, quæ om
decent Superiores.

Gymnades Sacræ.

C. I. ℣. 1. *Factum est.* Justis Moysi non
choatè, sed completè persolutis. Ibid
loqueretur Dominus, immediatè per seme
sum, non per Angelum. ℣. 3. *Præparat
baria.* Minus congrue contendit Menoch
hìc agi de Manna. Ibid. *Post diem tertium.*
meritò hic aliqui Josue insimulant menda
cùm per Prolepsin vel Hysterologiam cit
præceptum, quod post exploratorum
tum promulgavit Josue. C. II. 1. *Dom
meretricis* propriè talis, uti exigit Hebr. Zo
& Græc. Porne. C. III. 16. *Steterunt aquæ.* H
digitum Dei vivi nemo non videt; systema
proin Libertinorum hoc in puncto impia e
consequitur. C. V. 14. *Adorans*, adoration
latreutica, consecutivè apparens haud fuit
Spiritus creatus, sed increatus. C. VII. 1.
Filii Israel. Vel Enallagen, vel plures Achan
in crimine agnosce socios. ℣. 7. *Utinam man
sissemus.* Incredulitatis notâ ineptè inuritu
Josue. ℣. 25. *lapidavit.* Lapidatum ignis ab
sumpsit. Eadem supplicii pœna obvolut
fuisse Achani proles innuere videtur conte
tus. Neque id adversatur *Ezech.* XVIII. 20. *F
lius non portabit iniquitatem patris*, etsi pater
flagitiū nec umbram contraxisse supponas.

C. IX. 15. *Fecit pacem*, licitè suppositis sup-
ponendis, quamvis eos Chananæos esse agno-
visset. Ibid. *Juraverunt eis.* Nil piaculi in hoc de-
prehendimus juramento, quin econtra pluri-
mum obligationis. C. X. 11. *Misit lapides*, scil.
grandinis. Nec Calmeto nimis ardua hæc vi-
deatur interpretatio. ℣. 13. *Steterunt Sol &
Luna.* Nec ex textu, nec ex contextu eruitur,
Hagiographum Miraculum potuisse clariori-
bus describere terminis. Ibid. *In libro justorum.*
Hunc penitus intercidisse non inficiamur, ex
hoc tamen omnes S. periisse libros, non con-
cludet Dialecticus. ℣. 14. *Non fuit antea nec
postea tam longa dies*, etsi Ezechianam, de qua
IV. *Reg.* XX., Josuanâ longiorem quis statuat,
Josue tamen de falsitate non convincet. C.
XI. 19. *Non fuit civitas, quæ se* (male quidam
codices legunt cum negatione: *Non*) *traderet.*
C. XIII. 3. *à fluvio turbido.* Nilum intelligunt
Calmet & alii, quibus non adstipulamur. ℣. 14.
Tribui Levi non dedit possessionem. Habuit ta-
men sine antilogia valde multam. ℣. 22. *Baa-
lam... Ariolus.* Hunc dæmonis vatem fuisse,
nec ex ipso nomine exsculpere, nec ex cir-
cumstantiis probare valent Alapide & alii.
C. XV. 8. *Hæc est Jerusalem.* Hic Jerusa-
lem attribuitur filiis Juda, C. verò XVIII. 28.
filiis Benjamin citra contradictionem. ℣. 14.
Delevit Caleb. Ut hæc concilientur cum C. X.
& XI. neque ad Metonymiam cum Lyrano,
neque ad duas Dabiras & Hebrones cum aliis
recurrendum arbitramur. ℣. 17. *Frater Caleb.*
Etsi Fratrem Germanum aut uterinum sup-

ponas, Calebum tamen Othonieli illicitè
cessisse thorum Filiæ suæ Axæ, ex L
XVIII. haud conficies. C. XVI. 8. in M
non mortuum, sed mediterraneum; p
tò *salsissimum* mendosè in Biblias irrep
scitè reflectit Buckentop. C. XVIII. 10. D
sit. Ab hac divisione Siluntina, non Galga
computandi veniunt Anni *Sabbathici*, in q
bus nullam dimittendi servos agnosc
obligationem: simul & Anni *Jubilæi*, q
onere remittendi debita non gravamus
C XXI. 21. *Urbes confugii*, *Sichem*. Om
urbes hic recensitas fuisse refugii, inepti
feres. ℣. 41. *omnem terram*. Multum n
lominus supererat terræ, ipsis necdum
jectæ. C. XXIV. 12. *Misit crabrones*, pr
dictos, certum scilicet animalculorum ge
Ferendi nullo modo sunt, qui hic ad Me
phoram recurrunt. ℣. *Auferte Deos*. Q
modo auferent, cum illo tempore Idola n
coluerint. ℣. 27. *En lapis*. Elegans profec
prosopopæia.

Digressiones Polemico-Scholasticæ.

C. I. 1. *Dominus*. Omnes, quotquot sun
in L. V. apparitiones, per Spiritus creatos fa
tas esse mordicus sustinent *Smitzius*, *Alapi*
Calmet, aliique non pauci summæ eruditio
viri; salva interim eorundem authorita
oppositum sicut litteræ proprietati (qua a
parens dicitur Jehova) magis conforme e

ita & errori Socinianorum minus favere videtur. ℣. 3. *in terram*, scilicet promissam, contra cujus fertilitatem, quam Sacra ac profana attestatur antiquitas, quot verba, tot evomit mendacia *Voltaire*, *Histoire universelle T. I. pag.* 337. C. III. 3. *Arcam fœderis*. Invictum hinc deducitur argumentum contra *Hæret.* qui venerabilis Sacramenti expositionem ac circumgestationem impiè sugillant. C. IV. 9 *Posuit lapides*. Per consequens mos Catholicorum erigendi statuas & imagines in memoriam beneficiorum Dei, Christi, Sanctorum, heroicorumque eorundem actorum ne umbram quidem designat superstitionis. C. V. 2. *Cultros lapideos*. Hos de præcepto, non de necessitate circumcisionis fuisse asserimus. Ibid. *Circumcide secundò*. Ejusdem observantia præcipitur relate ad eos, in quibus omissa erat in deserto: inane proin fundamentum, quod hinc desumit *Anabaptista*; Textum enim agere de incircumcisis, contextus à ℣. 4. in aprico sistit. C. VI. 21. *ab infante usque ad senem*. Mandatum Dei Josue datum, ac tot evidentibus signis & miraculis stipatum de totali Chananæorum exterminio barbaricæ inhumanitatis blasphemè insimulare audent *Tindal* & *Voltaire* (Philos. de l'Hist. P. 176.) C. X. 13. *Sol & Luna*. Systema Copernicanum Philosophis committimus discutiendum; huic enim immorari nostrum non patitur institutum. C. XXIV. 15. *Optio vobis datur*. Hominem gaudere libertate indifferentiæ clarescit *cont. hæret.*

PROLEGOMENON
In Librum Judicum.

Quoad Libri hujus Authorem conjectu-
rum multum, certitudinis parum aut n…
esse fateatur nobiscum oportet, quisquis …
riantia Patrum æque ac interpretum f…
non ignorat. In hoc talis deprehendit…
exhibeturque Religionis vis, ut Princip…
authoritas, ut rerum gerendarum succe…
ut omnis reipsa felicitas ab ea plurimùm …
pendeat: eâ verò neglectâ omnia in rui…
trahet, divinamque ultionem in caput …
provocabit temeritas.

Gymnades Sacræ.

C. I. 1. *Consuluerunt.* Mediante Pont…
per *Ourim & Thummim.* Oleum perdu…
qui hæc præter rationalis gemmas aliud m…
terialiter distinctum importare autuma…
V. 2. *Judas*, non est nomen singularis vi…
sed Tribus juda. ℣. 5. *Adonibezech*, distinctum
ab eo, de quo Jos. X. 1. *Ceperunt* ℣. 8. *eam*,
scilicet Jerusalem, quæ capta fuit ante simul
& post mortem Josue. C. II. 1. *Angelus*, non
creatus sed increatus, scil. Filius Dei. ℣. 5
Locus flentium. Ex eo, quod hic populus sa-
crificasse legatur, haud sequitur fuisse Silo
℣. 15. *Utraque manu.* Aodum ambidex-
terum fuisse deducimus. ℣. 31. *Post hunc Sam-
gar*, qui immeritò à quibusdam ex albo Ju-
dicum expungitur. C. IV. 4. *Debbora.* Hu…
dignitas judicaturæ non est deneganda. ℣. 11.

Jahel. Clavum defixit in cerebrum Sisaræ, &
quidem licitè. C. VI. 18. *Portans Sacrificium.*
Gedeonem hospiti, tam prospera nuntianti,
convivium parare voluisse circumstantiæ sua-
dent. C. VIII. 27. *Fecit... Ephod.* Gedeonem
ex hostium exuviis conflasse idolum vertunt
aliqui; ast interpretatio nimium injuriosa Duci,
cujus fidem commendat Apostolus *Heb.* XI.
32. obitumque illius Scriptura eo honoris,
quo cæterorum sanctorum, exornat elogio.
Gen. XV. 15. XXV. 8. & I. *Paral.* XXIX. 28.
Mortuus est in senectute bona. Ibid. *Factum est
Gedeoni & omni domui ejus in ruinam.* Nil obest,
quominus to & sumatur exegeticè.
C. XI. 1. *Filius meretricis* propriè dictæ.
℣. 30. *Votum vovit*, quod piè adimplevit
Jephte, dum ℣. 39. *Filiæ suæ fecit, sicut vo-
verat.* Quantum decertatur, inquit erudi-
tissimus Smitzius noster, pro *Jacobo*, ut à
levi expurgetur mendacio, quot Interpre-
tum pugnæ, ut *Judith* ab omni oris & ope-
ris delicto tueantur immunem! num indig-
num, si factum Jephtæ Ducis sapientia æque
ac sanctitate insignis ab immani liberemus
parricidio? proin Jephtam à cruenta filiæ suæ
immolatione absolvamus oportet. C. XIV.
3. *quia vis.* cautum namque erat Lege apud
Hebræos, ne cum exteris mulieribus ad nup-
tias transvolarent. Quodnam licet ferre ju-
dicium de hoc Samsonis facto? culpâ caret
judicibus *Lyrano*, *Alapide* &c.; quos non ac-
cedimus. ℣. 19. *percussit.* Non est, cur velut
privatum quendam animo tibi effingas Sam-

sonem, cui nullum foret jus bellum infer[re]
ac populi sui hostes exterminandi.

C. XV. 4. *Cepit trecentas vulpes.* Ov[...]
nas sibi occini fabulas autumant prophani[...]
culi hujus Scioli, queis nihilominus ind[...]
ratum, Leones à Sylla centum, à Pom[...]
Sexcentos, à Julio Cæsare quadringento[s]
medium fuisse productos. Ergone minus
rax vulpium Palæstina, quàm leonum A[...]
ca. ℣. 6. *Combusserunt.* Viden exemplum [...]
vis horroris, quo ea gens detestabatur a[...]
terium. C. XVI. 4. *Amavit mulierem,* [...]
Dalilam. Meretricem fuisse diserte non [...]
rit Scriptura, circumstantiæ tamen & [...]
non uxorem, sed pellicem redolent, ac [...]
tricis ostentant characterem. ℣. 30. *Mori[...]*
anima mea, synecdochicè intellige. Ju[...]
hæc vota? Licitène potuit exitium infe[...]
hostibus, quanquam communi sese cum i[...]
fato obvolvendum nosset? benigniori adh[...]
remus sententiæ.

Digressiones Polemicæ-Scholasticæ.

C.III. 21. *Tulit sicam.* Operam ludunt
qui ex Aodi facto suadere conantur, fas e[...]
privato Regem Tyrannum interimere. [...]
VII. 20. *Gladius Domini & Gedeonis.* Deo co[...]
jungitur Gedeon; per consequens sanc[...]
Sanctis cum Deo impenditur honór, qu[...]
per hoc ulla sequatur æquiparatio. Fl[...]
insuper, quod ab Acatholicis ineptissimè v[...]

tuperentur inscriptiones templorum ac altarium: *Deo simul & Francisco* &c. C. XI. 30. *Vovit.* Votum Jephtæ sapiens fuit ac pium, ejusque executio religiosa, sicque vota nedum laudabiliter sed & obligatoriè servanda *contra hæret.* Victimas humanas Deo odibiles esse non ignoravit Jephte; eas vero in L. V. stabilitas, nullumque in Historia sacra punctum esse, de quo magis constet, in novis suis *Miscellaneis & Diction. Phil.* mendaciter asserit *Voltaire* Ex C. XIII. 5. Samsonem in utero matris sanctificatum fuisse haud deduces.

PROLEGOMENON.

In Librum Ruth.

Hic Liber dicitur Ruth, non ab Authore, sed à subjecto illius. Scopus ejusdem primarius in demonstranda Messiæ versatur Genealogia, ac manu quodammodo ducit præsens Historia ad mysterium sublimissimum, quo *Verbum caro* fieret.

Gymnades Sacræ.

C. I. 1. *In diebus unius Judicis.* Sub quo Judice historia Ruth acciderit, Scriptura non determinat; videtur tamen Judicaturâ Heli multò vetustior ℣. 2. *Ephrathæi de Bethlehem Judæ.* Quâ ratione Elimelech Ephrathæus, si fuerit de Tribu Juda, cum Tribus Ephraim diversa sit à Tribu Juda, petituro exponetur. C. III. 1. *Audivit* Ruth à Noëmi. ℣. 3. *Lavare & ungere & induere cultioribus vestimentis.* ℣. 4. *Quando ierit*, scil. Booz

ad dormiendum .. à parte pedum projicies ...
ibi jacebis ℣. 5. quæ respondit : Quidquid pr...
peris, faciam. Ex hoc Noëmi consilio & R...
thæ facto nequaquam erui potest, eam i...
sedisse mentem, ut vultus venustate, verb...
rumque elegantia ac suavitate impuri cuj...
dam amoris flammam in Booz succenderi...
Honestus Boozi erga Rutham sufficiebat a...
fectus, occasione cujus frequentius ill...
convenire poterat, atque ita suum exe...
intentum. Hæc, quæ in se licita sunt, ...
tendisse censendi sunt.

Digressiones Polemico-Scholasticæ.

C. I. 4. *Acceperunt uxores Moabitidas.* Nobis videntur egisse contra Legem, qua non tantum Deut. VII. prohibetur Israelitis, ne conjugia cum idololatricis componerent feminis, sed & explicitè Moabitarum Socteras interdicitur Deut. XXII. C. III. 4. *Dominus Vobiscum.* Hanc salutandi formulam, quam Ecclesia in Sacrificio Missæ simul & precibus horariis frequenter usurpat, improbabit nullus. C. IV. 5. *Booz.* Non duos sed unicum duntaxat ponimus Booz, qui Filius fuit Salmonis & pater Obedi.

O. A. M. D. G.

GYMNADES SACRÆ
SUPER
IV. Libros Regum;
QUAS
unà cum Digressionibus Polemico-Scholasticis

In Aula publica Aquisgranensi defendent die . Januarii 1781.

F. AURELIUS DIEFFENHARD,
F. INNOCENTIUS PETERS,
F. LUCIANUS LIMPERICH,
F. HYACINTHUS RÜSSEL,
Sacerdotes.

Opponent

F. Theodorus Steffens, Sacerdos.
F. Anselmus Laass, Sacerdos.
F. Constantinus Wagener, Sacerdos.
F. Juniperus Arnz, Subdiaconus.
S. Scripturæ & Ss.tæ Theologiæ Auditores

PROLOGUS.

Post Judices in Israele regnarunt Reges, quorum gesta hic describuntur, ideoque Libri Regum audiunt. Amœna est historia Regum; moribus instruendis utilis, ac in exemplis exhibendis lucida: in assignanda autem Libris ætate, manuque, à qua profecti sint, scriptoris, non iisdem interprete-

jactantur conjecturis. Ex his discant … dopolitici, apud quos Reipublicæ … Religio, cultum veri Dei potiori lo… bendum esse, si Respublicas voluerin… salvas.

In I. Librum Regum.

C. I. ℣. 1. *Elcana Ephratæus*, ration… micilii, non sanguinis. ℣. 20. *Vocav… ejus Samuel.* Hunc fuisse Levitam, no… cerdotem, multo minus Pontificem, … mus cum S. Hier. C. II. ℣. 25. *Qui… Dominus occidere eos.* Tò *quia* per H… mum ponitur pro *idcirco*. ℣. 35. *S… mihi Sacerdotem fidelem.* Sadocum ind… quem Salomon III. Reg. II. *posuit pro … thar.* C. III, ℣. 3. *Lucerna Dei antequam … tingueretur.* Lucernas nocte, non de die … censas fuisse in Templo, censent Lyra, … pide &c. Contraria nobis hoc in puncto … der opinio. ℣. 14. *Non expietur iniquitas …* hic non pro culpa, sed pro pœna tempora… ponitur, proin ex his verbis Heli damnatu… esse, perperam concludunt aliqui. C. … ℣. 19. *Percussit … 50. millia plebis.* Huic… tioni adstipulamur, cum conformiter ad… dices latinos legant Hebræi, Græci & C… dæi. C. VIII. ℣. 5. *Constitue nobis Reg…* Impia ac Deo simul & Samueli injuriosa p… tulatio. ℣. 11. *Hoc erit jus Regis.* Intellige… verum & legitimum, sed usurpatitium. C… V. 1. Olei, ab eo, quo inaugurabantur Sac…

dotes, distincti. C. XIII. ℣. 1. *Filius unius anni erat Saul.* Vix in Scripturis nodum reperire est intricatiorem. Felicius non solvitur, quam referendo tò *Filius unius anni* ad ℣. ult. C. XI. *Perrexit omnis populus.* Tò autem, *duobus annis regnavit*, ad ℣. 2. C. XIII. *Et elegit sibi Saul*, ut proin sensus sit: Anno uno Regni elapso, convocato populo in Galgala, confirmatus est Rex; duobus autem annis regnavit sine cohorte regia, & *elegit sibi* &c. C. XIV. ℣. 18. *Applica arcam.* Capsam æque ac Arcam secundam in spatiis versari imaginariis, Smitsius noster in aprico sistit. C. XV. ℣. 24. *Peccavi.* Pœnitentia hæc, utpote ex metu Regni amittendi, seria non fuit. C. XVI. ℣. 14. *Spiritus nequam*, scilicet Dæmon, qui à Davide per Citharæ sonum partim vi naturali, partim supernaturali fugatus est. C. 20. ℣. 18. *Cras Calendæ sunt.* Harum originem merito sibi vindicabat Moyses. Vetita non erant illo die opera servilia. C. XXI. ℣. 13. *Defluebant salivæ ejus in barbam.* In hoc stratagemate piaminis nihil. C. XXIV. *Ecce dies.* David jure non potuisset in Saulem violentas injicere manus. C. XXVIII. ℣. 12. *Cum vidisset … Samuelem.* Hic vere Sauli sese spectandum præbuit, non ope dæmonis, aut arte magica Pythonissæ, sed jussu Dei excitatus. C. XXX. ℣. 6. *Mortuus est Saul.* Utut pro salute Saulis decertent Rabbini, illis tamen

men S. Textus suppetias non videntur ferre ullas.

Digressiones Polemic Scholasticæ.

C. II. Ṽ. 2. *Quis orabit pro eo.* Ex pessime concludes cum Novatianis, p tum directe contra Deum fore simp irremissibile. C. IV. Ṽ. 4. *Tulerunt* ... licitè : argumentum proin, quod R tius jactat insolubile contra deportati ven. Sacramenti, plane stramineum e mo non videt. C. VII. Ṽ. 12. *Tuleru lapidem.* Tale monumentum erigere est nefas, nec contrariatur Levit. XXV XII. Ṽ. 19. *Ora, ô Samuel, pro servis* Quantò magis in N. T. licet implorare o Sanctorum in Cœlis. C. XV. Ṽ. 3. *Perc Amalec ,.. atque lactantem.* Justissima hic, tum alibi à Deo lata de extermin sen tentia. Argutiæ Voltarii vix merentur re futationem. C. XXXI. Ṽ. 9. *Ecce* gladius G *liath*, En morem antiquissimum in Temp suspendendi Anathemata. C. XXX. Ṽ *Applica ad me Ephod.* Ex hoc non conse Regibus fas fuisse, per Ourim & Thu mim proxime consulere Dominum.

In II. Librum Regum.

C. I. Ṽ. 4. *Ut docerent* .. *arcum.* M

tem Spiritûs S. assequi videntur, qui per arcum intelligunt titulum Epicidii. C. II. Ṽ. 10. *Duobus annis.* Hæc intellige, non absolute, sed de regimine pacifico. Ṽ. 14. *Surgant pueri*, id est : Juvenes bellicosi, *& ludant*, ludo gladiatorio. Abner & Joab hic graviter deliquerunt. C. V. Ṽ. 6. *Cæcos & Claudos*, proprie tales. C. VI. Ṽ. 7. *Ozam percussit.* Nedum Ozam, sed & Davidem peccasse, eumque simul in Oza punitum fuisse, fundate asserit Smitsius. Ṽ. 23. *Michol non est natus filius.* Peroptime hæc cohærent cum C. XXI. Ṽ. 8. ubi quinque numerantur filii Michol : nec est, cur propterea Michol mendose loco Merob legi putes. C. X. Ṽ. 18. *Occidit David de Syris* 700. *currus* (I. Paralip. XIX. 7000. *curruum* :) & 4000. *equitum* (Paralip. loco cit. *peditum*) quomodo hæc inter se concilientur, exponet Responsalis. C. XI. Ṽ. 4. *Dormivit cum ea.* David, quem nec Leo, nec ursus, nec Goliath domare potuerant, omnium hostium suorum victor, mulieris forma captus & victus adulterio adjungit homicidium. C. XII. Ṽ. 1. *Misit Dominus Nathan.* Hic distinctus fuit ab illo, cujus Lucas C. III. meminit in Genealogia Christi. C. XII. Ṽ. 30. *Tulit diadema*, nequaquam impingens in legem Deut. C. VII. Ṽ. 31. *Serravit & circumegit super eos ferrata carpenta*, nec propterea impius aut crudelis, qualis depingitur à quibusdam.

C. XIII. ℣. 13. *Non negabit me tibi.* ... proposuit Thamar, ut spe & promiss... nuptiarum eludat Fratrem insano a... furentem: C. XIV. ℣. 5. *Vidua ego*... Parabola est, non vera historia. ℣. 26. ... *derabat capillos capitis sui 200. Siclis.* ... cli capillorum pretium erant, non p... dus. ℣. 27. *Nati sunt Absolom Filii* ... Id non adversatur C. 18. ubi dicit: *non* ... *beo Filium.* C. XV. ℣. 7. *Post 40. annos.* ... probabilius computandi veniunt à p... Davidis unctione. C. XIX. ℣. 23. *Non* ... *rieris.* Summa religione juramenti f... servavit David. C. XXI. ℣. 9. *Dedit* ... *manus Gabaonitarum.* Hic Davidem ... tam judicem, quam divinæ sententiæ ... cutorem egisse censemus. C. XXIII. ... *Verba Davidis*, quà Prophetæ *novissima.* ... *Interfecit octingentos.* At I. Paral. XI. *trec*... *tos* absque ulla discordantia.

Digressiones Polemico-Scholasticæ.

C. I. ℣. 12. *Jejunaverunt.* Ex hoc eru... tur, quod pro defunctis opera pœnal... peragere, fuerit Hebræis usitatum; p... consequens gens hebræa agnovit purg... torium. C. XII. ℣. 13. *Peccavi Domin*... Vox Saulis similis fuit, sed dissimile pe... tus. Casus majorum sit tremor minoru... Ex hoc liquidum est contra Acatholico...

quod justus & prædestinatus possit labi graviter. Fluit insuper, quod etiam inveteratus peccator cum adjutorio Dei per contritionem perfectam resurgere valeat. Tandem aperte consequitur, remissa culpa sæpe remanere reatum pœnæ temporalis. C. XVI. ℣. 10. *Deus præcepit Semei, ut malediceret David.* Impiissime ex hoc infert Calvinus, Deum esse Authorem peccati.

In III. Librum Regum.

C. I. ℣. 4. *Dormiebat cum Rege* Abisag. Hanc legitimam Davidis uxorem fuisse credimus. C. II. ℣. 31. *interfice eum* etiam in tabernaculo. Hic Salomonem & Benajam ab omni absolvimus delicto. C. III. ℣. 1. *Accepit Filiam ejus.* Has ob nuptias nequaquam reprehendendus Salomon. ℣. 2. *Immolabat in excelsis*, in quibus victimas litare, Templo nondum extante, licitum erat. ℣. 16. *Duæ meretrices.* Non est, cur hic recedamus à proprio vocis significato: Zona. C. IV. ℣. 26. *Habebat* 40000. *præsepia equorum.* Est Hypallage, ut II. Paral. IX. dicitur: 4000. *præsepium.* C. VI. ℣. 2. *Domus... habebat... 30. Cubitos in altitudine.* Id non pugnat cum II. Paral. IV. *altitudo erat* 120. *cubitorum.* C. VII. ℣. 6. *duo millia batos.* Mensura hæc erat ordinaria: dum vero ad summum usque implebatur, tria millia metretas capiebat. C.

VIII. ℣. 9. *In Arca non erat aliud, nisi*
tabulæ. Negatio est generalis. Quomo
autem id cum Apostolo Hebr. IX. rec
ciliandum sit, requisiti dicemus. C. X
1. *Regina Saba.* Hanc curiosam mulier
non ex Abyssinia, sed ex Arabia felice
lapsam, videtur verius. C. XI. ℣. 4
pravatum est cor Salomonis per mulie
Quam potentes mulierum illecebræ, qui
cessêre Samson fortissimus, David fa
tissimus, Salomon sapientissimus; p
qui stat, videat, ne cadat. ℣. 43. *Dormi*
Optime loqui videntur illi, qui asser
se de æterna Salomonis sorte pie sen
ac benigne. C. XII. ℣. 28. *Vitulos a*
Oleum perdit Grotius, dum Jerob
mum, populumque ab Idolatria excus
neque audiendi sunt, qui per vitulos
telligunt Cherubinos, tantum enim, im
& amplius detrahunt Prophetis, Osea
Ahiæ &c. quantum favent Jeroboamo. C
XVI. ℣. 7. *Hoc est: filium Hanani Prophe-*
tam. Verba hæc non esse de textu, vero-
similius post Lyranum docet Bukentop
C. XVIII. ℣. 24. *Qui audierit per ignem*
ipse sit Deus. Immerito à quibusdam not
temeritatis inuritur Eliæ. C. XXI. ℣. 10
Benedixit. Verius quid adferunt, qui to
benedicere per antiphrasin pro maledicer
accipiunt. C. XXII. ℣. 15. *Ascende ..* &
tradet. Procul hinc mendacium. Locu
tio est ironica. ℣. 20. *Quis decipiet Achab*

Est Anthropopatheia. ℣. 22. *Egredere:*
Verba sunt Dei non jubentis, sed permit-
tentis. ℣. 23. *Dedit Dominus Spiritum*
mendacii, qui de se jactitarat: *egrediar*,
non impediendo. v. 34. *Inter pulmonem &*
stomachum. II. Paral. XVIII. *Inter cervicem*
& scapulas. Utrumque verum est.

Digressiones Polemico-Scholasticæ.

C. II. ℣. 25. *Sadoc.. posuit pro Abiathar.*
Ex hoc Salomonis facto ineptissime con-
cluditur, Regibus competere jus in Pon-
tifices, ut eos creare vel exauctorare va-
leant. C. VIII. ℣. 29. *Erit nomen meum ibi.*
Inde cont. Acatholicos deducitur, quod ad
unum locum præ alio recurrere, ut citius
nostræ exaudiantur preces, de se supersti-
tionem non redoleat ullam. ℣. 39. *Tu so-*
lus nosti corda. Perperam ex hoc inferunt
sectarii, Sanctos jam defunctos non cog-
noscere viventium preces. ℣. 5. *Immolavit.*
℣. 14. *Benedixit.* ℣. 63. *Dedicavit* Salo-
mon. Hæc nullatenus patrocinantur eis,
qui jus sacrorum in Principum sæcula-
rium adulatorie conjiciunt humeros. C.
XIX. ℣. 14. *Derelictus sum ego solus.* Ex hoc
non conficirt Hæreticus, tempore Eliæ
totam V. T. defecisse Ecclesiam; multo
minus Ecclesiam N. T. deficere posse. C.
XXI. ℣. 6. *Da mihi vineam.* Illimitatam

de bonis privatorum disponendi pot-
rem haud nactos esse Principes terr-
comprobat historia Achabi Regis; p
Dominium Principis altum non haber
cum, nisi exigente necessitate aut utili
publica.

In IV. Librum Regum.

C. I. ℣. *Descendat ignis.* Hoc Eliæ
rum ab omni absolvimus crimine. C.
℣. 9. *Duplex Spiritus.* Gratiam duplo
jorem postulasse Elisæum, non evin
rationes P. Wouters, sed donum
taxat petiit Prophetiæ ac miracul
℣. 11. *Ascendit in cœlum*, non Empyre
sed inferius quoddam. C. III. ℣. 27.
lium suum... obtulit in holocaustum, exe
plum non habens in Jephte, quippe
non cruente, sed mystice suam immolav
filiam. C. IV. ℣. 35. *Oscitavit puer septie*
Contra apertum Scripturæ testimonium
argumentantur, qui, ut miracula explo
dant, puerum non mortuum, sed morbo,
Medicis *Syncope* dicto, correptum asserun
C. V. ℣. 14. *Restituta est caro ejus*, scil. Na
man Syri. Aquæ Jordanis vim naturale
non inesse ad depellendam Elephantiasi
satis indicat Christus Luc. IV. C. VIII. ℣.
30. *Sanaberis.* Elisæum Hazaeli falsum pe
suasisse non apparet. ℣. 26. *Annorum* 2
erat Ochozias, cum regnare cœpisset. Qu

modo id cohæreat cum II. Paral. XXII. *Annorum 42. erat* &c. rogati dicemus. C. X. ℣. 18. *Ego colam eum amplius.* Torque, ut libet, textum cum Menochio, malitiam peccati haud absterges.

C. XIV. ℣. 29. *Dormivit Jeroboam cum patribus suis* morte non violenta, sed naturali extinctus. C. XVIII. ℣. 4. *Confregit Serpentem æneum*, à Moyse ad mandatum Dei erectum, & quidem Jure optimo. C. XX. ℣. 1. *Morieris tu, & non vives.* Id, quod Ezechiæ denuntiat Isaias, non absolute, sed conditionate intelligendum venit ℣. 11. *Reduxit umbram.* Circa hoc prodigium celebre celebris est controversia. Manus dare cogimur illis, qui, ut ait Calmet dissertatione hanc in rem a se elaborata, umbram duntaxat, non solem recessisse sentiunt. C. XXII. ℣. 8 *Librum Legis reperi.* Volumen hoc fuisse Autographum Moysis indicat S. Textus II. Paral. XXXIV. Sublestæ nobis fidei est, omnes S. Paginas unquam intercidisse adeo, ut per Esdram memoriter fuerint restitutæ. C. XXV. ℣. 8. *Septimo die mensis* quinti... *venit Nabuzardan.* Jerem. LII. ℣. 12. id factum dicitur *decima die.* ℣. 27. *die 27. sublevavit Evilmerodach... Joachin.* Jerem. LII. *die 25.* Has antilogias dissolvet defendens.

Digressio.

Suus ipsse Pater

Digressiones Polemi[co-] Scholasticæ.

C. II. ℣. 9. *Ut in me fiat Spiritu[s]* ... piter errant, qui in hoc textu dep[rehen]disse sibi videntur quædem Mete[mpsy]choseos vestigia. C. XIII. ℣. 21. *C[um teti]gisset ossa Elisæi, revixit homo..* E[lucet] elucet contra Acatholicos, quantum [pon]deris habeat S. Virorum interce[ssio] quanta in veneratione habendæ si[nt eo]rundem reliquiæ. Quæ obmovet [Rous]seau, futilia sunt & vilia, adeoq[ue in]digna responso; ars enim resuscita[ndi ve]rè mortuos nec inventa est, nec a[b ullo] quæretur sapiente. C. XVIII. v. 4. ... *fregit*. Ex hoc ineptissimè concludunt [hæ]retici, imagines Christi pariter & Sa[ncto]rum confringendas fore, abrogandas[que].

O. A. M. D. G.

Aquisgrani Typis J. W. Müller.



1783

TENTAMEN THEOLOGICUM DOGMATICO-SCHOLASTICUM

DE CREATURA ANGELICA, DIVERSO HOMINIS STATU, ACTIBUS HUMANIS, CONSCIENTIA ET PECCATIS, QUOD CONCEPTÆ SINE LABE VIRGINI

MARIÆ

ANGELORUM REGINÆ DEVOTISSIME DEDICATUM

PRÆSIDE

F. ERNESTO MÜLLER

Ord. F.F. Minorum S. Francisci Recollectorum Ss. Theologiæ Lectore

PUBLICE SUBIBUNT

in Aula Academica Aquisgranensi

Anno 1783. Die 10. Semptembris â 2da pomeridiana

Religiosi, Prænobiles, Ornati ac Eruditi

F. Anselmus Lass, Sacerdos.
F. Laurentius Angersbach, Sacerdos.
F. Eleutherius Bill, Clericus.
D. Petrus Servatius Hungs, Aquisg.
D. Joannes Petrus Goerdens, Aquisg.
D. Franciscus Casparus Hammer, Porcetanus.
D. Martinus Petrus Pelzer, Porcetanus.
D. Josephus Albertus Dortants, ex Broichhausen.

S. Scripturæ, Ss. Canonum, & Ss. Theologiæ auditores.

COLONIÆ, TYPIS F. N. BOURELL.

CAPUT I.

De Creatura Angelica.

§. I. A*ngelus* vi nominis idem sonat ac nu
officii igitur nomen est, non na
Secundum hanc definitur & est: substantia c
completa, omnino incorporea seu pure
tualis, ac naturaliter immortalis. Existe
gelos fide certum est, (*a*) atque Ratio s
Eos non tamen extitisse ante mundum cond
sed una cum ipso creatos esse, docet C
Lateran. cap. Firmiter. An autem in cœl
pyreo, aut in sydereo supremo, ac em
proximo creati sint, non ita certum est.

(*a*) *Esse Angelos pene omnes S. Eloquii paginæ*
S. Gregor. Homil. 34 in Evang.

§. II. Novem Angelorum Ordines se
ros PP. & TT. post S. Dionysium in tre
buunt Hierarchias. Utrum vero ista Or
diversitas substantialis sit ex ipsa naturæ
licæ specifica diversitate descendens, an
dentalis munerum duntaxat & officiorum,
omnino certum est, nec scire admodum ne
sarium. Unde *esse Sedes, Dominationes, Pr*
cipatus & Potestates in cælestibus app
cum S. Augustino Lib. contra Priscillian.
firmissimè credimus, & differre inter se
indubitata fide tenemus, sed quænam ista si
quid inter se differant, nescimus; nec ea
norantia periclitari nos putamus.

§. III. Angelos esse substantias intellect
libera voluntate præditas, testis est S. Scrip
quæ illis operationes soli naturæ intellig
proprias, ac actus voluntatis tribuit. Atta
eorum intellectus non est adeo perspicax,
futur

futura contingentia libera (*b*), ac secreta cordium certò & infallibiliter cognoscere naturaliter valeat. Voluntatem Angelicam facta semel electione absolute & physicè immutabilem esse, seu immobiliter adhærere ei, quod semel elegit & amplexa est, nobis non satis probatur. Præterea Angelos non tantum posse seipsos movere motu locali, sed & gaudere facultate movendi corpora, obviæ Ss. paginarum testantur historiæ. Quomodo autem moveantur loco, ac moveant alia, philosophice hic discutere non vacat. Cæterum quamvis possint facere mira, seu mirabilia respectu nostri, non tamen patrare valent miracula propriè dicta.

(*b*) Bene verò futura necessaria; cum addito tamen: nisi Deus ordinem naturæ invertere velit.

§. IV. Angeli omnes, & ipsi adeo mali ab initio conditûs sui gratia & virtute prædititi sunt. Nec gratiis solum actualibus à Deo donatos fuisse, sed omnes tam malos, quam bonos gratiam quoque habitualem & sanctificantem (*c*) in ipsa sua creatione accepisse, probabilius videtur. At malis *mala voluntate cadentibus*, boni *amplius adjuti ad illam beatitudinis plenitudinem, unde se nunquam casuros certissimi fierent, pervenerunt*. S. Augustin. Lib. 12. de civit. cap. 9.

(*c*) Utrum hanc meriti sint in primo instanti, an illa gratis infusa fuerit, non satis constat. Et quanto tempore duraverit Angelorum via, prorsus incertum est.

§. V. Primarium Luciferi & Angelorum ejus sequacium peccatum fuisse superbiam propriè dictam, sive inordinatum propriæ excellentiæ appetitum, communior est P. P. opinio.

nio. Lapsum Angelorum mox secut[a] poena sua. *Angelis peccantibus non pe[percit] Deus, sed rudentibus inferni detractos, in tarum tradidit cruciandos.* 2 Petri 2. certissima fide tenendum est, quod sit infernus aliquis â Deo constitutus, in quo probi omnes tum Angeli, tum Homines tineantur, ac torqueantur: & quidem in num (*d*). Cruciantur autem ab igne atque corporeo. Sed quomodo id fit? S. Augùstino Lib. 15. de civit. cap. 10 fieri *veris licet miris & ineffabilibus dis.* *Ecce*, inquit Hugo de S. Vict. 2. de sacram. *Nescimus, quomodo hoc fieri sit: Nunquid ideo non est verum*, quia *mus, quomodo est?* Insana profecto & a ni sana Philosophia prorsus aliena est *incredulorum* consecutio: non liquet mo quo; igitur ipsa res in dubium vocanda Quot enim sunt in rerum natura, quæ mittunt omnes, quin modum exploratum beant?

(*d*) Pœnas dæmonum, damnatorumque homin[um] æternas esse, fide certum est. In hancque de pœ narum æternitate sententiam conspirarunt ipsi Phi losophi Ethnici, & gentes fere omnes tum culti res quàm barbaræ. Et sane sicut Deus justus in retribuenda mercede æterna, sic etiam justus est in decernendo supplicio æterno. Obmutescat itaque blasphemus nostri temporis *Incredulus*, premi Legislatoris ac judicis incusans injustitiam

§. IV. Administratorios hosce Spiritus ministerium missos esse propter eos, qui hære tatem capiunt salutis, apertum Scripturæ e fatum est. Omnes autem & singulos Fide specialem habere Angelum Custodem, communis est Ss. PP. & totius Ecclesiæ sensus. Singulis insuper hominibus in tutelam datus est Angelus Custos. Quandonam custodia hæc angelica incipiat, ac in quo ea consistat, exponemus postulanti.

§. VII. Quemadmodum ex suavissima Dei providentia factum est, ut suus cuique hominum daretur Angelus ad tutelam, ita Deo permittente fit, ut Dæmones tentatores hominem infestent, ejus animum sollicitando ad peccatum, & interitum sempiternum; corpus verò variis vexando incommodis tum per se ipsos, tum per homines pessimos. Super dæmonia hæc *D. N. Jesus Christus* Apostolis dedit virtutem & potestatem. Hancque ipsam dæmones ejiciendi potestatem sibi ab Apostolis relictam tota semper credidit Ecclesia. Itaque etiamnum dari posse veros energumenos consectarium est. Neque ullam involvit implicantiam, hodiedum existere posse homines, qui ex pacto cum dæmone inito, varia per eum operentur.

CAPUT II.

De statu hominis ante mortem.

§. I. Adam primus generis humani sator omnibus inprimis naturalibus tum corporis tum animæ dotibus (*a*) exornatus è manibus Creatoris sui prodiit. In gratia præterea sanctificante & justitia originali (*b*) conditus est.

(*a*) Inter celebriores fuêre perfecta sensuum, totiusque corporis integritas, rerum naturalium, atque primorum omnis honestatis principiorum clara notitia.

(*b*) Vi originalis hujus rectitudinis ab omni carnis rebellione immunis fuit, ita, ut appetitus inferior rationem vel præveniret, vel illi imperanti repugnaret nunquam. Licet etiam mortalis esset conditione corporis animalis; immortalis tamen futurus erat singulari Creatoris beneficio. *Deus creavit hominem*

inex-

inexterminabilem .... invidia autem diaboli mor
vit in orbem terrarum. Sap. 2.

§. II. Hæc tamen tam excellentes homi[...] nocentis prærogativæ non erant naturali[...] conditioni debitæ, sed dona fuerunt super[...] ralia, seu mera gratiæ divinæ beneficia[...] perperam contendit Lutherus Comment[...] cap. gen. *Justitiam originalem ita fuisse [...] connaturalem, sicut oculo connaturale est, [...] recipere.* Vide etiam propositiones Baji [...] & 78vam à Gregorio XIII. damnatas. V[...] an ex his consectarium est, statum natura[...] omni modo, sive omni ex parte possibile[...] se? Nostra de hac controversia sensa dan[...] sione aperiemus.

§. III. Quanto felicior fuerat primo[...] rentum in statu innocentiæ conditio; tan[...] viores miseriæ, velut agmine facto, in ho[...] prævaricatorem irruerunt. Vix mandatum (c) in Paradiso transgressus est Adam, [...] dona amisit; gratiæ videlicet ac justitiæ ori[...] tegumento spoliatus est: motus concupi[...] rebelles rationi sensit: mortis sententiam [...] latam audivit: sibi, universæque posteri[...] hanc moriendi necessitatem, unà cum reliquis [...] lamitatibus induxit. Proinde mors, concup[...] centia.. rebellis &c. verè sunt effectus p[...] peccati à primo parente admissi.

(c) Præceptum hoc de non comedendo ex ligno [...] tiæ boni & mali Protoparentibus convenient[...] (quidquid obganniant *Theistæ & Increduli*) im[...] tum fuit.

CAPUT

CAPUT III.

De statu Hominis post Mortem.

§. I. *Statutum est hominibus semel mori. Post hoc autem judicium* particulare seu privatum, quod quasi in occulto, mox, ut unusquisque hominum è vivis discedit, peragitur. Quam primum verò justorum animæ corporibus solutæ ac plene purgatæ fuerint, sine mora consequuntur beatitudinem (a) supernaturalem, seu claram Dei visionem. Fabulosum proin est Regnum Christi cum sanctis in terra post diem judicii extremi à Millenariis excogitatum. Nec absque temeritate Burnetus, qui obliteratam jam pridem Chiliastarum fabulam hoc ævo nostro resuscitare præsumpsit, in patrocinium erroris vocat Ss. Cyprianum, Hilarium, Ambrosium, Chrysostomum, Augustinum & Bernardum. Sensa Joannis XXII. quoad tempus inchoandæ beatitudinis sanctorum sat apertè declarat utraque ejusdem protestatio facta Anno 1334. Hinc constat, eum nunquam positivè asseverasse, sanctorum animas ad extremum usque judicii diem visione beatifica privari, multo minus ut fidei dogma ab omnibus credendum id determinâsse.

(a) Hæc jure optimo dicitur *status omnium bonorum aggregatione perfectus.* Una est objectiva, formalis altera. Objectiva solus est Deus, qui replet in bonis desiderium nostrum, cujus possessione homo formaliter beatus efficitur. Meritò igitur enuntiavit S. Augustinus Lib. 1. conf. cap. 1. *fecisti nos ad te domine, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Falluntur ergo, qui in divitiis, fama, & honore; vel quibuscunque voluptatibus corporis, aut oblectationibus mentis, vel denique in toto omnis boni creati cumulo completam felicitatem suam reperiri arbitrantur. Insuper sanctorum in

cœlis

cœlis beatitudo æqualis non est, sed pro... rum diversitate diversa. *Unusquisque merce... priam accipiet secundum suum laborem.* 1 Co... Demum de ratione perfectæ beatitudinis ... petuitatem, beatosque de hac perpetuitate ... simos esse, ac varia alia statum beatificum ... nentia hoc loco discussimus, postulantque ... mulgabimus.

§. II. Animæ justæ nondum plene ab... reatu purgatæ satispatiendo solvere debe... nec novissimum reddiderint quadrantem... ubi? non in cœlo, in quo nihil coinq... non in inferno, ex quo nulla est redemp... tur in loco quodam tertio, quem catholi... *gatorium* (*b*) vocant. Possunt tamen A... hoc loco detentæ fidelium suffragiis & ... juvari. Recte proinde ab Ecclesia pro... preces offeruntur & sacrificia.

(*b*) Hujus existentiam Ss. literarum author... Conciliorum decreta contra errores Luthe... rumque sectariorum invictè comprobant... autem & ubi sit ille locus purgatorii, quo... narum genus ibi sustineant animæ justæ, ... mensura &c. Ecclesia non definivit. Vero ... queri igne, communior est PP. Latinorum ... sententia.

§. III. Futuram esse aliquando omnium... tuorum in eodem corpore Resurrectionem, ... cum animabus reunionem, dogma catholicum est. Non par tamen omnium erit condi... siquidem *omnes resurgemus, sed non omnes mutabimur.* 1 Corinth. 15. Hanc corporum suscitationem subsequetur judicium univer... seu publicum (*c*), omnesque omnino hom... divino sistentur judicio, sententiam publicam finalem percepturi. In judicio hoc stabunt E... ti à dextris induti corpora gloriosa 4. singu... bus

...bus dotibus micantia, impassibilitate videlicet, claritate, agilitate & subtilitate.

(*c*) De tempore hujus judicii S. Augustinus Lib. 18. de civit. Dei cap. 53. *omnium*, inquit, *hac de re calculantium digitos resolvit, & quiescere jubet ille, qui dicit, non est vestrûm scire tempora, quæ Pater in sua posuit potestate.*

CAPUT IV.

De Actibus Humanis.

§. I. A*ctus humanus* is dicitur, qui procedit ab homine humano modo, id est, ex deliberata voluntate, & cum advertentia ad regulam morum: actus verò naturalis seu hominis ille est, qui sine deliberatione & citra talem advertentiam exercetur. Actum igitur humanum esse voluntarium propria requirit natura. Voluntarium (*a*) propriè spectatum est, quod procedit à voluntate cum cognitione finis & circumstantiarum, adeoque ea, quæ alterutrum tollunt, vel minuunt (qualia sunt ignorantia, concupiscentia, Vis & Metus) pariter vel omnino, vel ex parte actum reddunt involuntarium. Ignorantia invincibilis, & Vis absoluta causant involuntarium simpliciter; Concupiscentia non tollit voluntarium; antecedens tamen liberum minuit; & quod fit ex Metu naturali, simpliciter voluntarium est. Præterea ignorantia invincibilis, sive juris naturalis, sive positivi, à peccato formali excusat operantem ex ea: secus erit, si ipsa ignorantia vincibilis ac culpabilis fuerit. *Non tibi deputatur ad culpam, quod invitus ignoras; sed quod negligis quærere, quod ignoras.* S. August. Lib. 3. de Lib. Arb. cap. 19.

(*a*) Hoc variè dividitur: celebrior divisio est in voluntarium directum & indirectum: illud est, quod

in se ipso; hoc quod in alio volitum est, fectus sit voluntarius in causa, ac impu- culpam, variæ requiruntur conditiones, ponemus interrogati.

§. II. Actionis humanæ conditio ulti- est, ut sit libera. Variæ sunt libertatis nes, quæ confundi nullatenus inter se Libertas ad actum humanum requisita est tas, quæ positis omnibus ad agendum re- potest agere, & non agere, & quidem in composito prærequisitorum. Unde ad tem arbitrii (cui respondeat ratio meriti ac riti personalis) non sufficit immunitas à coa- sed requiritur immunitas â necessitate, seu tas indifferentiæ (*b*). Hac hominem in turæ lapsæ non tantum respectu actuum corum, sed & supernaturalium prædi- fides docet ac Ratio evincit. Eandem Luthero, Calvino & Jansenio tollere adm- bona & mala moralia, virtutes & vitia, p- & pœnas ut tollant, necesse est. Cæterum seniani dum ex doctrina S. Augustini, quo inaniter gloriantur, desperatæ causæ patroc- quærunt, illud minimè inveniunt; magn- ille Doctor libertatem indifferentiæ nu- inficiatus est, sed eâ gaudere hominem lapsu in LL. tum contra Manichæos, tum co- Pelagianos asserit.

(*b*) Cfr. propositionem 3tiam Jansenii â Clemente proscriptam.

§. III. Moralitas actus humani in illius c- aut disconvenientia cum regula morum con- Ex tribus principiis actus humanus bonita- vel malitiam desumere potest, videlicet ex jecto in genere moris spectato, ex circum- sti-

tiis (*c*) & fine. Bonitas vel malitia moralis primariò & propriè competit actui interno; externo autem non nisi secundario & participativè, ita tamen, ut actus externus propriam & distinctam habeat bonitatem vel malitiam ab ea, quam habet actus internus. Demum actus humanos in finem honestum referendos esse asserimus; adeoque omnis actio humana, etiam ex objecto indifferens, in individuo aut moraliter bona, aut moraliter mala est. Non tamen ad actionis honestatem requiritur, ut ex charitate Dei purè tali procedat. Dantur itaque actiones in individuo, quæ neque meritoriæ, neque demeritoriæ sunt, consequenter indifferentes ad præmium & finem supernaturalem. Falsissimum proinde est assertum Baji, videlicet *omnia infidelium opera esse peccata, & virtutes Philosophorum esse vitia: liberum arbitrium sine gratia Dei non nisi ad peccandum valere &c.*

(*c*) Circumstantiæ hoc versu comprehensæ,
Quis, Quid, Ubi, Quibus, Cur, Quomodo, Quando
Superaddunt actui accidentalem quandam bonitatem vel malitiam. Ex quo eruitur, quod agens humano modo vigilem ad circumstantias debeat dirigere oculum. Sed an actus bonus penitus depravatur per circumstantiam venialiter malam? Nos negativæ subscribimus sententiæ.

CAPUT V.

De Conscientia.

§. I. Actuum humanorum regula proxima & interna est propria cujusvis *conscientia*. Hæc est judicium practicè practicum dictans quid hic & nunc sit agendum, vel omittendum tanquam honestum aut inhonestum. Variè dividitur, in Rectam scilicet, Erroneam, Dubiam, Pro-

Probabilem & Scrupulosam, Quælibet
non est tuta agendi regula, sed sola m
certa. Sive: ut actio sit licita, consc
tamen practice ultimum oportet esse m
certum.

§. II. Conscientiæ sequela præcepta
gulis: *quod non est ex fide, peccatum est.* Ro
Nunquam igitur conscientiæ adversari li
quidem, ut conscientiam invincibiliter err
teneamur sequi faciendo aut omittendo,
faciendum aut omittendum dictat. Er
pugnat, obstringit se tali peccato, qu
scientia errans falsò proponit. Qui ver
conscientiam vincibiliter erroneam aliq
præceptum, quod est prohibitum, aut
quidquid agat, peccat. Non ideo ta
cessariò peccat, quia errorem utpote vi
deponere valet & debet. An, ac quan
Confessarius, qui triplex sustinet officium
toris videlicet, Medici & Judicis, labor
conscientia erronea instruere debeat, hoc
explanavimus.

§. III. Cum conscientia practicè dubi
honestate actionis hic & nunc exercendæ op
rari pariter non licet, sed dubium pruden
deponat (*a*), aut actum suspendat, aut ex
materiam justitiæ partem eligat tutiorem. A
contra scrupulos semper est licitum, plerum
consultum, aliquando obligatorium.

(*a*) Tituli ad hoc sufficientes ab Authoribus assig
tur varii, nempe tolerantia rationabilis, comm
praxis timoratorum, consilium viri prudentis
docti pro illiteratis & scrupulosis. Insuper tit
sufficiens est possessio in materia justitiæ. Acc
& hæc regula: *pro eo standum, pro quo stat p
sumptio.*

§. IV

§. IV. Quantum ad conscientiam probabi-
m constat, illicitum esse sequi sententiam pro-
abilem minus tutam relicta tutiore, quando
gitur de valore Sacramenti, aut quando con-
entione explicita vel tacita ita cautum est, aut
um ex ejus usu imminet grave damnum alte-
ius. In aliis porro materiis quando agitur de
ola actionis honestate, non est obligatio abso-
utè sequendi tutiora, sed licitum est sequi opi-
ionem verè probabiliorem minus tutam, re-
icta tutiore minus probabili (*b*). Sed quid si
probabilis confligat cum probabiliore aut æquè
probabili tutiore? tunc hac relicta illam am-
plecti agnoscimus illicitum.

(*b*) Sanè duo extrema hic devitanda, nimia & perniciosa laxitas; & nimius rigor pariter perniciosus. Hinc non minus ob nimiam laxitatem damnata est hæc: *Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid facimus; semper prudenter agimus;* quam ob nimium rigorem proscripta fuit ista: *Non licet sequi inter probabiles probabilissimam.*

CAPUT VI.

De Peccatis.

§. I. *Peccatum* propriè spectatum est libera legis æternæ Dei transgressio. Sive: ut rectè S. Augustinus Lib. 22. cont. Faust. cap. 27. illud definit: *Dictum, factum vel concupitum aliquid contra legem Dei æternam.* Aliud est *Originale*, quod in ipsa origine ab Adamo contrahimus; *Personale* aliud, quod peccantis voluntate physicè propria committitur. Hoc variè subdividitur, videlicet in actuale & habituale, mortale & veniale, in peccatum commissionis & omissionis &c. Cum autem rectæ rationi actio neque-

nequeat repugnare, quin eo ipso ad... legi æternæ Dei; hinc implicat peccat... philosophicum.

§. II. Dogma catholicum de existen... cati originalis ex scriptura & tradition... est, atque ratione roboratur (a). Pecca... essentiam non constituit concupiscentia... fomes peccati, neque substantialis ... imago Dei; sed ipsum Adæ peccatum, ut moraliter nostrum, ac in nobis mo... perseverans, donec remittatur. Labes originalis totum infecit genus human... propagatur per Adamum in omnes co... fidelium filios) qui per ordinariam ge... nis viam ab ipso, tanquam capite mo... tius generis humani â Deo constitu... cendunt. A qua tamen labe â pri... conceptionis instanti per prævenient... ritûs S. gratiam præservata fuit Ss. D... V. Maria. Pœnæ peccati originalis i... vita variæ sunt. Vid. cap. 2. §. 3. pœna... in altera vita est exclusio â Cœlo, ita u... cedentes cum solo originali ad visionem... nunquam perveniant, quam pœnam d... vocant. An etiam præter pœnam damni... tiuntur pœnam *sensûs*? Nullus nobis ... vertet, si cum S. Augustino Epist. 2... Hieron. dicamus: *cum ad pœnas ventum ... parvulorum, magis coarctamur angustiis, quod respondeamus, prorsus invenimus.* E... fecto, ùt bene observat Bellarminus Li... cap. 2, nec clementia nostra erga par... defunctos eis prodesse, nec sententiæ no... severitas eis nocere potest.

(a) Ve...

POSITIO...

(a) Veritatem hanc Catholicam *Deistæ*, aliique nostræ ætatis *Increduli* frustra adnituntur, somniis suis obnubilare. Neque peccati originalis existentiæ factum Zosimi P. cum Cœlestio refragatur, cum à Pontifice *in homine acerrimi ingenii .... voluntas emendationis, non falsitas dogmatis approbata sit.* S. August. Lib. 2. cont. 2 Ep. Pet. cap. 3.

§. III. Præter originale dari peccata per-...onalia, extra dubium est. Sola & unica il-...orum causa est hominum voluntas; proinde ...lasphemi sunt, qui Deum peccati authorem ...tatuunt. Insuper non sunt omnia peccata ...equalia, veluti somniabant Joviniani, sed sunt ...lia aliis graviora. Neque omnia sunt mor-...alia, sed quædam sunt mortalia, quædam ...enialia ex natura sua. Originaria peccato-...rum mortalium à venialibus distinctio repe-...tenda non est ex extrinseca hominis peccan-...is vel prædestinati, vel reprobi conditione, ...nec ex mera Dei imputatione, sed ex eo, ...uod mortale sit libera legis graviter obligan-...is; veniale verò legis leviter obligantis trans-...gressio. Porro specifica peccatorum distinc-...io rectè desumitur ex oppositione cum præ-...ceptis vel legibus formaliter diversis; nume-...rica autem ex objectis numero distinctis, nul-...lam inter se moralem unitatem habentibus, ...ac ex morali actûs interruptione.

§. IV. Ad peccatum mortale (*b*) perfecta ...requiritur advertentia & consensus plene de-...liberatus (*c*): non est tamen necesse, ut hic ...consensus sit semper formalis, sed sufficit vir-...tualis aut interpretativus. Sufficit quoque ...consensus conditionatus, quando conditio non ...præscindit omnem ab objecto malitiam. Cæ-

terum


terum utrùm, & quibus ex causis mo... genere fiat veniale, ac vicissim, varia... moralia de peccatis hic discussimus.

(b) Hoc in ratione offensæ simpliciter infi... est.

(c) Hinc falsò sectarii motus concupiscentiæ primos, qui omnem rationis advertentiam... veniunt, aut quos inviti patimur, pecca... merant.

§. V. Pœna peccati venialis in præsen... non expiati temporalis est: peccati vero... talis in hac vita quoad culpam non rem... æterna in igne sempiterno. Vid. cap. ... Veritati hujus assertionis nequaquam ob... tensa Trajani à pœnis infernalibus li... utpote quam ùt commentitiam rejicimus.

O. A. M. D. G.



Nihil exprimunt Hæ Theses Fidei aut bonis m... adversum. Datum Leodii 22. Aug. 1783.
F. NIC. VELARS. Ord. Frm. Min. Recoll. Min. Prov. Exam. Synod. Libr. Censor.
Permittimus impressionem. Leodii hac 29nâ 1783.
H. Comes de ROUGRAVE Vicarius Gen...

POSITIONES ...

EXERCITIUM THEOLOGICUM DE GRATIA.

§. I. *De Heresi Pelagianâ.*

Pelagius natione Anglus Hæresiarcham se prodidit circa A. 405. Errores suos juxta Hyeron. *Ep. ad Ctesiph.* ab Origine & Theodoro Mopsvesteno præformatos, eo feliciori successu spargere cœpit, quo excellentiore sanctitatis titulo apud plerosque pollebat, quos fucata sua pietate ac virtutis specie circumvenit.

Ambo sunt Pelagianorum dogmata: primum veluti cæterorum basis est, quod negaverint peccatum originale. *S. Aug. L. de pec. orig.* Unde parvuli sine baptismo decedentes in illorum opinione admittuntur ad vitam æternam, non vero ad regnum cælorum, quod diversum opinabantur ab illa. *S. Aug L. 1. de pec. mer. C.* 28. Alterum, quod homo non egeat gratiæ auxilio supernaturali ad opus meritorium, sed sufficiat sibimet ipsi liberum arbitrium. *S. Aug. L. 1. de lib. arb. C. 2.* Non in uno tamen gradu Hæresis isthæc perstitit; arte enim multiplici, variisque flexibus versipelles illi pro diversis circumstantiis varias induerant formas, & sub alio verborum cortice eundem semper errorem absconderunt. Idcirco quatuor prætactæ Hæreseos assignamus epochas: in prima repudiato etiam gratiæ nomine dixerunt, hominem

ad salutaria peragenda citra omne alio[...] sariis aptum. *S. Aug. serm.* 26 *de ver. Apo[...]* In secunda ad declinandam fidelium o[...] gratiæ vocabulum, ejusque necessitatem sunt admittere Pelagiani, per eam intellig[...] liberum arbitrium. *S. Aug. cit.* In tertio[...] rius ursi, ut gratiam à natura distinctam [...] terentur, allegarunt legem atque do[...] Christi. *S. Aug. de spir. & lit. C.* 2. Alii [...] etiam Christi exempla & peccatorum re[...] nem. *S. Aug. L. de grat. Chr. C.* 2. In[...] tandem confessi sunt interiorem grat[...] intellectus intime illustratur. *S. Aug.* c[...] Hanc nihilominus duplici fœdarunt [...] tum quod ea non nisi ad facilius operan[...] necessaria, *S. Aug. L. de Hær. C.* 88. tum [...] secundum merita hominis omnino na[...] auxilium illud nobis conferatur. *S. Au[...]* Gratiam voluntaris Pelagius & Cœlestius [...] ab initio, sic & ad finem usque etiam post[...] nationem illorum inficiati sunt. *S. Aug.* [...] *L. de Hæres.* Argumentum ergo discepta[...] Augustinum inter & Pelagianos neque [...] fuit Gratia illa victrix, insuperabilis d[...] tans, ut fingit *Jansen. L. 5. de Hæres. Pel. C.* Nec Prædeterminatio physica, ut autum[...] varez. Nec quæcunque Gratia ex sua na[...] efficax, ut contendit *P. Luyd. L. P. 3. D. 6.* Gratiam enim cujus necessitatem propugn[...] Augustinus, quilibet profiteri debet, si non [...] *tum vocari, verum etiam videt esse christia[...]* *S. Aug. L. de Grat. Chr. C.* 10. Talem vero [...] racterem nemo prudentum, vel in gratia [...] e enim multo minus in illa Janseniana, [...]

minem necessario ad unum determinante, deprehendit; cum prior sit libera scholæ opinio, & alteram qui tuetur, orthodoxè non sentiat.

Semipelagiani sic dicti, quod pluribus Pelagii erroribus rejectis, aliquos retinuerint. Eorum Primipili erant Cassianus Diacon. Faustus Ep. Gennadius Presb. & Vitalis. Non tamen assentimur Jansenio calumnianti *L. 1. de Hær. Pel. C. 4.* Hyer. Chrysostom. cæterosque P.P. græcos eadem fuligine fuisse tinctos. Errabant Semipelagiani asserentes, & initium Fidei haberi posse sine omni gratia excitante, *S. Aug. Ep. 107. ad Vital.* & ejusmodi fidem initialem plane naturalem fore meritoriam præmii supernaturalis. *S. Conc. Arausc. II. Can.* 6. Hi non secus ac alii Novatores multiplici verborum ambage sensa sua dissimulabant, ad speciem orthodoxe loquentes, sub callida tamen æquivocatione. *S. Prospero contra Collator. C.* 2. Justissime proscriptam esse Jansenii thesin quartam, excerptam ex ejus *L. 8. de H. Pel. C. 6.* *Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris necessitatem ad singulos pietatis actus:* & in hoc erant hæretici, quod vellent eam Gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare. Patet ex dictis. Semipelagiani habebantur orthodoxi usque ad A. 529. quo Araus. II. celebratum, & à Bonifac II. confirmatum fuit, damnans & errores & Patronos Semipelagianismi.

§. II. De Hæresi Prædestinatiana.

Prædestinatiani in oppositum Pelagii errorem prolapsi sunt. Pelagius Gratiæ necessita-

tem negavit, ut servaret arbitrii liberta
Prædestinatiani libertatem arbitrii inficia
gratiæ necessitatem tuerentur. Principal
forum dogma, unde & nomen sortiri, erat
tensa Prædestinatio absoluta & antece
alios ad mortem necessitans, alios ad vitam
Jansenistæ plerique hæresin hanc pro fi
vendere contendunt, non tam id veritatis
dio, quam erroris sui ab invidia liberandi
faciunt, non minus ac dum Jansenismum
inter mera phantasmata referunt. Horum
rigia secuti Catholicorum nonnulli, qu
tamen rationes perfectioris critices lima
tinere non videntur; præterquam enim
Historiographi primæ notæ, partim c
partim suppares sæculi quinti, in persona
cidi hæresin tactam emersisse enarrent, in
exploratum putamus, Gotteschalcum eund
errorem sæculo nono fovisse. Nec dete
nos P. Contenson pro illo causam dicens,
quod majus est, Martyrii palmam ei vindi
contendens. Historiæ series sequens est: Go
teschalcus à Nothingo Brixiensi Ep. an
Rabanum Archi-Ep. Moguntinum accu
quia quædam nostræ saluti valde contraria,
pue sub nomine Prædestinationis pestiferis scrip
adstruit. Moguntiæ comparuit in Conc.
tionali totius Geemaniæ tunc congregato, fid
suæ libellum Rabano obtulit, auditus in p
blico consessu, tamen damnatus, & ad Hincm
rum Rhemensem Archi-Episc. suum recluden
dus dimissus est. Rabanus ipse inter alios ill
errores in *Ep. Synodic.* hunc refert: *Noxi*
Doctrinam ac Prædestinatione introducit, dicens

quod ea sicut in bono fit, ita & in malo, & tales sint in hoc mundo quidam, qui ob prædestinatio-nem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non pos-sint se à peccato corrigere &c. Hincmarus Con. Carisiaci II præses similes in illo detegit er-rores, quos exponit in suis ad Nicol. I. R. P. litteris: *Damnatus ab omnibus Germaniæ Epis-copis... Postea à Belgicæ Regiorum ac Galliarum Provinciarum Episcopis auditus, & inventus hæ-reticus.* Verum enim vero qua fronte P. Con-tenson utriusque Concilii sententiam, ut ini-quam traducere possit, non videmus: cum major debeatur fides S. Rabano Moguntino: Hincmaro Rhemensi, & Amaloni Lugdunensi Metropolitis non tantum ob eorum doctri-nam nostro adhuc ævo pervulgatam, sed & prioris ac posterioris sanctitatem probatam. Et quod rei caput est, tres illi ut judices legi-timi Gotteschalcum in corona plurimorum Episcoporum disputantem audierant, ac va-ria ejus scripta ad trutinam certe accuratissi-mam revocarunt. Obiit ille extremum diem in errore suo pertinax, *sicque indignam vitam digna morte finivit, & abiit in locum suum &* *Hincmaro cit.*

§. III. De Jansenismo.

Cornelius Jansenius natione Batavus Lova-nii S. Scripturæ Professor, ad infulas Ipren-ses 1635. promotus, & post triennium luce extinctus est. Librum suum *Augustinus* ami-cis ea lege reliquit, ut illum typis mandari curarent. Vix editus proscriptus est ab Urb. VIII. 1643. per B. *in Eminenti.* Excerptas 5

positiones complectentes totius libri do
nam 85. Præsules Gallicani ad Innoc. X.
tulerunt, solemniorem de illis rogante
tentiam. Petito detulit Pontifex, cele
duorum annorum spatio Congregatio
causa Janseniana discutiebatur; tandem
diit sententia definitiva contra dictas pr
sit. 1653. in *B. cum occasione*. Verum J
nianam hæresin ex omni parte exagitat
fendendam pertinatius suscepit Pas
Quesnelius, præsertim in L. *Epitome D*
moralis Evangelicæ, quam Episcoporum
ap-aliqui reprobarunt. His dissidiis de
citatus Clem. XI. Librum hunc ge
damnavit per Br. *Universi dominici greg*
Ast postulata est à Gallis sententia diffini
eorum votis annuit P. R. & post bienniu
mulgavit famosam B. *Unigenitus Dei Filiu*
qua centum & una propositiones præfati
bri sub variis qualificationibus tetro sig
notatæ sunt. Refractariorum eo process
dacia, ut 4. Episcopi interjectæ à se appella
nis ab hac Bulla ad futurum Concilium œcu
menicum instrumentum publicum ede
Quo in facinore sectatores audaciæ suæ hab
runt ipsum Noallium Archi-Ep. Paris. 12 a
Episcopos, cum tribus Facultatibus Theol
cis. Præ cæteris vero emicuit pertinacia D
Soanen Ep. Senecensis, qui instructione sua
torali Bullam *Unigenitus* reprobando, vexil
schismatis ac rebellionis adversus Eccle
apertius extulit. Quare ejus Archi Ep. E
duni 1727. coëgit Conc. provinciale, in quo
necensis usque huc pertinax ab omni or

suspensus, aliusque in ipsius locum subrogatus est. Quam sententiam calculo suo confirmarunt & Bened. XIII. & Rex Christ. Tandem Noallius ac plurimi alii *Appellantes* palinodiam recantarunt, pure & simpliciter Bullam *Unigetus* recipientes. Nota speciali dignissimum est Br. illud *Ex omnibus Christiani orbis.* ad Præsulum Galliæ instantiam à Bened. XIV. 1756. editum, ubi inter alia sic loquitur: *Tanta est in Ecclesia Dei authoritas B. Unigenitus, sibique tam sinceram venerationem, obsequium & obedientiam ubique vindicat, ut nemo fidelium possit absque salutis æternæ discrimine à debita erga ipsam subjectione se subducere, aut ei ullo modo refragari.* Systema Jansenisticum sequentibus absolvitur: Homo per originale perdidit simpliciter libertatem, cujus loco successit delectatio duplex, terrena ad malum, & cælestis, sive gratia ad bonum impellens. *Jansen. L. 2. de grat. Chr. C. 3.* Hæ delectationes ita agunt per gradus ad invicem, ut superior vincat minorem, in quantum voluntas necessario operatur juxta impulsum prædominantis delectationis. *L. 8. cit. C. 2.* In reliquo idem, quod Prædestinatiani, sentiunt.

§. IV.

Th. I. Gratia est donum supernaturale creaturæ rationali indebitum gratis eidem ex Christi meritis à Deo concessum, ordinatum ad vitam æternam. Ratione finis dispescitur in gratis datam, cujus novem species Apostolus enumerat, 1. *ad Cor.* 12. & gratum facientem. Hæc subdividitur in actualem & habitualem; actualis in excitantem & adjuvantem. Prima est du-

plex actio vitalis creaturæ ratio[nalis]
nempe intellectus illustratio, & vo[luntatis]
motio. . *Quæ fiunt in nobis sine nobis* ...
II. C. 20. Adjuvans vero consistit in
concursu, quo Deus ut gratiæ author ...
lutarem nobiscum physice producit.

II. Hæc non semper est formaliter ...
volunt Quesnellistæ, tum quia ...
Trid. Sess. 14. *Can.* 4. est supernatur[alis] ...
quia fides, & reliquæ dispositiones a[d] ...
rationem procedunt à Gratiæ motu, ...
more, fide &c. formaliter amor vel ...
luceat.

III. Concilia & PP. nonnisi exclu[dunt] ...
rationem hominis meritoriam, non ...
sicam. Patet hoc ex eorum scopo, qu[i] ...
clarare, hominem per naturales vires ...
reri primam gratiam, consequenter ...
salutis non in hominem, sed in solu[m] ...
esse referendum.

IV. Homo gratia excitante destitu[tus] ...
potest velle, agere, aut etiam inchoar[e] ...
hoc ei ad æternam salutem conducere ...
& Semipel. Edocemur hoc & ex S. S[criptura] ...
quæ innumeris in locis præsertim ...
CC intellecta, bonam voluntatem, ...
nostram, ipsumque fidei initium gratiæ ...
præviæ attribuit, & authoritate SS. P[P. præ]-
sertim Augustini, qui 20. annorum ...
laboribus contra Gratiæ hostes, hujus ...
tatem invicte demonstravit.

V. Etsi justificati præditi sint gratia ...
ficante, nihilominus, ut actum eliciant ...
rem, prærequiritur, alia excitans. Quid

obscure insinuare videntur Tridentini verba:
Sess. 6. *C.* 16. *Christus in ipsos justificatos jugiter
virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera
semper antecedit* &c.

VI. Contraria est resolutio de operibus mo-
raliter bonis ordinis naturalis, quæ fieri abso-
lute poterunt, & sine Gratia sanctificante. *C.
Wicleff. Huss.* &c. *damnatos in C. Constant. Sess.*
15. & sine Gratia Fidei *C. Bay. prop.* 25. *ac Quesn.*
nel. & sine Gratia præveniente *C. Bay.* 27. &
Quesnel. 39. & 40. &c. Eo vel maxime, cum vi-
res naturæ in ordine ad sectandam honesta-
tem, licet sint multum debilitatæ per peccatum
originale, non tamen penitus extinctæ; unde
opera quædam moraliter bona, factu facilia ob
finem rectæ rationi consentaneum non supe-
rant facultatem hominis sibi relictam.

VII. Ut justus in finem usque vitæ nulli gra-
viori tentationi cedat, sed in accepta sanctitate
perseveret, requiritur *speciale Dei auxilium*.
Trid. Sess. 1. *Can.* 21. Opinantur nonnulli huic
Ecclesiæ definitioni satisfieri, si præter Gratiam
sanctificantem admittatur alia actualis, quæ cui-
libet justorum, urgente præcepto, præsto est,
ducti ea ratione, quod P.P. *per cit. Can.* volue-
rint non nisi ferire antiquum Semipelagiano-
rum errorem asserentium non tantum fidei ini-
tium, sed & finalem perseverantiam activam
dependere à nudo hominis arbitrio. *S. Aug. L.
de corr. & Grat.* C 9. Obsistunt reliqui, dicen-
tes, Tridentino cit. vim inferri, utpote ad per-
severandum exigenti speciale, h. e. adjutorium
non omnibus justis commune, quibus & favere
videtur *S. Aug. L. de corr. & Grat.* C. 12. Quid.

quid sit esse perseverantiam, Augusti
sensu docet, magnum Dei donum, in qu
complectitur & gratias interiores actual
cumitantiis perseveraturi omnino acco
dotas, & exteriores, per quas Deo prot
occasiones peccandi, aliaque salutis ob
aliquando removentur, ac demum in
vitæ hujus periculis subductus ex hac vit
rapitur, quando diffusam habet in cord
ritus S. gratiam. *Videte*, inquit, *Aug. L.*
persev. C. 17. à veritate quam sit alienum
donum Dei esse perseverantiam, cum vita
quando voluerit, ipse det finem, quem si dat
minentem lapsum, facit hominem persever
quæ confirmanda S. D. adducit & illud
Ne malitia mutaret intellectum ejus. . . pro
properavit educere illum. Et aliud Christ
breviati fuissent dies illi, non fieret salva om
ro; sed propter electos breviabuntur,

VIII. Ad transgressiones cunctas ve
per totam hominis vitam occurrentes
deratas ad se invicem, & ad totum, evit
requirit *Trid. Sess. 6. Can. 25. speciale D*
vilegium. Distinguendum hic judicamu
Aug. L. 2. de pec. mer. & rem. C. 6. Alia q
est, utrum quis esse possit in hac vita sine pecc
alia, utrum sit. . . Si à me quæratur, utrum
sine peccato esse possit, confitebor, posse per D
tiam, & liberum ejus arbitrium. . . Si autem
secundo loco posueram (an quis sine ullo pecc
vixerit, vel victurus sit) *quæratur, esse non*
do: *magis enim credo Scripturæ 1. Joan. 1.*
L. de nat. & Grat. C. 36. excipiat B. V. M.

& honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi vult quæstionem.

IX. Gratia generice sufficiens est auxilium supernaturale, homini præbens potentiam necessariam salutariter operandi. Estque vel proxime vel remote talis, seu, ut alii, gratia orationis. Utraque considerari poterit sive ut præcise talis, quæ opponitur insufficienti, sive ut positive sufficiens, quæ coincidit cum efficaci, sive negative sufficiens, quæ ob hominis renisum suo caret effectu. Sæpissime contingit, quod homines vocem Domini audiant, & tamen eorum corda obdurent, resistentes Spiritui vocanti. Ut obviis in locis S. Script. Deus conqueritur.

X. Nec justis nec peccatoribus desunt sufficientia gratiæ media: *Mali enim non ideo pereunt, quia boni esse non potuerunt, sed quia boni esse noluerunt. Valent. III. Can. 2. Pariter indubitata est sententia, Deum gratiam non solum in Ecclesia, verum etiam universis in hoc mundo gentibus subministrare. Orosius in Apol. de Lib. Arb.* Nituntur hæc gravissimis momentis, & sinceræ Dei voluntatis salvandi omnes; *1. ad Tim. 2.* & mortis Christi pro omnibus oblatæ. *1 ad Tim. 2.*

XI. Admittimus gratiam efficacem, quæ certo & infallibiliter post se trahit hominis consensum, ita tamen, ut in sensu *composito* motionis moto liberum sit et-vel dissentire: exploratum quippe est, quod Trid. Sess. 6. C. 5. agat de gratia, per quam disponimur & perducimur ad justificationem, ideoque de efficaci, cui, dicit, hominem resistere posse. Itaque ut voluntas libere agat, debet posse non agere in sensu com-

posito omnium prærequisitorum ad agen-
cum libertas sit facultas expedita ad u-
bet oppositorum.

XII. Ambæ sunt orthodoxorum sen-
principales, declarantes modum gratiæ
biliter effectum impetrantis. Prima appe-
ralem gratiæ entitatem, quæ ex virtute
trinseca flectit voluntatem. Altera vero
tiæ certitudinem, effectum inferentis re-
divina præscientia falli nescia, quam e-
di rationem præ alia adoptamus, inge-
men profitentes, in utroque systemate
occurrere difficultates à nullo enodand-
post gentium Doctorem cum Augusti-
mandum esse: *O altitudo &c.*

Propugnabunt

R. F. ANSELMUS LA S, Sacerdos
D. PETRUS DONDORF, ex Haren
D. ANDREAS NIQUET, Aquisgr
D. JOAN. PET. GOERDENS, Aqu
D. CAR. JOS. MARMENDIER, A

Oppugnabunt

R. F. Constantnius Wagner, Sacerdo
R. D. Arnoldus Loverix, Diaconus, ex
D. Petrus Servarius Hungs, Aquisgra
D. Aloysius Lützler, Aquisgranensis,

Ss. Theologiæ Auditores.

In Aula publica Aquisgranensi me
Februario 1783.

POSITIONES THEOLOGICÆ
DOGMATICO - HISTORICO - SCHOLASTICÆ
DE
SACRAMENTIS GENERATIM, CHARACTERISTICIS, AUGUSTISSIMA EUCHARISTIA
ET
Ss. MISSÆ SACRIFICIO SPECIATIM,

QUAS

CUM SELECTIS EX HISTORIA ECCLESIASTICA TRIUM PRIORUM SÆCULORUM PARERGIS

JESU CHRISTO
SACRAMENTORUM AUTHORI

EJUSQUE

VIRGINEÆ MATRI MARIÆ

DEVOTISSIME DEDICATAS

PRÆSIDE

F. ERNESTO MÜLLER,

Ord. F. F. Minorum S. Francisci Recollectorum Ss. Theologiæ Lectore.

PUBLICO AC FINALI TENTAMINI SUBJICIENT

IN AULA ACADEMICA AQUISGRANENSI

Anno 1784, Die 13 Septembris mane ab 8vâ

Religiosi, Prænobiles, Ornati ac Eruditi

F. AUGUSTINUS PHILIPPSEN, *Sacerdos.*
F. LAURENTIUS ANGERSBACH, *Sacerdos.*
F. IRENÆUS KURTH, *Subdiaconus.*
F. ELEUTHERIUS BILL, *Clericus.*
D. CAROLUS JOSEPHUS MALMENDIER, *Aquisgranensis.*
D. JOANNES WILHELMUS HERENDAEL, *Aquisgranensis.*
D. MARTINUS PETRUS PELZER, *Porcetanus.*
D. GERARDUS VONASTEN, *Aquisgranensis.*
D. JOSEPHUS HENRIX, *ex Monzen.*

S. Scripturæ, SS. Canonum, & SS. Theologiæ Auditores.

COLONIÆ EX TYPOGRAPHIA FRANCISCI NICOLAI BOURELL.



SACRAMENTUM GENERATIM.

I. *Sacramentum in genere* rectè dicitur signum sensibile, sacrum, â Deo perma[…] tum ad significandam gratiam & conferendam sanctitatem illud ritè suscipi[…] ex definitionibus Sacramenti, præcipuè N. L., quas varias procuderunt […] antiquiores, tum Novatores posterioris ævi, nulla sustineri potest. Etsi enim […] niti verborum sono dissentire videantur â Catholico dogmate, reipsa tamen sensu[…] tuntur ab eo penitus alienum.

II. In statu Innocentiæ, ante parentum primorum culpam, nulla extitisse Sa[…] concors est assertio. In statu Legis Naturæ institutum fuisse remedium aliquod, […] Sacramentum, pro parvulis utriusque sexûs, quo à peccato originali liberari posse[…] dubitamus. *Absit, ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo* morit[…] *& ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit* ad salute[…] nocentius III. Cap. Maj. de Bapt.

III. In Mosaicæ statu Legis plura quidem fuêre Sacramenta; at nostris virtute[…] cacia longe inferiora: Etenim nullum produxit gratiam ex opere operato. Cæterum […] cisionem â Deo institutam fuisse in remedium peccati originalis, ex S. Scriptura non […] *Circumcisio, quam ab Abrahamo accepistis secundum carnem, in signum,* notamque data e[…] *ab aliis gentibus, & â nobis discreti ... Circumcisionem accepit in signum,* non ad justitia[…] *admodum & scripturæ & res ipsæ nos fateri cogunt.* S. Justinus M. in Dial. cum Tryp[…]

IV. In Nova Lege septem existere Sacramenta propriè dicta, nec plura, nec p[…] videlicet Baptismum &c. ostenditur argumento præscriptionis, atque unanimi utri[…] clesiæ, latinæ & græcæ consensu. Nec desunt pro assertione hac Rationes congru[…] inde sacratum hunc ab Ecclesia Catholica septenarium Sacramentorum L. E. numeru[…] ram omnino impugnant Hæretici.

V. Hæc N. L. Sacramenta, dignitate & necessitate disparia & quoad substantiam […] ad numerum perquam convenienter, ac immediatè instituit Christus, & quidem […] per potestatem excellentiæ, atque ut perficiantur rebus velut materia, & verbis ver[…] cratoriis tanquam forma, ordinavit. Quare nullum ad essentiam Sacramenti requirit[…] bum concionale, veluti pseudo-principio suo, videlicet *quod sola fides unicum sit* […] *quo homini gratia communicetur*, innixi, docuerunt Lutherus & Calvinus.

VI. Omnium Sacramentorum materias & formas (quarum mutatio theologicè substantialis Sacramentum reddit invalidum) quo ad substantiam & saltem in genere; aliquorum vero nonnisi generatim â Christo determinatas fuisse, asserimus.

VII. Ordinarius Sacramentorum Minister est solus homo viator ratione utens; non tamen quilibet cujuslibet. Fanatica igitur est, quam Lutherus largitur baptizatis omnibus, eandem in verbo & *Sacramento quocunque potestas*. S. August. Lib. de Capt. Babyl.

VIII. Quanquam ad valorem Sacramenti necessarium non sit, ut Minister intendat explicitè conferre effectum Sacramenti, seu gratiam; requiri tamen intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, definivit Tridentinum Sess. 7. Can. 11. Unde aliquando suffecisse ritum externum mimice, & jocullariter positum, hucusque non evicerunt eæ, quæ de *Genesio*, *Dioscoro* &c. circumferuntur theatrales Historiæ.

IX. Nec sufficit sola intentio externa, sed requiritur vere interna, eaque saltem virtualis faciendi id, quod Ecclesia facit, vel quod Christus instituit. Conf. proposit. 28. ab Alexandro VIII. damnatam. Alexandrino hoc decreto grave vulnus inflictum opinioni de sufficientia intentionis externæ, ipsemet affirmat Benedictus XIV. Lib. VII. de Synodo Cap. IV.

X. Valori tamen Sacramenti non obstat intentio conditionata sub conditione de præterito, vel præsenti, modo conditio jam sit impleta, antequam absolvatur actio Sacramentalis: nihilominus sine sufficienti causa eandem adhibere, licitum non est. Formas conditionatas adinventas esse, ac â Scholasticis in Ecclesiam invectas, easdemque frivole usurpari, infundate quidam asserunt. Quamvis etiam ante sæculum VIII. nulla fiat conditionatæ formulæ expressa mentio in CC. & PP., legitimè tamen inferri nequit, eam non fuisse in usu.

XI. Pariter valori Sacramenti non obesse perversitatem fidei aut morum in ministro, probat antiqua Ecclesiæ consuetudo, quam fere unicam in famosa Rebaptizantium Controversia Stephanus S. P. opposuit Cypriano.

XII. Quia sancta sancte sunt tractanda, minister sive solemnitatis, sive necessitatis reatus mortalis sibi conscius Sacramenta conficiens aut dispensans per se loquendo gravem contrahit culpam. Attamen ut licite procedat minister in casu gratiæ amissæ, sufficit *contritio saltem prudenter existimata*, confiteri autem *convenit, si copiam Confessarii habeat, & temporis, & loci ratio ferat*. Rit. Pauli V. Tit. 1. An liceat petere ac recipere Sacramentum â malo ministro, postulati declarabimus.

XIII. Subjectum Sacramentorum suscipiendorum est solus homo viator, qui si adultus sit, habere debet voluntatem aliquam positivam, saltem habitualem percipiendi id, quod in talibus circumstanstiis Ecclesia tribuit, adeo ut mere negativè se habens, multo magis positive dissentiens Sacramentum non percipiat.

XIV. Ut Minister fidelis mysteriorum Dei dispensator sit, regulariter nequit Sacramentum administrare illi, de cujus indispositione ad effectum Sacramentalem recipiendum certificatus est, juxta illud Math 7. *Nolite sanctum dare canibus.* Quare peccatori publico (excepto subinde matrimonio) publicè: & occulto occulte petenti (nisi indignitas hujus ex sola confessione Sacramentali agnita sit) deneganda sunt Sacramenta: occulto autem peccatori publice postulanti ea concedenda sunt,

XV. Sacramenta N. L. non tantum signa sunt gratiæ per Christum dandæ, sed insuper vasa sunt pretiosa, quibus & Christi sanguis & merita continentur, atque non ponentibus obicem ex opere operato, non physice, sed duntaxat instrumentaliter moraliter conferunt gratiam Sacramentalem, & quidem solo numero distincta æqualem æqualiter; inæqualem inæqualiter dispositis. Calumniose itaque Hæretici effutiunt, nos Catholicos nullam in suscipiente Sacramentum requirere dispositionem, ut per illud justificetur. Hanc calumniam merito depellit Tridentinum Sess. 14. de Pœnit. Cap. 4. inquiens: *Falso quidam calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint Sacramentum pœnitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit.* Cæterum fraudes & mendacia sunt, quæ Novatores de sensu verborum istorum: *ex opere operato*, ad invidiam Tridentinis conciscendam Patribus garriunt.

XVI. Sacramenta mortuorum vi primariæ institutionis primam; Sacramenta vivo- secundam causant gratiam: quam & subinde per accidens conferunt Sacramenta mortuo- Insuper *Baptismus*, *Confirmatio* & *Ordo* præter gratiam animæ indelebilem imprimunt c- terem, vi cujus iterari nequeunt. Primum characteris assertorem fuisse *Innocentium* III. falso ac imperite ab adversariis Protestantibus affirmatur. Hæc tria Sacramenta ficte su- sublato obice verisimilius reviviscunt. Idem probabiliter judicamus de *Extrema Un-* & *Matrimonio*.

XVII. Usus ceremoniarum, quas in solemni Sacramentorum administratione Ec- potestate gaudens ejusmodi ceremonias instituendi, adhibere solet, honestus est. Ritu- nique seu ceremoniæ, quæ in Ecclesia Catholica extra Sacramentorum administrationem servantur, quæque passim *Sacramentalia* vocantur, laudabiles sunt, & longissimo usu com- batæ; venialia tamen non remittunt ex se, seu ex opere operato, sed ex opere duntaxat o- rantis, ac per modum impetrationis.

SACRAMENTA CHARACTERISTICA.

§. I. *Baptismus.*

I. *Baptisma*, aliorum Sacramentorum janua & fundamentum merito nuncupatum, Sacramentum Regenerationis per lavacrum aquæ in verbo vitæ, à Christo Domino an- passionem institutum; adeoque â Baptismo Joannis tum quoad naturam, tum quoad effica- ciam distinctum.

II. Quo tempore Christus instituerit Baptismum, controversum est: probabilius tamen eundem non instituit, antequam ipse baptizaretur â Joanne; nec quando ab eodem baptiza- batur in Jordane; nec in colloquio cum Nicodemo; sed verisimilius sub initium prædicatio- nis suæ, quando Apostolos & Discipulos ad prædicandum & baptizandum misit.

III. Omnis & sola aqua naturalis seu elementaris est remota ac necessaria Baptismi ma- teria. Unde in casu necessitatis Baptisma in quovis liquore collatum valere, perperam con- tendunt Hæretici, verba Salvatoris: *nisi quis renatus fuerit ex aqua*, ad sensum metaphoricum detorquentes.

IV. Quanquam ritus trinæ immersionis primis XII. sæculis perquam usitatus fuerit in Ec- clesia, non est tamen necessarius necessitate Sacramenti; sed valet Baptismus collatus f- per immersionem, sive per affusionem, sive per aspersionem; sive per unam, geminam, trinam. Licet ut licite fiat, servandus sit mos cujusvis diœcesis.

V. Christus certam verborum formam in baptismo usurpandam præscripsit, expre- nimirum ac distinctam trium personarum sanctissimæ Trinitatis invocationem.

Quare Apostolos in solo Nomine Jesu baptizasse, aut baptismum in solius Christi n- ne collatum ullo unquam tempore valuisse, sufficienter probari nequit.

VI. Frequens & usitata est apud PP. & TT. baptismi divisio in baptismum fluminis, minis & sanguinis; soli primo ratio competit Sacramenti: Hinc sicut *una* fides, ita pro- loquendo *unum* baptisma, unitate videlicet non tantum specifica ejusdem Sacramenti, sed unitate tali, ut semel valide homini collatum, iterari in eodem amplius non possit.

VII. Extra casum martyrii baptismus aquæ omnibus est ad salutem necessarius necess- medii, adultis quidem in re, vel in voto; infantibus autem in re. Baptismus flaminis v- baptismi aquæ supplet in adultis quoad effectum illius duntaxat principalem; baptismus v- sanguinis tam in infantibus, quam in adultis dispositis quoad remissionem culpæ & p- Sed an baptismus sanguinis vim habet justificandi adultos secluso actu charitatis, vel c- tritionis perfectæ? Non una est circa controversiam hanc omnium opinio. Nobis pro- bilius est per se, & speculative loquendo, martyrium eam vim habere independenter a- actu, idque ex privilegio singulari, ac quasi ex opere operato.

VIII. Minister baptismi solemnis ordinarius est Episcopus aut Sacerdos, extraordina- seu ex delegatione Diaconus; necessitatis quilibet homo, servato tamen debito ordine.

IX.

IX. Subjectum hujus Sacramenti est omnis homo viator, consequenter & infantes quam primum nati. Pædobaptismum tam ineptè explodunt *Anabaptistæ*, quam apte eum ex tra- ditione arguit *S. Augustinus* Lib. 10. de Gen. cap. 23. Præterea valide & licite baptizari posse infantem adhuc in utero matris existentem, dummodo aqua ad ejus corpus deferri, eique immediatè applicari possit, defendimus. Non tamen licitum judicamus, invitis paren- tibus baptizare filios infidelium, principi Christiano civiliter duntaxat & politice subjecto- rum, nisi certæ ac peculiares occurrant circumstantiæ, quas promulgabimus sciscitanti.

X. Effectus baptismi est *remissio omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoque pœnæ pro ipsa culpa debitæ*. Florent. in Decret. Fictitii itaque sunt effectus varii â variis Hetero- doxis excogitati, quos omnes tanquam spurios merito anathematizavit Synodus Tridentina.

§. II. *Confirmatio.*

XI. Hoc Sacramentum Chrismatis otiosam ceremoniam non esse, sed verum & pro- prie dictum N. L. Sacramentum â Christo institutum, invicto prorsus argumento deducitur ex actibus Apost. ac ex constanti primorum sæculorum ad hæc usque tempora Ecclesiæ & Patrum Traditione. *An nescis Ecclesiarum hunc esse morem, ut baptizatis postea manus impo- nantur, & ita invocetur Spiritus Sanctus? Exigis, ubi scriptum sit? in actibus Apostolorum. Etiamsi scripturæ authoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtineret.* Hieronymus dial. adversus Luciferianos. Inefficaciter proin & impié Confirma- tionem è Sacramentum albo expungere conantur Novatores Hæretici.

XII. Materia remota Confirmationis est chrisma, sive unguentum ex oleo & balsamo confectum, ab Episcopo, regulariter saltem, benedictum; proxima, eaque adæquata ex chrismatione, seu unctione, & manuum impositione, ab actione manus inungentis indistincta coalescit. Forma in Ecclesia latina est hæc: *Signo te signo Crucis &c.*

XIII. Minister hujus Sacramenti jure ordinario est solus Episcopus; ex delegatione S. P. illud etiam administrare potest presbyter. Hoc jus soli sedi Apostolicæ reservatum esse, docet sensus & praxis Ecclesiæ.

XIV. Subjectum illius est omnis & solus homo baptizatus, & nondum Confirmatus. Suscipienti tribuit robur Spiritus S. tum ad firmiter credendum, tum ad fidem intrepidè profitendam. Etsi porro hoc Sacramentum necessarium non sit necessitate medii, neque per se loquendo necessitate præcepti, graviter tamen hic peccari posse, non dubitamus.

§. III. *Ordo.*

XV. Existere ordinem Hierarchicum Ministrorum Ecclesiæ, â statu laicorum ex institu- tione divina plane distinctum, manifestum est ex perpetua Ecclesiæ doctrina. Sanè assertio hæc adeo luculentis priorum Ecclesiæ sæculorum Patrum nititur testimoniis, ut mirum videri debeat, potuisse à Protestantibus negari. Jure igitur merito concludit Tridentinum Sess. 23. de Sacram. ord. can. 6.: *Siquis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordina- tione institutam, quæ constat ex Episcopis Presbyteris, & Ministris, anathema sit.*

XVI. In hoc statu Hierarchico Episcopi jure divino presbyteris superiores sunt potestate ordinis & jurisdictionis. Æqualis presbyterorum cum Episcopis jurisdictio perperam infer- tur ex B. Hieronymo; quo tanquam Patrono adversarii gloriantur immeritò.

XVII. *Ordo*, seu *sacra ordinatio*, qua inaugurantur Ecclesiæ Ministri, verum est N. L. Sacramentum, quo specialis quædam traditur potestas conficiendi Eucharistiam, atque ad alia munia Ecclesiastica dignè obeunda.

XVIII. Septem communiter in Ecclesia recensentur ordines proprie dicti, inter quos presbyteratus certo Sacramentum est. Idem asserimus de Diaconatu & Episcopatu, quate- nus includit potestatem & jus conferendi ordines, aliaque officia Hierarchica exercendi.

Sed quid de cæteris ordinibus? Res non adeo certa est. Nihilominus & eos rationem Sacramenti participare, probabilius censemus.

XIX. Materia Presbyteratus in Ecclesia latina tam in traditione certorum instru-rum, quam impositione manuum Episcopi consistit: Forma sunt verba his correspondentia. De reliquorum ordinum materia & forma coram. Præterea quamvis ad licentiam ordinis Episcopalis jure Ecclesiastico tres requirantur Episcopi; non tamen ad valorem, accedat summi Pontificis dispensatio.

XX. Ordinarius Minister ordinis est solus Episcopus consecratus. Veritati hujus asser-tionis non officit, quod Chorepiscopi olim ordines contulerint; Nonnullos enim eorum accidens Episcopali præditos fuisse consecratione, eruitur ex can. 10 Con. Antiocheni. super sacerdotem simplicem ex commissione S. P. conferre posse 4. Minores & Subdiaconatum, communis est sententia. Cæterum valida est ordinatio facta ab Episcopo Hæretico, in-truso, schismatico &c. Ne tamen inde inferas, validas esse ordinationes Anglicas juxta Ri-tuale *Eduardi VI.* â pseudo-Synodo Londinensi 1562. approbatum.

XXI. Subjectum hujus Sacramenti validè recipiendi est solus mas baptizatus. Mulierem nomine *Joannam* ad summum Pontificatum evectam fuisse inter Leonem & Benedictum III. obsoleta fabula est.

XXII. Obligatio continentiæ ordinibus majoribus annexæ descendit ex jure Ecclesiastico. eoque antiquissimo, jam diu ante *Siricii* tempora. Non equidem quo ad con-tinentiam una fuit omni tempore Ecclesiæ consuetudo, nec in Occidente eadem, quæ in Oriente; laudabiliter tamen, convenientissime, ac Sanctissime inductum fuisse continentiæ præceptum, nulli Juri contrarium, negari non potest. De cætero intercessio Paphnutii pro usu conjugii Clericorum fabulosa est. Quod demum Magdeburgenses referre non erubescunt ex Epist. S. Udalrici ad Nicolaum, putidissimum commentum est, quod nec umbram habet verisimilitudinis.

AUGUSTISSIMUM EUCHARISTIÆ SACRAMENTUM.

I. *Eucharistia* est Sacramentum corporis & sanguinis Christi sub speciebus panis & vini ad spiritualem animæ refectionem â Christo institutum; adeoque essentialiter, & quidem ade-quate consistit in speciebus & corpore ac sanguine Christi simul.

II. Quonam tempore Christus instituerit Eucharistiam, & an in azimo vel fermentato pane eam confecerit, nobilissima, & intricata quæstio est, magnis partium studiis agitata. Nos cum communi latinorum sententia propugnamus, D. N. J. Christum ultimo vitæ anno non anticipasse pascha legale, sed illud celebrasse ac Eucharistiam, pridie mortis suæ, Luna 14 Mensis Nisan exeunte, h. e. feria quinta ad hujus Vesperam, instituisse, & panem in azimo consecrasse.

III. In hoc Sacramento *verè, realiter & substantialiter contineri totum Christum, & non in ipsa duntaxat sumptione, sed ante & post eam*, Catholicè profitemur. Cultu igitur latriæ adorandus est Christus Dominus in Ss. hoc Sacramento. Merito mysterium peculiari celebritate colitur, in processionibus reverenter & honorifice circum-fertur, atque publicè, ut adoretur, populo proponitur.

IV. Dogma hoc Catholicum de reali Christi in Eucharistia præsentia efficaciter proba-tur ex cap. 6. Joannis: ex verbis institutionis Math. 26, & ex Ss. Patrum omnis ævi sensu. Unde corruit Blondelli Calvinistæ commentum, Anastasium Sinaitam Sæc. VI. primum fuisse, qui dogmatis hujus primus semina sparserit. Corruit & alterum, quod Claudius do Minister finxit, Paschasium Rathbertum Sæc. IX. primum fuisse illius assertorem. rum vanæ sunt sine viribus iræ illorum, qui dogma hoc ratiunculis humanis aggredi tur. Valet hic illud Augustini monitum Epist. 137. ad Volusianum: *Demus Deum posse, quod nos fateamur investigare non posse.*

V. Christus in Eucharistia præsens fit non per impanationem, aut consubstantiationem, sed per transubstantiationem, seu *veram ac mirabilem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem Christi.* Trident. Sess. 13. can. 2. Inter tran-stantiationis impugnatores immerito â quibusdam recensentur S. *Chrysostomus*, *Theodoretus*, *Gelasius Papa.*

Insuper totus & integer Christus continetur sub qualibet specie & sub singulis quibuslibet speciei partibus tam ante, quam post illarum divisionem, ita tamen. ut ex vi verborum præcise sub specie panis solum ponatur corpus, & sub specie vini solus sanguis; reliqua vero per concomitantiam.

VI. Materia hujus Sacramenti est panis triticeus, sive fermentatus sive azimus, & vinum de vite, cui ex præcepto duntaxat Ecclesiastico graviter obligante ante consecrationem parum aquæ admiscendum est. Forma adæquata & essentialis sunt sola verba Domini: *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus*, vel *calix sanguinis mei*; ideoque ad validam consecrationem non requiruntur preces, seu oratio.

VII. Realem Eucharistiæ sumptionem adultis necessariam esse ex precepto divino ipse Dominus declarat Joan. 6. *Nisi manducaveritis &c.* Hoc tamen præceptum non sacrificantes non obligat ad communionem sub utraque specie. Præterea Eucharistia sub unica specie est verum, integrum ac perfectum Sacramentum; neque plus gratiæ confert sub gemina, quam unica specie. Mirum proinde, tot clamores excitatos fuisse â Protestantibus, ob calicem laicis subtractum.

VIII. Eucharistiæ conficiendæ potestatem solos habere sacerdotes, eruitur ex institutione Christi, qui ipsemet panem in corpus, & vinum in sanguinem convertit, & Apostolis, quos in ultima cœna *N. T. Sacerdotes constituebat*, ut idem facerent, præcepit per hæc verba: *Hoc facite in meam commemorationem.*

IX. Subjectum hujus Sacramenti, ut cum fructu illud suscipiat, sit baptizatum & rite dispositum. Ex parte animæ requiritur conscientia à lethali peccato immunis, vel aliàs antecedenter mundari debet per Sacramentum pœnitentiæ: ex parte corporis jejunium naturale à media nocte illius diei, quo quis vult suscipere Eucharistiam.

X. Effectus veri ac genuini Eucharistiæ sunt spiritualis animæ nutritio, liberatio â peccatis venialibus, præservatio â mortalibus, ac imminutio concupiscentiæ. De his aliisque plura coram.

Ss. Missæ Sacrificium.

XI. *Sacrificium* rigorosé spectatum est oblatio rei sensibilis â legitimo Ministro soli Deo facta cum reali quadam immutatione ad testandum supremum ejus in nos dominium, nostramque subjectionem. Sacrificium itaque præstantissimus est actus Religionis, atque ejusdem exhibendi obligatio ex ipso jure naturæ ducit exordium. Propterea etiam ab omnis ætatis ac nationis populis oblata semper fuere sacrificia.

XII. Missam verum esse, ac proprium N. L. Sacrificium inter alia invictè demonstratur ex Vaticinio Malachiæ cap. 1. ac ex sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech, quod asseritur Psal. 109. & Hebr. 5 & 7.

XIII. Essentiam sacrificii Missæ in sola consecratione salvari, sustinemus: Necessaria tamen est utriusque speciei consecratio. *Innocentium VIII.* Norwegis concessisse facultatem consecrandi calicem sine vino, planè fictitium est.

XIV. Hoc sacrificium verè propitiatorium, impetratorium atque satisfactorium est, nec soli prodest sumenti, sed & pro vivis, ac defunctis in purgatorio detentis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, aliisque necessitatibus offerri potest. Laudabiliter insuper celebrantur Missæ in honorem Sanctorum juxta sensum & mentem Ecclesiæ.

XV. Isthoc Altaris Sacrificium gratiam remissivam peccatorum mortalium nonnisi immediate operari colligimus ex Tridentino sess. 22. cap. 2. inquiente: *Christi oblatione placatus Dominus gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata ingentia dimittit.* Secus dicendum quantum ad pœnarum peccatis debitarum relaxationem.

XVI. Valor Sacrificii Missæ quoad substantiam & sufficientiam ex parte rei oblatæ principalisque offerentis consideratus infinitus est; quoad applicationem vero limitatus ac finitus. Ut autem fructus specialis alicui obveniat, requiritur ex parte Sacerdotis applicatio, saltem habitualis,

XVII.

XVII. Quilibet Sacerdos ex præcepto divino aliquoties in vita tenetur cele-
rochi vel per se vel per alium non solum tenentur sacrificare iis diebus, quibus
ad auditionem Missæ obligantur, sed & pro iis offerre, id est, applicare, qu
um propterea suscipere possint. Contrarias expositiones verborum Tridentini sess.
de reformat. *inanes & frivolas interpretationes* vocat Benedictus XIV. constit. Cum
Missa aliunde non obligata accipere stipendium non per modum pretii, sed susten
citum est. Reliqua huc pertinentia discussimus. Cæterum Missas privatas illicitas
que, quos in Missæ Sacrificio adhibemus, ritus, impios esse, atque superstitiosos
impudenter affirmant Hæretici.

SELECTA EX HISTORIA ECCLESIASTICA TRIU PRIORUM SÆCULORUM PARERGA.

I. *B Petrum* Romæ fuisse & cathedram Episcopalem ibi erexisse, in qua
Episcopus Romanus, invicte ostenditur. Quos habuerit in Romana cathedra
cessores, recensebimus volenti.

II. *Canones Apostolorum* nomine inscripti sunt Apostolis suppositi.

III. Pariter constitutiones Apostolorum sunt Apocriphæ, ab Apostolorum
doctrinâ alienæ, ipsis adeo Apostolis & Clementi Romano falso adscriptæ.

IV. Libros, jam olim S. Dionysio Atheniensi, sive Areopagitæ inscribi
bus præclarissima antiquæ traditionis de Sacramentis deposita servantur, ge
partum agnoscimus.

V. Epistolæ S. Ignatii M., quas Eusebius & Hieronymus referunt, qua
sius è bibliotheca Florentina acceptos edidit, omni carent prudenti suppositi
VI. S. Zephyrinum ad Montanistas defecisse criminantur nonnulli, rati
fecisse ex Tertuliano cap. I. adversus Prax. Verùm nunquam Montani hæ
nec ullatenus favit.

VII. Cyprianus cum Firmiliano, aliisque sibi adhærentibus excitatam
ab HH baptizatis Controversiam non ad fidei dogma, sed ad disciplinam du
consuetudinem & suæ Ecclesiæ praxin revocavit.

VIII. Utrum Stephanus eam pertinere ad fidem censuerit, incertum est,
hedra ùt dogma fidei non definivit.

IX. Neque Cyprianum cum suis Africanis, nec Firmilianum cum suis Afri
pis excommunicavit, aut â corpore Ecclesiæ Catholicæ abscidit: Minime tam
Stephanum anathema illis comminatum fuisse, si rebaptizare pergerent, atque
munione, nimirum specialis amicitiæ & fraternitatis privasse.

X. Neque idem Stephanus in errorem errori Cypriani oppositum lapsus fu
baptisma omnium promiscuè Hæreticorum, sub qualibet forma collatum. Qu
leberrimæ hujus controversiæ exitus, & an Cyprianus ante mortem, aliique e
fuerint, exponemus petenti.

XI. Quodnam fuerit plenarium illud concilium, in quo S. Augustinus pr
troversiam definitam ac terminatam asserit, disputant Critici, aliis Arelatense I.;
num I. opinantibus. Quæ sententia postrema S. Doctori conformior videtur.

O. A. M. D. G.

Cum Permissu Superiorum.

THESES THEOLOGICÆ
Dogmatico-Polemico-Scholastico-Historico-Criticæ
DE
DEO
IN PERSONIS TRINO
QUAS
PROPUGNABANT
Religiosi, Prænobiles, Ornati, ac Eruditi

F. Eleutherius Bill, Diaconus.
F. Apronianus Ferber, Clericus.
D. Antonius Wilhelmus Debœur, Aquensis.
D. Gerardus Giesen, Cornelio-Monasteriensis.

OPPUGNABANT

F. Amadeus Leonards, Sacerdos.
F. Justinianus Panzer, Sacerdos.
D. Jacobus Corneli, Aquensis.
D. Petrus Flemings, ex Jüchen.

S. Scripturæ, Ss. Canonum, ac Ss. Theologiæ Auditores.

Aquisgrani in Aula Academica Mense Julio Anni 1786.

1786

De Deo in Personis Trino.

I. MYsterium Ss. Trinitatis Religionis christianæ fundamentum, quo
à Judæorum & gentilium utrimque pravitate disjungitur, situm
o est, quod unus Deus, sive natura divina in tribus personis realiter
invicem distinctis subsistat.
uplicem proin veritatem fidem catholicam spectantem prima hæc &
velut summaria Ss. Trinitatis notio complectitur. 1.ma est, quod in
a natura sint *tres realiter distinctæ Personæ*. 2.da est, quod unaquæque
ibus his Personis sit *verus Deus*. Ineffabile hoc mysterium supra om-

nem sensum & humanæ mentis aciem Patrum confessione positum ratione duce demonstrari nequit, imo post factam revelationem Sacra *tum hoc magnum est. . . . quomodo pluralitas in unitate, aut ipsa in pluralit* S.Bern. L. 5. de consid. Cap. 8. Quare Scripturis hic & traditione stat

§. II. Augustissimi Mysterii hujus parcior quidem & obscurior, n men nulla in V. T. facta est mentio. Deo, quæ Patribus visa ratio manam imbecillitatem se accommodante, rerumque divinarum cogn nem paulatim explicante, ac novis gradatim accessionibus ad summ perducente. Hinc triplicem in V. T. Judæorum classem nonnulli di guunt, 1.mam Virorum sanctorum, Patriarcharum scilicet & Prophe rum, 2.dam Scribarum & Legis peritorum, 3.tiam plebis: statuunt primos claram, secundos subobscuram, tertiam sive plebem nullam buisse explicitam Trinitatis notitiam.

Erroris igitur convincuntur non solum Judæi & Sociniani, qui Myst rium hoc perfricta fronte negant, sed etiam aliqui incauti Christiani, q scribere non sunt veriti, Mysterium Trinitatis primo à Christo fuisse h minibus revelatum, veteribus autem Judæis, imo ipsorum Legislator Moysi penitus ignotum

§. III. Manifestam tamen & plane expressam Ss. Trinitatis revelatio nem ex speciali Dei beneficio habemus in N. T. & quidem pluribus in lo cis; sic primo Mysterium istud innotescit ex forma Baptismatis à Christo instituta Matth. 23. ℣. 19. Item ex historia Baptismatis Christi à Matthæo & Luca Cap. 3. & à Marco Cap. 1. descripta Nec minus distincta est Tri nitatis mentio, quæ legitur apud Joannem Cap. 14. ℣ 16. Ac demum de cretorius est locus ille Epist. 1. S. Joan. Cap. 5. ℣. 7. *Tres sunt, qui testimo nium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt.*

Dolendum est maxime, etiam inter Trinitatis defensores, imo inter ip sos adeo Catholicos fuisse quosdam repertos, qui Socinianis pollice premerent, calumniose asserentes, comma istud adscititium, ac pia C tholicorum fraude textui insertum esse, sed ejus authentiam contr quoscunque Cavillatores vindicavimus.

§. IV. Ab Apostolis & Patribus usque ad Concilium Nicænum, & a hoc in præsentem usque diem constans defluxit traditio de veritate S Trinitatis, adeoque doctrina hujus Mysterii quoad substantiam labefac ta est nunquam, sed eadem semper fuit in Ecclesia Dei.

Antiquam in Ecclesia hujus dogmatis viguisse traditionem vel solo luculenter apparet, quod Noëthus, Praxeas, Sabellius, aliiqu nitatis hostes, quamprimum eorum errores innotuerunt, omnibu libus statim execrationi fuerint, & ab Ecclesia tanquam hæretic sint. Insuper traditionis series elucet pariter ex genuinis Patrum Ant Nicænorum operibus; sic luculentissima hujus rei testimonia red Sæc. I. S. Clemens Papa *in Epist. 1. ad Corinth.* S. Ignatius Mart Episcopus *in sua ad Ephes. Epistola.* S. Polycarpus Martyr & Epis

Smirnensis, & cum illo tota Smirnensis Ecclesia *in celebri ista Epistola*, quam hæc Ecclesia de Martyrio Polycarpi scripsit *ad Ecclesias Ponti.* Sæc. II. S. Justinus Philosophus & Martyr *in Apol. 2. pro Christianis ad Imp.* S. Irenæus Lugdunensis Episcopus & Martyr *Lib. adversus hæreses Cap. 10.* Athenagoras item *in sua Legatione pro Christianis.* Sæc. III. Præter duos Dionysios S. Clemens *lib. 3. Pædagogi Cap. 12.* S. Cyprianus *de unit. Eccl.* Et speciatim Tertullianus, qui *Lib. contra Praxeam* quasi ex professo Trinitatem Personarum & naturæ unitatem in Deo docet, atque evincit. Unde patet, quam inepte in partes suas trahere Tertullianum conentur Sociniani: proinde filum traditionis abscissum est nunquam.

§. V. Tres igitur in Deitate Personæ sunt, reipsa distinctæ, Pater scilicet, Filius, & Spiritus S. Solemne quidem est Unitariis nobis objicere, quod admittendo tres Personas, tres Deos effingamus; ast calumniosa ista objectio refellitur ex eo, quod in tribus illis Personis unam, eandemque numero essentiam seu substantiam propugnemus.

Controversia, quæ aliquando ipsos inter Catholicos vigebat, aliis unam *usian & tres hypostases*, aliis unam *hypostasin* & tres *usias* statuentibus, lis de voce erat, adeoque illos non fecit reipsa circa summam hujus Mysterii discordes.

§. VI. Pater in divinis Deus est, non tantum qua creator est omnium, & universorum causa substantiæ, aut etiam qua dedit nobis, ut filii Dei nominemur & simus: sed & vere ac proprie, imo multo verius, quam qui apud nos id nomen obtinent, quatenus Scriptura teste habet filium *non factum, sed genitum & unigenitum*, adeoque non adoptione aliunde adscitum, sed naturalem, verum ac proprium.

Generationis divinæ, veræ, propriæque, at singularissimæ & inenarrabilis, non ignorabilis, modum S. Scriptura explicat per analogiam Verbi, quod intus in animo non temere sed certa ratione concipimus, quo nobis *primo* per interiorem ideam, postea vero etiam aliis per interioris ideæ nostræ manifestationem loquimur. Hic modus removet, quæ Deo indigna continet generationis corporeæ notio.

§. VII. Jesum Christum Dei Filium Deum esse invicte demonstratur ex iis, quæ sacræ Paginæ de ejus Nomine, Nativitate, Natura ac Potestate attestantur; ex quibus omnibus eo efficacius erit argumentum pro vera Christi Divinitate asserenda, quo minus verisimile est, omnes hos veræ *Divinitatis* characteres fuisse Christo improprie tributos. Præterea fundamentale hoc dogma utriusque Testamenti præconiis assertum, fidelis etiam traditio ab Apostolis per Ante- & Postnicænos Patres ad nos transmisit.

Expressiones aliquantulum duriores, quæ in scriptis Patrum Ante-nicænorum hinc inde occurrunt, non nimium ad vivum resecandæ, sed potius per constantem ipsorum & Ecclesiæ doctrinam benigne interpretandæ sunt, sapienter enim observavit S. Hieron. in Apol. contra Ruffin.

Antequam in Alexandria quasi dæmonium meridianum Arius nascere-
nocenter quædam & minus caute locuti sunt.

§. VIII. Jure ac prudenter symbolo Nicæni Concilii vox *Homou-*
serta fuit, quippe qua Filii Divinitas, naturæque cum Patre æquali-
versus ejus impugnatores luculentissime explicatur. Hinc voca-
istud S. Athan. *in Epist. de Synod.* bene vocat *columnam & cippum, qu-*
norum impietas proscribitur, & velut tropbæum de ea superata statuitu-

Vocabulum hoc fertur quidem reprobatum in Concilio Antio-
de qua tamen reprobatione facta dubitare merito licet: sed esto, n-
catholico, sed perverso Samosateni sensu reprobatum est.

§. IX. Deplorabilis quidem erat lapsus Patrum Ariminensium
consistens, quod formulæ ab Arianis sibi oblatæ, in qua suppress-
vox *Homousios*, subscripserint, nuspiam tamen de voce hac aut con-
stantialitate Filii divini male senserunt, aut in hæresin lapsi sunt.

Ex iis, quæ tam in Concilio acta, quam quæ illud subsecuta sunt,
time colligi potest, Patres consensisse in suppressionem vocis *Homo-*
non erroris hæretici tuendi causa, sed potius ut rebus catholicis con-
lerent, adeoque dictam vocem ex prudenti quadam œconomia dissimu-
runt ad præcavenda majora mala, quæ eventura non ex vano timebant,
si Catholicis in exilium pulsis, eorum Ecclesiæ Arianis cessuræ esse-

§. X. Communis fere hucusque sententia tenuit, LIBERIUM P. P.
tædio biennalis exilii fractum formulæ Syrmiensi subscribendo, atque S.
Athanasium condemnando reditum in Urbem obtinuisse; alii re diu mul-
tumque perpensa decantatus ille Liberii lapsus valde dubius evadit ...
nos eundem neque in condemnationem S. Athanasii consensisse, neque
ulli formulæ Syrmiensi subscripsisse cum modernis criticis cont...

Quod Liberium ab omni lapsu vindicemus, nemo miretur, cum ...
fragmenta Hilariana aliaque lapsum Liberii testantia fundate rejic...
prætensum illum Liberii lapsum suppositium, & non nisi ad invidiam ...
manorum Pontificum nomini conflandam à malevolis hominibus ex-
gitatum dicamus, necesse est.

§. XI. Spiritus sanctus non est mera energia & virtus Dei Patris ...
creatura solo gradu ab Angelis differens, sed vera est ac subsistens per-
sona Divina, verus Deus, Patri Filioque consubstantialis, cum ...
Filio, à quo utroque tanquam ab uno principio procedit, simul ado-
dus ac conglorificandus.

Falluntur, aut fallere intendunt Græci, dum jactant, antiquos Pa-
suos nihil de Spiritus sancti ex Patre Filioque processione scripto
signasse, suoque schismati velut causam inepte obtendunt additio-
Filioque ad illum symboli Constantinopolitani articulum: *qui ex ...*
procedit, optimo jure à Latinis adjectam.

O. S. C. S. M. E.

APOPHTHEGMATA POLEMICO-SACRA

IN LIBROS

Josue, Judicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdræ, Tobiæ, Judith, Esther, Machabæorum, Sapientiæ, Ecclesiastæ, & Ecclesiastici,

QUÆ

PRÆSIDE

F. MODESTO MOTTER,

Ord. FF. Min. S. Francisci Recollect. Lectore Ordinario

Publicæ Crisi exponent.

F. SOTER THOMÆ, Assistens Studii.
F. AURELIUS DIEFFENHARD, Sacerdos.
F. INNOCENTIUS PETERS, Sacerdos.
F. JUNIPERUS ARNZ, Diaconus.
D. MATHIAS NOETHEN, Aquensis.

Aquisgrani in Aula publica ante & post prandium horis consuetis. Anno 1781. die 17. May.

S. Scripturæ & Ss.tæ Theologiæ Auditores.

Aquisgrani typis J. W. Müller.

IN LIBRUM JOSUE.

Quem in fronte gerit liber, eundem (quidquid pro Esdra Masi... Samuele Abulensis, pro aliis dixerint alii) probabilius agnos... thorem. Potissimum Libri argumentum sunt transitus Jordanis, ... natio Chanaan, ejusque inter Tribus facta divisio. Chananæos jussi... anathemati devoveri, omniaque ferro & igne expiari, ne quid ... maneat de gente pessima, idque fideliter executioni mandare no... tavit Josue, Heros incomparabilis. Plurima hic effulgent mori... empla, gesta ac dicta, quæ Principem, quæ Magistratum, quæ omnes ... cent superiores.

APOPHTHEGMATA SACRA.

+ ibid: ut loqueretur Deus immediate per semetipsum, non per angelum—

+ C. 5. 14 Adorant adoratione latreutica, consequenter apparens haud fuit Spiritus creatus sed increatus

C. I. v. 1. *Factum est.* Justis Moysi non inchoate, sed complete persolu... tis.+ ℣. 3. *Præparate cibaria.* Minus congrue contendit Menochius ... agi de Manna. Ibid. *Post diem tertium.* Immerito hic aliqui Josue insimu... lant mendacii, cum per prolepsin vel histerologiam citetur præceptum, quod post exploratorum reditum promulgavit Josue. C. II. 1. *Domum meretricis*, proprie talis, uti exigit Hebr. Zonac, & Græc. Porne. C. III. 16. *Steterunt aquæ.* Hic digitum Dei nemo non videt; Systemata prin... incredulorum hoc in puncto impia esse consequitur.+ C. VII. 1. *Filii Israel.* Vel Enallagen, vel plures Achani in crimine agnosce socios. ℣. 7. *Utinam mansissemus.* Incredulitatis nota inepte inuritur Josue. ℣. 25. *Lapidavit* Lapidatum ignis absumpsit. Eadem supplicii pœna ... fuisse Achani proles, innuere videtur contextus. Neque id ... Ezech. XVIII. 20. *Filius non portabit iniquitatem patris*, etsi ... terni nec umbram contraxisse supponas. C. IX. ℣. 15. *Fecit pacem* ... suppositis supponendis, quamvis eos Chananæos esse agnovisset. ... *Jurarunt eis.* Nil piaculi in hoc deprehendimus juramento, qu... tra plurimum obligationis. C. X. 11. *Misit lapides*, scil. grandinis ... Calmeto nimis ardua hæc videatur interpretatio. ℣. 13. *Steterunt ... Luna.* Nec ex textu, nec ex contextu eruitur, Hagiographum ... clarioribus miraculum describere terminis. Ibid. *In libro justorum* ... penitus intercidisse non inficiamur; ex eo tamen omnes S. pe... bros, non concludet ullus. ℣. 14. *Non fuit... tam longa dies*, etsi ... ianam, de qua IV. Reg. XX., Josuana longiorem quis statuat; Jo... men de falsitate haud convincet.

C. XI. 19. *Non fuit civitas, quæ se* (male quidam codices legunt ... negatione: *non*) *traderet.* C. XIII. 14. *Tribui Levi non dedit possessionem* ... buit tamen sine antilogia multam. ℣. 22. *Balaam... Ariolus.* Hunc ... nis vatem fuisse, nec ex ipso nomine exsculpere, nec ex circumstantiis ...

... valent Wouters, Alapide &c. C. XV. 8. *Hæc est Jerusalem.* Hic Jerusalem attribuitur filiis Juda, C. vero XVIII. 28. filiis Benjamin citra contradictionem. ℣. 14. *Delevit Caleb.* Ut hæc concilientur cum C. X. & XI., neque ad Metonymiam cum Lyrano, neque ad duas Dabyras & Hebrones cum aliis recurrendum arbitramur. ℣. 17. *Frater Caleb.* Etsi Fratrem Germanum aut uterinum supponas, Calebum tamen Othonieli illicite conscendisse thorum filiæ suæ Axæ, ex Levit. XVIII. haud conficies. C. XVI. 8. *In mare*, non mortuum, sed mediterraneum; proin tò falsissimum mendose in Biblias irrepsisse scitè reflectit Buckentop. C. XVIII. 10. *divisit.* Ab hac divisione Siluntina, non Galgalæa, computandi veniunt Anni Sabbathici, in quibus nullam dimittendi servos agnoscimus obligationem: simul & Anni *Jubilæi*, quos onere remittendi debita non gravamus ullo. C. XXI. 21. *Urbes confugii, Sichem.* Omnes urbes hic recensitas fuisse refugii, inepte inferes. ℣. 41. *Omnem terram.* Multum nihilominus supererat terræ ipsis necdum subjectæ. C. XXIV. 12. *Misit crabrones* propriè dictos.x Ferendi non sunt, qui hic ad metaphoram recurrunt. ℣. 14. *Auferte Deos.* Quomodo auferent, cum illo tempore idola non coluerint? ℣. 27. *En lapis.* Elegans profecto Prosopopæia.

x certum scilicet animalculorum genus.

Digressiones Polemicæ.

C. I. 1. *Loquebatur Dominus.* Omnes, quotquot sunt, in L. V. apparitiones per spiritus creatos factas esse sustinent Smitsius, Alapide, Calmet, aliique non pauci summæ eruditionis viri; salva interim eorundem authoritate oppositum sicut litteræ proprietati (qua apparens dicitur Jehova) magis conforme esse, ita & errori Socinianorum minus favere videtur. ℣. 3. *in terram promissam*, contra cujus fertilitatemx, quot verba, tot evomit mendacia Voltaire Histoire univers. T. I. Pag. 337. C. III. 3. *Arcam.* Invictum hinc deducitur argumentum cont. hæret., qui venerabilis Sacramenti expositionem ac circumgestationem impie sugillant. C. IV. 9. *Posuit lapides.* Per consequens mos Cathol. erigendi Statuas ac imaginesx ne umbram quidem designat superstitionis. C. V. 2. *Cultros lapideos*, de præcepto, non de necessitate circumcisionis adhibendos. Ibid. *Circumcide secundo*, relate ad incircumcisos: inane proin fundamentum, quod hinc desumit Anabaptista. C. VI. 21. *Ab infante.* Mandatum Dei Josue datum, ac tot evidentibus signis & miraculis stipatum de totali Chananæorum exterminio barbaricæ inhumanitatis blaspheme insimulare audet Voltaire Philos. de l'hist. P. 176. C. X 13. *Sol & Luna.* Systema Copernicanum Philosophis committimus discutiendum; huic enim immorari nostrum non patitur institutum. C. XXIV. 15. *Optio vobis datur.* Hominem gaudere libertate indifferentiæ, clarescit cont. Hæret.

x quam Sacra et profana attestatur antiquitas

x in memoriam beneficiorum Dei, Christi, Sanctorum, heroicorumque eorundem actorum,

Circumcide secundo: Ejusdem observantia præcipitur relate ad eos, in quibus omissa erat in deserto: inane proin fundamentum, quod hinc desumit Anabaptista; Talem enim agere de incircumcisis, contextus a V. 4 in aprico sistit

IN LIBROS JUDICUM ET RUTH

In Libro Judicum talis deprehenditur, exhibeturque Religionis [illegible] Principum authoritas, ut rerum gerendarum successus, ut omnis [illegible] felicitas ab ea plurimum dependeat, ea vero neglecta omnia in [illegible] trahet, divinamque ultionem in caput suum provocabit temeritas [illegible]

APOPHTHEGMATA SACRA.

C. I. 1. *Consuluerunt* mediante Pontifice per Ourim & Thummim [illegible] Oleum perdunt, qui hæc præter rationalis gemmas aliud [illegible] distinctum importare autumant. ℣. 2. *Judas.* Non est nomen [illegible] ris viri, sed Tribus Juda. ℣. 5. *Adonibezech* distinctum ab eo, de quo [illegible] ℣. 8. *Cœperunt eam*, scil. Jerusalem, quæ capta fuit ante [illegible] mortem Josue.+ C. II. 5. *Locus flentium.* Ex eo, quod hic [illegible] ficasse legatur, haud sequitur fuisse Silo. ℣. 15. *Utraque manu* [illegible] ambidexterum fuisse deducimus.# C. IV. 4. *Debbora*, cui dignitas [illegible] turæ non est deneganda. ℣. 21. *Jabel clavum defixit*, & quidem [illegible] VI. 18. *Portans Sacrificium.* Gedeonem hospiti, tam prospera [illegible] convivium parare voluisse, circumstantiæ suadent. C. VIII. [illegible] *Ephod.* Gedeonem ex hostium exuviis conflasse idolum [illegible] ast interpretatio nimium injuriosa Duci, cujus fidem commendat [illegible] lus Heb. XI,+ ibid. *Factum est Gedeoni & . . . Domui.* Nil [illegible] to & sumatur exegetice. C. XI. 1. *Filius meretricis* propri[illegible] *votum*, quod pie adimplevit Jephte, dum ℣. 39. *Filiæ suæ fe*[illegible] *verat.* Quantum decertatur, ait eruditissimus Smitsius noster [illegible] *cobo*, ut à levi expurgetur mendacio: quot interpretum pugna [illegible] dith ab omni oris & operis delicto tueantur immunem? Num [illegible] si factum Jephtæ Ducis sapientia æque ac sanctitate insignis ab [illegible] beremus parricidio? proin Jephtam à cruenta filiæ suæ immol[illegible] solvamus oportet. C. XIV. 3. *Quia vis.* Hoc Samsonis factum [illegible] Judicibus Lyrano, Alapide &c. quos non accedimus. [illegible]

C. XV. 4. *Cepit* 300. *Vulpes.* Ovidianas sibi occini fabulas [illegible] profani sæculi hujus scioli, queis tamen indubitatum, Leon[illegible] 100. à Pompejo 600. à Julio Cæsare 400. in medium fuisse [illegible] Ergone minus ferax Vulpium Palæstina, quam Leonum Africa. [illegible] 4. *Amavit mulierem*, scil. Dalilam. Meretricem diserte non appellat [illegible] circumstantiæ tamen & facta non uxorem, sed pellicem redolent, [illegible] ostentant characterem. ℣. 30. *Moriatur anima mea.* Synecdochice [illegible] lige. Licitene potuit exitium inferre hostibus, etsi communi [illegible] illis fato obvolvendum nosset? benigniori adhæremus sententiæ [illegible] Ruth. C. I. 1. *In diebus unius Judicis.* Sub quo Judice historia Ruth

[illegible] Script. non determinat. ℣. 2. *Ephrathæi.* Quomodo Elimelech [illegible] cum fuerit de Tribu Juda, petituro exponetur. ℣. 4. *Moa*[illegible] Nobis videntur egisse contra legem Deut. VII. & XXII. C. III. [illegible] Ex hoc Noëmi Consilio & Ruthæ facto erui nequit, eam illis [illegible] ut vultus venustate impuri amoris flammam in Booz [illegible] C. IV. 5. *Booz.* Non duos, sed unum duntaxat ponimus [illegible] qui fuit filius Salmonis & pater Obedi.

Digressiones Polemicæ.

C. VIII. [illegible] *Gladius Domini & Gedeonis.* Deo itaque simul & Sanctis [illegible] honor, quin ulla per hoc sequatur æquiparatio. Inep[illegible] vituperantur inscriptiones Templorum ac Altarium: *Deo* [illegible] &c. C. XI. 30. *Vovit.* Votum Jephtæ sapiens fuit & [illegible] executio religiosa, sicque vota obligatorie servanda cont. [illegible] Victimas humanas Deo odibiles esse non ignoravit Jephte; eas ve[illegible] stabilitas, nullumque in historia sacra punctum esse, de quo [illegible], in novis suis *Miscellaneis & Diction. Phil.* mendaciter asse[illegible] Voltaire, &c. Ex C. XIII. 5. Samsonem in utero matris sanctificatum [illegible], haud deduces. Lib. Ruth C. III. 4. *Dominus vobiscum.* Hanc sa[illegible] formulam, quam Ecclesia in Sacrificio Missæ, simul & precibus ho[illegible] frequenter usurpat, improbabit nullus.

IN I. LIBRUM REGUM.

Historia Regum moribus instruendis utilis est, ac in exemplis exhiben[illegible] lucida. Ex his Libris discant Pseudo-Politici, apud quos Reipublicæ ancillatur Religio, cultum veri Dei potiori loco habendum esse, si Respu[illegible] voluerint esse salvas.

APOPHTHEMATA SACRA.

C. I. 1. *Elcana Ephratæus*, ratione domicilii, non sanguinis. ℣. 20. *Sa*[illegible] muel. Hic nec Levita, nec Sacerdos, multo minus fuit Pontifex. C. II. 25. *Quia voluit.* Tò *quia* per hebraismum ponitur pro *idcirco.* ℣. 35. *Suscitabo.* [illegible] Sadocum indigitat, quem Salomon III. Reg. II. *posuit pro Abiathar.* C. III. 3. *Lucerna.* Hanc de die in Templo extinctam credunt Lyra, Alapide &c. contraria nobis sedet opinio. ℣. 14. *Non expietur iniquitas*, quæ non pro culpa, sed pro pœna temporali ponitur; ex his proin verbis Heli [illegible] damnatum esse, perperam concludunt aliqui. C. VI. 19. *Percussit* 50. *Mil*[illegible]. Huic lectioni adstipulamur.+ C. VIII. 5. *Constitue.* Impia ac Deo simul [illegible] Samueli injuriosa postulatio. ℣. 11. *Jus Regis*, non legitimum, sed usur[illegible] C. X. 1. *Olei*, ab eo, quo inaugurabantur Sacerdotes, distincti. C. XIII. 1. *Filius unius Anni.* Vix in Script. nodum reperire est intrica-

+cum conformiter ad Codices Latinos legant Hebræi, Græci, et Chaldæi

riorem. Felicius non solvitur, quam referendo tò *Filius* ad ℣. ult. …
Perrexit omnis populus. Tò autem, *duobus annis* ad ℣. 2. C. XIII. …
sibi Saul. Ut proin sensus sit : Anno uno Regni elapso, convocato…
in Galgala, confirmatus est Rex : duobus autem annis regnavit …
horte regia, & *elegit sibi* &c. . C. XIV. 18. *Applica.* Arcam secund…
spatiis imaginariis versari, Smitsius noster in aprico sistit. C. X…
Peccavi. Pœnitentia, utpote ex metu Regni amittendi, feria no…
C. XVI. 14 *Spiritus nequam*, scil. Dæmon, qui à Davide per Cithar…
num partim vi naturali, partim supernaturali fugatus est. C. XX. 2…
Calendæ sunt. Harum originem merito sibi vindicabat Moyses: illo di…
tita non erant opera servilia. C. XXI. 13. *Defluebant salivæ.* In hoc …
tagemate piaminis nihil. × C. XXVIII. 12. *Samuelem.* Hic vere Sauli …
spectandum præbuit, non ope dæmonis, aut arte magica Pythonissæ, se…
jussu Dei excitatus. C. XXX. 6. *Mortuus est Saul.* Utut pro salute Saulis
decertent Rabini, illis tamen S. Textus suppetias non videtur conferre
ullas.

× C. XXIV. Ecce dies. David jure non potuisset in Saulem violentas injicere manus.

Digressiones Polemicæ.

C. II. 2. *Quis orabit.* Ex hoc pessime concludes cum Novatianis, peccatum directe contra Deum fore simpliciter irremissibile. C. IV. 4. *Tulerunt Arcam.* licitè : argumentum, quod Kemnitius jactat insolubile cont. deportationem Ven. Sacramenti, plane stramineum fore nemo non videt. C. VII. 12. *Lapidem.* Tale monumentum erigere non est nefas, nec *Levit.* XXVI. contrariatur. C. XII. 19. *Ora … pro servis tuis.* Quanto magis in N. T. licet implorare opem Sanctorum in cœlis ? C. XV. 3. [illegible]… *Lactantem.* Justissima est tum hic, tum alibi à Deo lata de exterminio sententia. Argutiæ *Voltaire* vix merentur refutationem. C. XXX. 7. *Applica…* Ex hoc non conficies, Regibus fas fuisse, per Ourim & Thummim promiscue consulere Dominum. C. XXXI. 3. *Ecce gladius.* En morem antiquissimum in Templis suspendendi Anathemata.

IN II. LIBRUM REGUM.

C. I. 4. *Ut docerent arcum.* Mentem Spiritus S. assequi videntur, qui per arcum intelligunt titulum Epicidii. C. II. 10. *Duobus Annis.* Id intellige non absolute, sed de regimine pacifico. ℣. 14. *Surgant pueri*, Id e… Juvenes bellicosi, & *ludant* ludo gladiatorio. Abner & Joab hic graviter … C. V. 6. *Cæcos & claudos* proprie tales. C. VI. 7. *Ozam* p… liquisse censemus. C. V. 6. … eumque simul in Oza pu… *cussit.* Nedum Ozam, sed & Davidem peccasse, eumque simul in Oza pu… —

David de Syris 700. currus (I. Paral. XIX. 7000. currus) & 4000. equitum (I. Paral. loco cit. peditum) Quomodo hæc inter se concilientur, exponet Responsalis. C. XI. 4. *Dormivit cum ea.* David, quem nec Leo, nec Ursus, nec Goliath domare potuerunt, omnium hostium suorum victor, mulieris forma captus & victus adulterio adjungit homicidium. C. XII. 1. Nathan. Hic distinctus fuit ab illo, cujus Lucas C. III. meminit in Genealogia Christi. C. XII. 30. *Tulit Diadema*, nequaquam in legem Deut. VII. Impingens. ℣. 31. *Serravit & circumegit. . . Ferrata carpenta.* Nec propterea impius aut crudelis, qualis depingitur à quibusdam. C. XIII. 13. *Non negabit me tibi.* Hoc proposuit Thamar, ut spe & promissione nuptiarum eludat fratrem insano amore furentem. C. XIV. 5. *Vidua ego sum.* Parabola est, non vera historia. ℣. 26. *Ponderabat capillos capitis sui 200. siclis.* Hi sicli capillorum erant pretium, non pondus. ℣. 27. *Nati sunt Absolon filii tres.* Id non adversatur C. XVIII. Ubi dicit : *non habeo filium.* C. XV. 7. *Post 40. Annos.* Hi probabilius computandi veniunt à prima Davidis unctione. C. XIX. 23. *Non morieris.* Summa religione juramenti fidem servavit David. C. XXI. 9. *Dedit eos in manus Gabaonitarum.* Hic Davidem non tam judicem, quam divinæ sententiæ executorem egisse, censemus. C. XXIII. 1. Verba Davidis, qua Prophetæ novissima, queis velut sigillo quodam omnem Prophetiam, Psalmis à se compositis comprehensam, consignat. ℣. 8. *Interfecit 800.* at I. Paral. XI. 300. absque ulla discordantia.

Digressiones Polemicæ.

C. I. 12. *Jejunaverunt.* Ex hoc eruitur, quod pro defunctis opera pœnalia peragere, Hebræis fuerit usitatum ; per consequens gens Hebræa agnovit purgatorium. C. XII. 13. *Peccavi Domino.* Vox Saulis similis fuit, sed dissimile pectus. Casus majorum sit tremor minorum. Ex hoc liquidum est cont. Acatholicos, quod justus & prædestinatus possit labi graviter. Fluit insuper, quod etiam inveteratus peccator cum adjutorio Dei per contritionem perfectam resurgere valeat. Tandem aperte consequitur, remissa culpa sæpe remanere reatum pœnæ temporalis. C. XVI. 10. *Deus præcepit Semei, ut malediceret.* Blaspheme ex hoc infert Calvinus, Deum fore Authorem peccati.

IN III. LIBRUM REGUM.

C. I. 4. *Dormiebat cum Rege Abisag.* Hanc legitimam Davidis uxorem fuisse credimus. C. II. 31. *interficite eum etiam in Tabernaculo.* Hic Salomonem & Benajam ab omni absolvimus delicto. C. III. 1. *Accepit Filiam*

ejus. Has ob nuptias minime reprehendendus Salomon. ℣. 2. In
excelsis, in quibus victimas litare, Templo nondum extante, li
℣. 16. *duæ meritrices.* Non est, cur hic recedamus à proprio
ficato: *Zona.* C. IV. 26. *Habebat* 40000. *præsepia equorum.* Et
at II. Paral. IX. dicitur: 4000 *præsepium*, absque contradictio
2. *Domus.. habebat..* 30. *cubitos in altitudine.* Id non pugnat cum
IV. *Altitudo erat* 120. *cubitorum* C. VII. 6. *Duo millia batus.* Me
erat ordinaria: dum vero ad summum usque implebatur, tria
tretas capiebat. C. VIII. 9. *Nisi duæ Tabulæ.* Negatio est
modo autem id cum Apostolo Heb. IX. reconciliandum sit,
cemus. C X. 1. *Regina Saba.* Hanc curiosam mulierem non ex
sed ex Arabia felice allapsam, videtur verius. C. XI. 4. *Depravatum*
Salomonis *per mulieres.* Quam potentes mulierum illecebræ
Samson fortissimus, David sanctissimus, Salomon sapientissimus
qui stat, videat, ne cadat. ℣. 43. *Dormivit.* Optime loqui vide
de æterna Salomonis sorte pie sentiunt ac benigne. C. XII
aureos. Oleum perdit Grotius, dum Jeroboamum, popul
latria excusat,† C. XVI. 7. *Hoc est filium Hanani Prophetam*
esse de textu, verosimilius post Lyranum docet Bukent
Ipse sit Deus. Immerito à quibusdam nota temeritatis
XXI. 10. *Benedixit.* Verius quid adferunt, qui τὸ *benedi*
sin pro maledicere accipiunt. C. XXII. 15. *Ascende... & trad*
mendacium. Locutio est ironica. ℣. 20. *Quis decipiet Achab*
popatheia. ℣. 22. *Egredere.* Verba sunt Dei non jubentis, sed
tis. ℣. 23. *Spiritum mendacii* non impediendo. ℣. 34. *Inter*
stomachum. II. Paral. XVIII. *Inter cervicem & scapulas.* Utrumque

[handwritten margin note:] † neque audiendi sunt, qui pro vitulos intelligunt cherubinos, tantum demon imo et amplius detrahunt prophetis, Osea, Ahia etc, quantum favent Jeroboamo.

Digressiones Polemicæ.

C. II. 25. *Pro Abiathar.* Ex hoc Salomonis facto ineptissime
tur, Regibus competere jus in Pontifices, ut eos creare vel ex
valeant. C. VIII. 29. *Erit nomen.* inde *cont. hæret.* deducitur,
unum locum præ alio recurrere, ut citius nostræ exaudiantur p
se superstitionem haud redoleat ullam. ℣. 39. *Tu solus.* Perperam
inferunt Sectarii, Sanctos jam defunctos non cognoscere viventium
ces. ℣. 63. *Dedicavit* Salomon. Id nullatenus patrocinatur eis, qui
crorum in Principum sæcularium adulatorie conjiciunt humeros. C
14. *Ego solus.* Ex hoc non conficiet hæreticus, tempore Eliæ totam
defecisse Ecclesiam; multo minus Ecclesiam N.T. deficere posse. C
6. *Da... Vineam.* Illimitatam de bonis privatorum disponendi pote
haud nactos esse Principes, terrifica comprobat historia Achabi Reg

Dominium Principis altum non habet locum, nisi exigente necessitate utilitate publica.

IN IV. LIBRUM REGUM.

C. I. 10. *Descendat ignis.* Hoc Eliæ factum ab omni absolvimus crimi-
C. II. 9. *Duplex Spiritus.* Gratiam duplo majorem postulasse Elisæum,
Wouters, sed donum duntaxat petiit Prophetiæ ac Miraculo-
Cælum, non empyreum, sed inferius quoddam. C. III. 27. *Fi-*
in holocaustum, exemplum non habens in Jephte, quippe qui
sed mystice suam immolavit Filiam. C. IV. 35. *Oscitavit.* Con-
Scripturæ testimonium argumentantur, qui, ut Miracula ex-
puerum non mortuum, sed morbo, à Medicis Syncope dicto, cor-
afferunt. C. V. 14. *Restituta est caro*, scil: Naaman Syri. Aquæ Jor-
naturalem non inesse ad depellendam Elephantiasin, Luc. IV. satis
Christus. C. VIII. 30. *Sanaberis.* Elisæum Hazaeli falsum persuasisse
℣. 26. *Annorum 22. erat Ocbozias. cum regnare cœpisset.* Quo-
cum II. Paral. XXII. *Annorum 42. erat*, rogati dicemus.
Colum cum amplius. Torque, ut libet, textum cum Menochio, mali-
haud absterges. C. XIV. 29. *Dormivit Jeroboam*, morte non
naturali extinctus. C. XVIII. 4. *Confregit serpentem*, à Moyse
mandatum Dei erectum, & quidem jure optimo. C. XX. 1. *Morieris tu*,
id, quod Ezechiæ denuntiat Isaias, non absolute, sed conditionate intelli-
gendum venit. ℣. 11. *Reduxit umbram.* Circa hoc prodigium celebre cele-
bris est controversia. Manus dare cogimur illis, qui umbram duntaxat, non
Solem recessisse sentiunt. C. XXII. 8. *Librum legis*, quem fuisse Autogra-
phum Moysis indicat S. Textus II. Paral. XXXIV. Sublestæ nobis fidei est,
omnes S. Paginas unquam intercidisse, adeo ut per Esdram memoriter fue-
rint restitutæ. C. XXV. 8. *Septimo die mensis quinti ... venit Nabuzardan.*
Jerem. LII. id factum dicitur *decima die.* ℣. 27. *Die* 27. *sublevavit Evilme-*
rodach ... Joachin. Jerem. LII. *die* 25. Has Antilogias dissolvet Defendens.

[handwritten margin note:] Vid: Calmeti Dissertatio hanc in rem elaborata

Digressiones Polemicæ.

C. II. 9. *Ut iterum fiat Spiritus.* Turpiter errant, qui hoc in Textu deprehen-
disse sibi videntur quædam Metempsychoseos vestigia. C. XIII. 21. *Revixit*
homo. Ex hoc elucet cont. Acatholicos, quantum ponderis habeat S. Virorum
intercessio, ac quanta in veneratione habendæ eorundem Reliquiæ. Quæ ob-
movet Rousseau, futilia sunt & vilia, adeoque non digna responso; ars enim
resuscitandi vere mortuos nec inventa est, nec ab ullo quæretur sapiente.
C. XVIII. 4. *Confregit.* Ex hoc ineptissime concludunt Hæretici, imagines
Christi pariter & Sanctorum confringendas fore, abrogandasque.

IN DUOS LIBROS PARALIPOMENON.

Paralipomena aliud non indicant, nisi prætermissa. Opus hoc soluta

captivitate Babyl. elucubratum esse, indigitat Edictum Cyrill. Par... mo C. pro Authore adducitur nihil, quod conjecturæ excedat lim...

APOPHTHEGMATA SACRA.

I. Paral. III. 17. *Filii Jechoniæ*, quem peroptime Jeremias C. XXII dixit *sterilem*. C. IV. 22. *Qui stare fecit solem*. Est interpretatio nomi... prii, quod secundum significationem suam transtulit, non vero ... transcripsit S. Hier. C. XXI. 1. *Ut numeraret*. Populo hic laben... haud apte affricat *Tirinus*. ℣. 5. *Mille millia, & centum millia virorum* II. Reg. XXIV. *Inventa sunt octingenta millia*. ℣. 25. *Dedit Siclos auri* ... Et II. Reg. XXIV. *Siclos argenti* 50. Hæc conciliabit Defendens. C. ... 11. *Domum*. Quanta hujus fuerit magnificentia, colligi datur ex ... eidem impensis; David enim præparasse legitur ℣. 14. *Auri talenta* ... *millia, & Argenti mille millia talentorum*. Hæc auri talenta juxta ... nostrum æquivalent 7305619583. Florenis monetæ Brabanticæ; ... vero 5038358333. Florenis ejusdem monetæ. Fabulam hæc ... bi divini osoribus, queis tamen Alexandri M. divitiæ, aurei ... na &c. sunt fidei minime suspectæ.

II. Paral. I. 7. *Apparuit*. Novum sanè est ac mirum, ... posse effundere preces, tantique meriti preces. Somnium ... turale fuit, sed extaticum. C. V. 10. *Nisi duæ tabulæ*, scil. ... græ, non fractæ: multo minus *librum legis* intra Arcam ... ex Deut. XXXI. evincit Calmet. C. XXI. 12. *Litteræ*, quæ pro... co, in quem raptus est Elias, Joram Regi allatæ videntur. C. ... *De qua facta sunt vasa Templi*. Apparenter, non reipsa IV. Reg. ... habes contrarium. C. XXIX. 1. *Ezechias regnare cœpit*, cum 25. ... *norum*; hinc videtur nonnullis, quod Achaz anno vitæ suæ unde... nuerit Ezechiam. Mallem id admittere, quam quibusdam con... Ezechiam duntaxat fuisse adoptivum Achazi filium.

Digressiones Polemicæ.

I. Paral. XVI. 40. *Juxta omnia*. Hic locus non favet sectariis ... scribendos omnes Ecclesiæ ritus. II. Paral. C. XV. 3. *Absque vero* ... *cerdote & Lege*. Ex hoc ineptissimè deducunt Novatores, Ecclesiam ... posse deficere. C. XXV. 13. *Omnis Juda*. En precum publicarum ... tas. C. XXVI. 18. *Non est tui officii*. Clarius nihil. cont. Protestantes ... quod Principes sæculares non audeant involare in jura Sacerdotum ... Deo percutiantur, uti Ozias.

IN DUOS LIBROS ESDRÆ.

Hi Libri complectuntur historiam libertatis à Cyro judæis con...

...Templi restaurationem, ac Urbis Jerosolymitanæ restitutio... ...nem. Liber primus, cujus nomine inscribitur, ejusdem labor creditur; Secundus vero Nehemiam suum inclamat Authorem.

APOPHTHEGMATA SACRA.

Lib. I. C. I. 1. *Ut compleretur*. Captivitatem Babyl. ad septingenos dun... ...bant Anno C. XXV. 12 prædixit Jeremias. Hi Anni exordium ducunt, non ab anno Joiakim 13., sed ab anno 4. inchoato Regni Joakim, & clau... ...duntur Anno 1. Cyri Regis Persarum. 70. Anni desolationis, de quibus Zacharias C. I. 12., ab annis Captivitatis distinguendi sunt, suum enim ... initium à tempore devastationis Templi & Civitatis IV. Reg. XXV. scil. ab Anno 11. Sedeciæ, finiunturque Anno 2. Darii Hystaspis. ℣. 3. *Omnia Regna*, non absolute, sed accommode. C. II. 62. *Ejecti sunt de* ... *jure Sacerdotali*, saltem provisionaliter. ℣. 63. *Donec surgeret*. Ex his con... ...*cont. Spencerum*, Oraculum Ourim semper in Templo primo per... ...*severasse*, ac post Capt. Babyl. in secundo revixisse. C. III. 12. *Flebant*, quia hoc, quod surgebat Templum, magnificentiæ ...joris Salomonici haud respondebat. C. IX. 12. *Non quæratis prosperi...* ...tatem eorum. Esdras id consulendo legem charitatis non infregit. C. X. 3. *Abjiciamus uxores*, scil. alienigenas, nedum quoad thorum, sed & quoad vinculum conjugale. Lib. II. C. IV. 5. *Peccatum eorum non deleatur*. Hæc Nehemiæ oratio nulli adversatur virtuti; nam id genus dicta à Prophetis vel viris sanctis non sunt imprecatoria, sed partim prophetica, partim justitiæ divinæ approbatoria. C. X. 31. *Dimittemus. . . Exactionem manus*. Anno Sabbathico debita ex mutuo plane extincta fuisse propugnant Bon... ...frerius, Calmet &c. ast illa suspensa duntaxat fuisse ac sopita, annoque illo transacto revixisse, censemus verius.

Digressiones Polemicæ.

Lib. I. C. V. 5. *Oculus Dei*. Indignissimam Dei ideam sibi fabricarunt An...thropomorphitæ corpus & membra ei tribuendo. C. X. 1. *Esdra jacente ante Templum*. Stolide proin sugillatur inter orandum corporis demissio, prostratio, aut manuum expansio, tanquam superstitiosa. ℣. 11. *Separa...mini*. Per libellum repudii matrimonia hæc etiam quoad vinculum dis...soluta esse, nobis apparet verosimilius.

IN LIBRUM TOBIÆ.

In geminos Israëlitas, Patrem scil. & Filium, in regione infideli fideles, inter fratres corruptos incorruptos, inter sortem variantem invariatos: ...nulla valuerunt labefactare senioris animum, nec junioris frangere ...titudinem. Sublimius nihil, quam eorum documenta, ac vivendi ratio.

Liber hic Tobiam habet authorem. Non comœdiam aut fab veræ historiæ exhibet colorem ipse narrationis contextus. Ejus tas non quidem semper fuit agnita; de facto tamen de ejus divinita tare nefas est. Nec huic obstat, licet supponatur originaliter exaratus Chaldaica. C. I. 2. *Cum captus esset*. Id non pugnat cum IV. Regum X 20. *Mortuis sepulturam*. Recte & prudenter Tobias egisse censend dum etiam cum periculo vitæ mortuos sepulturæ mandabat. C. III *Rages*. Etiam supposita dictæ civitatis unitate non est discordantia inte cit. & C. IX. ℣. 8. *Asmodæus occiderat eos*. Hic incredibile nihil, divin enim in se æqualiter provocabant vindictam. C. IV. 18. *Panem & vinum* *per sepulturam*. Id, quod superstitionem haud sapit ullam. C. V. 18. *Ego sum* *Azarias*. Hæc Angeli responsa non mendacium, sed veritatem continent licet justis de causis velatam. C. VI. 1. *Canis secutus est*. Nihil hic inutile, aut Spiritus S. attentione indignnm. ℣. 8. *Fumus ejus extricat*. Angelica instructio Tobiæ hic instillata Talmudicas haud redolet fabulas. C. XIV. 6. *Revertentur*. Per consequens 10. Tribus in captivitatem abductæ avitas repetiere sedes.

IN LIBRUM JUDITHÆ.

Potissimum Libri hujus objectum est generosum Judithæ factum, indeque liberata ab hostibus Bethulia. Meliorem de hoc libro formant ideam ii, qui Judith non larvatam aliquam, sed veram in exemplum statuunt personam.

APOPHTHEGMATA POLEMICO-SACRA.

Quod tempus, quo contigit illa historia, incertum sit, Heterodo non juvat: interim defendimus hanc contigisse circa annum 40. Ma Regis Juda. Silentium Josephi non obstat; alias Herodiani infanticidii toria sublestæ foret fidei. C. I. 1. *Arphaxad* cum Dejoce confundendus, *Nabuchodonosor* à Saosduchino indistinctus. C. IV. 5. *Eliachim* Pontifex flore tempore Manassis. C. V. 3. *Quis populus*. Hæc interrogata veram arguunt Ho lofernis hac in re ignorantiam. ℣. 22. *Ante hos annos*. Achior non de C Babyl. sed de aliis intelligitur exterminiis. C. VIII. 1. *Judith* de Tribu meon, non Ruben. ℣. 18. *Non sumus secuti*. Merito hæc dixit Judith pus Manassicæ compunctionis respiciens. C. IX. 2. *Domine Deus*. Non S meonis factum, sed justam Dei de Sichemitis extollit vindictam. ℣. 13. C *piatur*. Familiare Holofernis consortium duntaxat intendit, se permissi habens ad vitia personalia procacis illius Ducis. C. X. 3. *Unxit se*. Jejuni precibusque tum publicis, tum privatis munita, ac divino adjutorio inni periculo, quod subierat, licite se commisit. C. XI. 5. *Vivit Nabuchodonosor*

Juditham hic perjurii ream esse falsum est. ℣. 13. *Misit me*. Mentita fuerit, quid inde? Invincibilis ipsam poterat excusare ignorantia.

IN LIBRUM ESTHERIS.

Libri hujus scopus versatur in demonstranda Dei erga Ecclesiam suam providentia singulari, qua interire illam, rebus licet jam conclamatis, minime permittit; imò in pressuris dilatatur magis, licet potentes, licet nobiles, licet Amanes contra eam caput erigant.

APOHPTHEGMATA POLEMICO-SACRA.

Errant turpiter, qui historiam Estheris nonnisi confictam credunt Tragœdiam. Fragmenta Theopneusta esse, nulla post Trid. Decretum potest esse dubitatio. C. I. 1. *In diebus Assueri*, id est: Darii Hystaspis, qui fuit maritus Estheris. ℣. 12. *Quæ renuit*. Bene fecit, dum Assuero non paruit. C. II. 6. *Qui translatus*. tò *qui* non refertur ad *Cis* sed ad Mardochæum. ℣. 16. *Ducta est*. Hoc Estheris connubium licitum fuisse, circumstantiæ suadent. C. III. 1. *Aman de stirpe Agag*. Dicitur & C. XII. *Bugæus*. ac C. XVI. *Macedo animo & gente*, Regnumque Persarum intendisse in Macedonas transferre, optime hæc cohærent. ℣. 2. *Non flectebat* laudabiliter, nam cultum Latriæ exigebat superbissimus Aman. ℣. 5. *Iratus est*, tum ob negatam adorationem, tum ob detectas insidias, sicque omnis evanescit Antilogia C. cit. inter & C. XII. ℣. 13. *Die 13. mensis Adar*. Si hæc dies inchoatæ, & 14. completæ internecionis statuatur, ℣. cit. cum ℣. 6. C. 13. concordiam habet. C. V. 2. *Placuit*. Id non falsificat ℣. 10. C. XV., ubi dicitur *terribilis aspectu*. C. VI. 3. *Nihil omnino mercedis*, quia præmii ex speciali Dei providentia non recurrebat memoria. C. VIII. 5. *Novis epistolis*, proin non probrosum, sed gloriosum est Principi, dum malis artibus deceptus sua corrigit Edicta. C. XII. 2. *Nuntiavit Regi*, non per se immediate, sed per Estherem Reginam. C. XIV. 18. *Ex quo translata*. Non agitur hic de captivitate quadam, sed de translatione Estheris ad Diadema regium.

IN DUOS LIBROS MACHABÆORUM.

Agnoscant hic increduli, si tantum fidei Hagiographo, quantum historico profano tribuant, olim publicam viguisse persuasionem de immortalitate animæ, de Angelorum ministeriis &c. Agnoscant & Hæretici, suosque corrigant errores de purgatorio, sacrificiis, suffragiis pro defunctis &c

APOPHTHEGMATA POLEMICO-SACRA.

Attenta diversitate æræ, quam sequuntur dictorum librorum Authores, omnis antilogiæ dissipatur nebula. Lib. I. C. I. 1. *Primus regnavit, ut*

Monarcha. ℣. 7. *divisit Regnum* virtualiter. ℣. 12. *Antiochus regn*
137., computando non à morte Alexandri M. sed ab æra Selec
℣. 59. *Libros Legis*, non omnes, sed aliquos. ℣. 57. *Die 15. mens*
incompletè profanatum est; complete verò 25., qua die elapso
C. IV. ℣. 52. emundatum est. C. IV. 6. *Gladios non habebant*, absque
nantia, licet ℣. 15. *Gladio ceciderint* plures. C. VI. 16. *Mortuus est ill*
non opponitur II. Mach. I. & IX., etiam posito, quod idem fuerit
chus. ℣. 45. *Ivit sub pedes elephantis*. Factum Eleazari laude dign
VIII. 16. *Committunt uni*. Nihil in eo falsi. ℣. 17. *Constituere amicitiam*. C.
nino licitè. C. IX. *Judas cecidit* Anno 152. Huic non obstat L. II.
nam ibi annus 188. cit. *datum* exhibet epistolæ præcedentis. C. XII.
Inventum est in script. profana: non sacra. C. XIII. 19. *Misit pueros*. Ho
tradendo Tryphoni excusatur Simon. Lib. II. C. I. 9. *Scenopegiæ Casleu*
non Tisri. C. II. 5. *Arcam & altare*. Hæc sacra Lipsana per Jeremiam oc-
cultata nunquam amplius fuere restituta. C. III. 26. *Flagellabant Heliodo-*
dorum, eo quod Ecclesiam expilare attentarit. C. X. 3. *Post biennium*. Id
nec ad Templi profanationem, nec ad mortem Antiochi, qui adhuc uno
anno supervixit, sed ad initium Principatus Judæ referendum est. C. XII.
45. *Qui cum pietate*. Merito laudatur Judas, quod pro defunctis jusserit
offerri Sacrificium. C. XV. 14. *Orat pro populo*. Visionem Judæ factam, ut
commentitiam, ineptissime respuunt hæretici. ℣. 39. *Sin minus dign*. Id-
circo erroris nequit incusari Author.

IN LIBRUM SAPIENTIÆ.

Potissimum hic versatur in Regum, Principum ac Judicum institutione.
Vere felix communitas, cujus clavus & gubernaculum Sapientia, non car-
nalis, sed sancta. Vere felices Reges, Principes & Judices, qui pro hac vota
sua & preces *Patri luminum* incessanter nuncupant. Hac destituti omnium
miserrimi, *quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet*. Sap. 6.

APOPHTHEGMATA POLEMICO-SACRA.

C. I. 4. *Non habitabit* Sapientia practica. ℣. 7. *Et hoc, quod continet*. E
græcismus pro: *hic, qui*. ℣. 14. *Medicamentum exterminii*. Non negat
Sapiens, venena in mundi genesi à Deo creata. C. III. 3. *Quod à nobis est*
exterminium. Exitus justorum, dum à nobis discedunt, ab impiis impie rep
ratur exterminium. ℣. 13. *Maledicta creatura*. Non damnat hic copulam co
jugalem, sed vagos concubitus. C. VIII. 19. *Animam bonam*. Ineptius nih
quam ex eo Sapienti affricare velle dogma da immunitate à peccato orig
nali. ℣. 20. *Corpus incoinquinatum*. Errant, qui hic animæ ante unione
cum corpore præexistentiam doceri credunt. C. X. 5. *In consensu nequiti*
Abraham non statuitur synchronus ædificationi Turris *Babel*. C. XIII, 1

Gentilem invocat. Catholicos impudenter carpit *Calvinus*, dum Deum in ima-
gine colunt. C. XIV. 15. *Tanquam Deum*. Gratis dato, quod hic idola-
triæ generatim sumptæ describeretur origo, tamen intentum suum non
haberet *Calvinus*. C. XVI. 18. *Ignis*. Si hic ignis mansuefactus, ab illo, qui
Exodi IX. grandini permixtus fuit, dicatur distinctus, contradictio est
imaginaria. ℣. 21. *Deserviens*. Varii varios *Mannæ* sapores solis conce-
dunt justis, igitur non mirum, quod nauseam contraxerint injusti. At
nobis præplacet, injustos pariter illa prærogativa donatos fuisse, causam
autem murmurationis assignabimus rogati. C. XVII. 4. *Personæ tristes*. Quæ
hic de Spectris, aliisque horribilibus referuntur, nequeunt labefactare li-
bri hujus authenziam. ℣. 18. *Agrestia in aquatica*. Non est sermo de fabu-
losa gentilium metamorphosi.

IN LIBRUM ECCLESIASTÆ.

Fœtus est Salomonis pœnitentis, quo in omnibus sub sole se nihil præ-
ter vanitatem offendisse profitetur. Unum tandem demonstrat solidum
fore ac perpetuum, cui duntaxat inniti oportet, scil. virtutem, timorem
Dei, ac Legis divinæ observantiam.

APOPHTHEGMATA POLEMICO-SACRA.

C. I. 2. *Omnia vanitas*. Pessime inde deducunt Manichæi, Creaturas
omnes esse malas. ℣. 4. *In æternum stat*. Ridicule ex eo concluditur mundi
æternitas. ℣. 9. *Quid est, quod fuit*. Noli venerari phantasmata Origenis,
qui hic magnum *Platonis* annum statui asserit. C. II. 24. *Melius est*. Quam
procul à mente Ecclesiastis elongetur stolidum *Epicuri* dogma. C. I. & XII.
clare evincunt. C. III. 19. *Unus est*. Nihil magis dissonum doctrinæ Eccle-
siastis, quam absurdissima de animæ humanæ mortalitate opinio. C. IV. 10.
Væ soli. Sermo est de solitudine, quæ ex avaritia aut misanthropia nasci-
tur, non de ea, ad quam pietas ac Religio inducit. C. VII. 27. *Mulierem
morte amariorem*. Præmissas mellis sequitur conclusio fellis, uti experimen-
to edoctus refert Author. ℣. 30. *Quis cognovit*. Solemne Scepticorum
principium in Ecclesiaste sese invenisse, falso asserunt Hallenses. C. IX. 1.
Nescit homo. Hæc gnome penitus evertit fidem specialem Pseudo-Refor-
matorum. ℣. 5. *Mortui nihil noverunt*, scil. meritorie agere. C. XI. 3. *Si ce-
ciderit lignum*. Hoc textu abuti Sectarios contra purgatorium, evidens est.

IN LIBRUM ECCLESIASTICI.

Author, qui Salomone multo est posterior, non intra moralem modo
disciplinam se continet, sed & politicam amplexus, omnibus in qua-
cunque vitæ necessitate sese præsto exhibet.

APOPHTHEGMATA POLEMICO-SAC

Librum hunc, quem cum suis exosum habet *Calvinus*, commen
quitas, & Ecclesiæ confirmat anthoritas. Nec juvat hæreticos, eti
liter supponatur græcè conscriptus. Prolo gus canonica caret auth
imo esto canonizatus supponatur, nihil, tamen est, quod authori Theo
to non conveniat. Nec obstat, quod de stylo sibi viso inconcinno
petat. Si per Evergetem, de quo in Prologo, intelligatur secundus
cessat difficultas. C. I. 9. *Ipse creavit illam*, loquitur de sapientia creata
carnata. C. 7. 15. *Non iteres verbum in oratione tua*. Prohibetur hic inde
tautologia. Confundantur ergo Hæretici, qui recitationem Rosarii imp
denter criminantur. C. XIII. 11. *Noli esse humilis in sapientia tua*. Vitios
non vera & christiana vetatur animi demissio. C. XV. 16. *Si volueris*. Ex h
clare evincitur, mandata Dei non esse servatu impossibilia, nec liberum a
bitrium in homine penitus fore extinctum. C. XVIII. 1. *Creavit omnia si*
mul. Tò *simul* refertur ad *omnia*, non ad *creavit*. C. XXV. 33. *à muliere ini*
tium factum est peccati, scil. quoad suasionem, non transfusionem. C. XXXIV.
30. *Qui baptizatur à mortuo*. Hic non agitur de N. L. Baptismo, unde haud
favet Donatistis. C. XXXVII. 23. *Qui sophisticè loquitur* inducendo in erro-
rem, *odibilis est*. C. XXXX. 29. *In tempore vitæ tuæ ne indigeas*. Intellige de
paupertate coacta, quæ ex inertia & otio nascitur, non de voluntaria Reli
giosorum. C. XXXXII. 14. *Melior est iniquitas Viri, quam mulier benefacien*
Expositionem hujus loci dabit Defendens. C. XLIX. *Præter David... om*
nes peccatum commiserunt. Et tamen gravissimè peccavit David. In eo nulla
est contradictio.

APPROBATIO.

Hæ positiones nihil continent contra fidem & mores. Leodii ha
Aprilis 1781.

G. LA RUELLE *Librorum Censor.*

Permittimus impressionem. Leodii hac 30. Aprilis 1781.

H. COMES DE ROUGRAVE Vicarius Genera

EXPOSITIO

DOCTRINÆ CATHOLICÆ DE TRADITIONIBUS

QUAM

UNA CUM PARERGIS SELECTIS

E

THEOLOGIA DOGMATICA

PRÆSIDE

ANSELMO BECKER

Ord. S. Benedicti, in Abbatia S. Pantaleonis M. intra Coloniam Professo, Ss. Theologiæ Doctore, & in Universitate Bonnensi, Theologiæ Dogmaticæ Professore P. & O.

BONNÆ IN AULA THEOLOGICA MAJORI

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTET

TERENTIUS TOPP, AQUISGRANENSIS,

Presbyter, O: M: Theologiæ, & Canonum Auditor

AD DIEM V. SEPTEMB. MDCCLXXXIX.

MANE A IX – XI.

Bonnæ, typis Joan. Frid. Abshoven, Universitatis Typographi.

Debet unusquisque non pro eo, quod semel ebiberat, & tenebat, pertinaciter congredi: sed si quid melius & utilius extiterit, libenter amplecti. Non enim vincimur, quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur.

S. CYPRIAN. in Epist. ad QUINTUM, quæ est 71.



OCCASIO SCRIBENDI.

Inter diversas Christianorum Societates nulla ferme est, quæ divinas utriusque fœderis Scripturas non amplectatur. Eas esse veritatis regulam certam & immutabilem, ibique contineri fundamenta, præcipua saltem Religionis revelatæ dogmata, una omnium vox est. Ast superest difficultas non levis, utrum ex iis, quæ *Christus ipse tradidit*, tum quæ post divini Reparatoris discessum, Spiritus sanctus Apostolis revelavit, nonnulla sint, ad salutem scitu, factuque necessaria, quæ sacratioribus literis minime consignata fuerint. *Protestantes* omnia, quæ Christi fidelibus ad salutem necessaria sunt, scripta fuisse, nihilque proin fide divina credendum, aut agendum esse, quod in Scriptura sacra clare non contineatur, fidenter pronuntiant; *Catholicis* contrarium adserentibus. Inde de *Traditionibus*, sive verbo Dei non scripto, tot, ac tantæ in Ecclesia lites. *Constat enim* (inquit Paul. Jos. A RIEGGER) (*a*) *hanc esse unam ex iis Controversiis, eamque*

(*a*) In *Instit. Jurispr. Ecclesiast.* Vindobonæ 1774. Part. I. §. 54. p. 44.

que gravissimam, quæ Protestantes, & Catholicos magnopere
adeoque dignissima, ut modis omnibus & ubique stabiliatur.

Verum Illust. BOSSUET Controversiam hanc aut modo pitam, aut facile sopiendam existimasse videtur, dum in *statu super reunione Protestantium cum Ecclesia. Viennæ A* 1782. ad articulum D. MOLANI *Abbatis in Lokkum* infra §. cit. ita p. 99. respondit: *Si Protestantes consentiunt, scripturæ sum, aliaque permulta, Traditione duntaxat esse cognoscibilia, ulla superest difficultas.* Et pag. 227. ibid. ulterius inquit: *Neque litigandum videtur de Traditionibus, cum Viros doctissimos juxta, ac candidissimos testes habeamus, eam Protestantium moderatiorum esse sententiam, non solum ipsam sacram Scripturam nos Traditioni debere, sed etiam genuinum, & orthodoxum scripturæ sensum & multa alia.*

Longius progressus est quidam e Catholicis Author anonymus (NELLERUM putant), qui hanc omnem de Traditionibus disputationem, nonnisi quæstionibus *Scholasticis* adnumerandam esse censuit, dum *in Principiis Jur. Publ. Eccles.* Francofurti & Lipsiæ An. 1746. editis, Cap. II. *de Traditione* §. IV. ita scribit: *Quæstio hæc omnis* (lis de traditione) *quorsum denique recidat? nem-pe partim* IN JURGIUM MERE SCHOLASTICUM, *partim eo, quod Protestantes non satis intelligant, quibus Traditionibus stent Catholici.* Et ibidem §. X. hæc habet: *Traditiones* MERE-ORALES, *vel su dogmaticæ, vel disciplinares. An dentur* DOGMATICÆ *a verbo Di scripto plane separatæ, quarum ne obscura quidem mentio fiat in sa-cris paginis? Quæstio est* PURE SCHOLASTICA, QUÆ TANTAS RIXAS

HAUD

HAUD MERETUR. Subjungit §. XI.: *Mihi videtur, vix ostensum iri dogma aliquod pragmaticum, & fundamentale Religionis christianæ, quod traditione* MERE-ORALI NITATUR. Quantum sententia hæc NELLERI, *scholis* Catholicorum displicuerit, historia literaria *loquitur.* Plurimi, doctrina non minus, quam authoritate in*signes Theologi*, isthoc NELLERI adsertum, ut ipsis videbatur, *minus catholicum*, suggillare conati fuerunt (*a*). Nihilominus NELLERUS hac in re multos secum consentientes habuit, plures *forte habiturus*, nisi aut anathema Concilii Trid. Sess. IV. in*tentatum*, aut modernorum Criticorum censuram, æquo sæpius *acerbiorem*, reformidarent. Idcirco multi Theologorum palam *eloqui* non audent, sed per varia verborum involucra sensa *sua* prodere comperti sunt. Id omnino exploratum est, laudatum NELLERI opusculum, permagnæ utilitatis, & eruditionis esse, præsertim, postquam per censuram Vindobonensem, ea fuerint rescissa, quæ orthodoxas aures hinc in-

de

(*a*) Quos inter, præter laudatum A RIEGGER, fuere Georg. ZALLWEIN *Princip. Jur. Eccles.* Tom. I. Aug. Vindel. 1763. Quæst. II. Cap. III. *de Tradit.* §. III. & IV. Corbin. LUYDL (*Instit. Theol. moral.* 1771. Part. I. Diss. II. *de Tradit.* §. X. p. 441.) Jos. Ant. A RIEGGER (Diss. *An detur Traditio sacra*, quam opusculis suis An. 1773. Friburgi Brisgoviæ simul editis inseruit §. VIII.) Imo omnes fere Theologi & Canonistæ, qui ex ordine Catholicorum, post editum a NELLERO opusculum de Traditionibus scripserunt. Ex instituto autem Nellerum stylo, quod ægre ferimus, nimis mordaci, impugnarunt Jos. GAUTIER S. J. & Francisc. STAIDELIUS Ord. Min. *in Animadversionibus* in librum citati Auctoris Anonymi. Primus scripsit *Coloniæ* 1750. alter *Tridenti* 1754.

de potuissent offendere. Nec silentio prætereundum, qu
bet series Collegiorum juridicorum An. 1754. ab AUGU
SIMA IMPERATRICE MARIA THERESIA, matura
beratione præcedente, præscripta, in qua teste Theod
Mar. RUPPRECHT Tom. IV. in *Proemio* inter alia legere lic
„His expositis explicabitur jus publicum Ecclesiasticum, ju
„opusculum typis evulgatum, cui titulus: *Principia Juris Pub*
„*Ecclesiastici Catholicorum ad statum Germaniæ accommodata*".

Cum igitur nequidem omnes, quos tamen aliunde constat esse vere, & certo Catholicos, hoc in puncto consentientes, quin potius inter se divisi deprehendantur; hinc plures (quod me ipsa experientia docuit) ancipites hærent, in quam partem concederent; imo eo devenerunt, ut dubitare inceperint, ne forte Traditionum divinarum patroni, impugnent Protestantes in re, in qua sibi consentientes habent, aut aliquid fide Catholica credendum defendant, quod de fide certum non sit; adeoque ne tota hæc de Traditionibus disputatio, in puram, putamque logomachiam ultimo degeneret, sicque ad quæstiones Scholasticas, suadente NELLERO, sit amandanda.

Dubium isthoc illorum, ingenue fateor, adeo infundatum non est, quin multis potius, gravibusque rationibus nititur. Digna certe hæc sunt, ut majori in luce collocentur. Auditorum desiderio satisfacturi, e re nostra judicavimus, illa altius, & strictius disquirere. Propositum equidem non est, NELLERI Apolegetam agere, & aliter sentientes oppugnare, tantorumque Virorum authoritati quidquam detrahere. Lubet potius in

in ea, quæ de Traditionibus certa, quæ fidei sunt, indagare; argumenta, animo a præjudiciis vacuo, omni personarum & partium studio seposito (utpote quæ libertatem, & æquitatem judicandi præpediunt) simpliciter proponere, perpendere, discutere, ut veritas plena in luce collocata, de errore triumphet. En scopum præsentis, quam scribo, dissertationis. Sperare forte exinde licet, fore ut controversiæ, si non omnes, quoad hoc punctum e medio tollantur, ex parte diminuantur. Contingit enim persæpe, ut simplex, & genuina doctrinæ Catholicæ expositio, majori cum fructu conjuncta sit, quam copiosa polemicarum, aut scholasticarum argumentationum instructa phalanx. Profecto non sine magni nominis gloria Franc. VERONIUS, *ob Regulam fidei*, quam edidit, & Illust. BOSSUET exiguo suo libello sub titulo: *Expositio doctrinæ Catholicæ* (*a*), Ecclesiæ plus profuerunt, quam alii, dum ingentia volumina adversus heterodoxos conscripserunt. Plurimi enim illorum non indigent, ut refutentur, sed tantum ut edoceantur; cum non raro Catholicis doctrinam adfingant, quam Catholici ipsi damnant (*b*). Nonnunquam quoque ex neglecta terminorum cura;

(*a*) Francisci VERONII *Regula fidei*, post repetitas vices, denuo Coloniæ Agrippinæ 1770. recusa, prostat apud Henr. Jos. SIMONIS, qui similiter Jac. Benig. BOSSUETI *Expositionem doctrinæ catholicæ* de novo typis An. 1787. evulgari fecit. Opuscula aurea, theologis non sat commendanda.

(*b*) Ab errore hoc, nec maximi nominis Viri, ex parte Acatholicorum immunes sunt, quemadmodum Magni MOSHEIMII exemplum docet. Ex opposito tamen non negaverim, quosdam Theologos ex parte Catholicorum incautius locutos, occasionem dedisse ejusmodi imputationibus,

cura, vocibusque inepte adhibitis factum est, ut multi A
licorum, doctrinam Ecclesiæ catholicæ respuerent, Illust
SUETO teste, dum libello mox cit. sub initio ait: *Multotie*
peri, quod illi (Reformati) *a plerisque nostris Dogmatibus ab*
reant, id ex falsis eorum. quas percepere, notionibus fieri, sæpe et
ex vocabulis nonnullis, quibus statim offensi, nec sensum requir
nec unquam ad res ipsas penitus inspiciendas perveniant. Quin
inter ipsos strenuos alias Ecclesiæ Doctores, cum vocum theo
logicarum notionibus, non omnes eadem intelligerent, con-
troversiæ maximæ sæpius exortæ fuerunt. Sic ipsi Ss. Patres,
propter voces male intellectas, & non satis determinatas, in
doctrina de Ssmo Trinitatis mysterio inter se collidebantur,
ut alia incommoda ex his enata sileamus (*a*). Verum potest
& *Traditio* male intelligi, demus operam, ut bene intelligatur.
Quapropter ante omnia vox *Traditio* obscuritate, & ambigui-
tate liberanda est.

(*a*) Qua de re vid. Pet. GAZZANIGA *Prælect. theol.* Tom. II. de Trinitate.
Cap. IV. Steph. WIEST Tom. IV. Cap. II. *Historia de Deo in Per-*
sonis trino. Ingolstadii 1788.

EXPO-



EXPOSITIO DOCTRINÆ CATHOLICÆ DE TRADITIONIBUS.

CAPUT I.

§. 1.

Traditionis notio.

Vocabulum TRADITIO variam usu accepit significandi potestatem (*a*). *Generatim* sumta est doctrina seu scripto, seu viva voce ad posteros transmissa (*b*). Traditio accepta *strictius* de qua agunt theologi, *est doctrina, seu institutio ad christianam Religionem pertinens primum authoris sui voce proposita, ac dein quasi per manus ad posteros propagata, sive postea ab aliis scripta fuerit, sive non.*

§. 2.

(*a*) De multiplici vocum *tradendi*, & *traditionis* (PARADIDONAI, & PARADOSIS) usu, consule Jos. Christoph. DOEDERLEIN *Instit. Theol. christ.* P. I. Sect. IV. §. 57. de Traditionibus Obs. I. p. 178. Item Paul. Jos. A RIEGGER *Instit. jurispr. Eccles.* P. I. §. 208. & ejus Diss. de Tradit. Sect. I.

(*b*) *Scribe hoc ob monimentum in libro & trade auribus Josue.* Exod. XVII. ℣. 14. *Tenere Traditiones, quas didicistis sive per Sermonem, sive per Epistolam nostram.* Ep. II. ad Thessalon. II. ℣. 14.

§. 2.

Dividitur in divinam & humanam.

Quodsi author Traditionis sit ipse CHRISTUS, DIVINA; minibus originem debeat, HUMANA dicitur. *Hæc* iterum subdivi in APOSTOLICAM & NON APOSTOLICAM, prout nempe vel Apost vel horum in regenda Ecclesia successores, authores fuerint (

§. 3.

In dogmaticam & disciplinarem

Si Traditio circa substantialia Religionis christianæ versetu DOGMATICA (*b*), si circa accidentalia, DISCIPLINARIS est. Quid eas inter Traditiones discriminis intersit, probe notandum. Cum enim *primo* ea, quæ ad Religionis substantiam pertinent, non alium possint habere authorem, quam, a quo religio ipsa profe- cta est, DEUM, manifeste patet, quod *omnis Traditio dogmatica, divina*

(*a*) Ratione originis theologi alias quoque traditionum species adstruunt, easque dividunt in *Dominicas* & *Apostolicas*, & has in divino-apostolicas, & *mere-apostolicas*, atque insuper in *divino-ecclesiasticas*, & *mere-ecclesiasticas*. Verum his subtilitatibus immorari opus non est, cum omnis traditio recte reducatur ad divinam, & humanam, sive ut vocant, ecclesiasticam. Confr. DE RIEGGER *sup. cit. Inst.* §. 217. Item ejus filii Jos. Ant. DE RIEGGER Diss. *An detur Traditio sacra?*

Sunt quoque, qui præter duplex istud genus traditionis divinæ assignant tertium, nimirum Traditionem *divinam ecclesiasticam*, dicuntque esse testimonium Ecclesiæ de Traditione Dominica vel Apostolica. Veruntamen ex hac ipsa descriptione patet, eam non esse *proprie* Traditionem, sed tantum esse Ecclesiæ de traditione testimonium, quod proprie inter membra seu partes traditionis *divinæ*, numerandum non sit. Nam Ecclesiæ testimonium, quo doctrinam quam Apostolis a Deo revelatam, atque ab his sibi traditam esse Ecclesia testatur, humanum est, respectu Ecclesiæ testantis aut proponentis, licet ipsa doctrina, de qua testimonium perhibetur, divina sit, utpote a Deo apostolis revelata. Confr. Fratres DE WALENBURG Tract. VI. *de testim. seu Tradit. non Script.* Col. anno 1670. in fol. Cap. II. §. 5. pag. 780.

(*b*) Alia *fidei*, alia *Morum*, prout vel credenda vel agenda, quæ a Christo originem trahunt, concernunt.

divina sit (*a*); *humana* autem Traditio omnis, sive ea demum apostolica, sive ecclesiastica sit, *disciplinaris* nomine, recte veniat. 2do: Quodsi Traditionem aliquam *dogmaticam* esse constiterit, eam firmissimam esse & certissimam, imo pari pietate cum verbo Dei scripto excipiendam, nemo sanus dubitaverit. Apostolicas autem, humanas, ecclesiasticasque Traditiones, exigente id Ecclesiæ seu utilitate, seu necessitate, mutari posse manifestum est. Ut enim Apostoli, primique Pontifices quædam Ecclesiæ tunc temporis necessaria, ac utilia constituerunt; ita eodem plane jure ab Apostolorum Successoribus, quibuscum ipsis par est potestas, & antiqua immutari, & nova constitui posse, extra omnem controversiam est. Atque ideo Traditiones plurimæ tum apostolicæ, tum ecclesiasticæ ac disciplinares, pro opportunitate temporum ac circumstantiarum persæpe immutatæ, imo abrogatæ fuerunt. Innumera hic adferri possunt exempla v. g. *de triplici immersione in Baptismo*, *de quotidiana fidelium omnium Communione, peracta Consecratione*, *de Communione sub utraque specie*, *a Laicis aliquando servata*, *de Pœnitentia publica*, *de Agapis seu Conviviis charitativis &c.* „Nec mirum (inquit Petr. ANNAT.) (*b*) si istæ & aliæ „*similes non scriptæ & pure apostolicæ* Traditiones, morum disciplinam spectantes, pensatis rerum temporumque circumstantiis „possint ab Ecclesia mutari, quandoquidem mutari possunt & „*scriptæ* ab iisdem, ut Ecclesiæ Pastoribus, etiam assistente Spiritu S. profectæ, qualis est celebris illa, *de Abstinentia a sanguine* „*& suffocato*, quam nullus tamen christianus observat hodie, & „de qua scripserunt olim Apostoli hierosolimis in Concilio congregati, Antiochiæ, & Syriæ fratribus dicentes, act. Cap. 15. „V. 28. *Visum est Spiritui S. & Nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum,* „&

(*a*) Quod ita intelligendum esse monemus, ut traditio, quæ dogma esse dicitur, non potuerit homines seu Apostolos, seu eorum Successores, Episcopos habuisse authores, verum divina ejus origo ostendatur necesse est.

(*b*) In apparatu ad positiv. Theol. Lib. III. de Trad. art. I. p. 237.

& *sanguine*, & *suffocato*, & *fornicatione* (*a*). Ex quo i potest, quantopere necessarium sit, sagaci labore Tradit *dogmaticam* secernere a *disciplinari*, ut, quæ pro indigentia E siæ mutationem ferant, quæ indispensabiliter permanere de beant, dispiciatur, & ne periculum subeamus, in numerum d matum ea referendi, quæ ad disciplinam duntaxat pertin Quod quidem discrimen non rite observatum, incredibile di est, in quantas angustias conjiciat animos his disciplinis nond subactos, cum aut abrogata hodie, aut in desuetudinem abiis compererint ea, quæ *apostolicis institutis* in adceptis referimus, & olim in Ecclesia obtinuisse certum est.

§. 4.

In universalem & particularem.

Porro Traditio, quæ in universa Ecclesia obtinet, UNIVERSALIS dicitur; PARTICULARIS autem, quæ tantum in Ecclesia particulari recepta est. Item Traditio vel CONSTANS, quæ ab Apostolorum ævo, in Ecclesia semper viguit; vel MUTABILIS, quæ non omni ætate eadem extitit. Demum aut GENUINA, quæ a suo Authore, continua serie testium fide dignorum derivata est ad posteros; aut SPURIA, quæ illum non habet Authorem, quem in fronte præ se fert, neque testibus fide dignis probari potest.

In constantem vel mutabilem.

In genuinam & spuriam.

§. 5.

(*a*) Novissime quoque in Archidiœcesi nostra Coloniensi, adparuit specimen hujus potestatis ecclesiasticæ, cum nonnulli *dies festi*, utut longa traditione, & antiqua consuetudine obtinentes, abrogati fuerint. Vid. *Ordinatio Archiepiscop. Col. de 5ta Martii 1770.* Idem & in aliis locis contigisse, testis nobis est Balduinus WURZER *in Prodromo Isagogico in Theol. regul. eclecticam. Ratisponæ 1773.* §. 12. pag. 114. ubi citat recentissimum *Breve Clementis XIV. Pont. M. ad Archiepiscopum Salisburgensem, & Episcopum Frisingensem, Passaviensem, Ratisbonnensem, Augustanum, Bambergensem, Chiemensem, & ad Cardinalem de Rodt Episcopum Constantiensem, de minuendo in Bavariæ ditionibus dierum festorum numero. Monachii 1772.* De eodem argumento lectu quoque dignissima est illustr. L. B. Adam. DE ICKSTADT Orat. academ.: Von dem Einfluß des Nationalfleisses in die Glückseligkeit der Staaten. Nec non Phil. Jacob. HUTHII, almæ Universitatis Ingolstad. Bibliothecarii, *Diss. historico-politico-Canonica: de eo, quod circa ferias sacras instituendas, abolendasque justum est.* An. 1770.

§. 5.

In pias & vulgares.

Cum Spuriis confundi nequaquam debent, Traditiones, quæ vulgo salutantur PIÆ; siquidem nomine TRADITIONIS PIÆ, venit *opinio quædam, doctrinam aliquam, librorum monumenta, quasdam historias, facta, gesta, consuetudines & mores, resque alias concernens, ab uno ad alterum traducta, & ad nos usque ope picturarum, imaginum vel aliorum monumentorum fide dignorum perveniens.* Tales Traditiones, ex objecto suo sunt prorsus amplissimæ & diversissimæ (*a*). Quas omnes alto supercilio despicere, ambitiosæ temeritatis; omnibus contra, sine delectu adhærere, superstitiosæ simplicitatis foret; a quo utroque extremo, ut sibi fideles temperent, prudentia christiana dictat (*b*). Ab his iterum distinguenda est Traditio VUL-

(*a*) Confr. ZALLWEIN *Princip. Jur. eccles.* Tom. I. Q. 2. Cap. 3. §. 10. pag. 187.— Balduin. WURZER loc. cit. §. 11. pag. 107.

(*b*) Unicam regulam, sed accuratissimam, suppeditat ZALLWEIN loc. cit. pag. 193. cujus verba hæc sunt: „In recipiendis vel rejiciendis dogmatibus „simus cauti, circumspecti, & *nec nimis scrupulosi*, & *nec excessive critici*. Dixi primo, *nimis scrupulosi*; periculum religioni, pietati, & saluti fidelium metuentes, ubi non est. Stabit immota Religio, & christiana virtus, neque animarum salus periclitabitur, etiamsi plures *piæ* „Traditiones amandentur; fulcra Religionis, virtutis & morum, sunt „scriptura, & traditio Dei & Ecclesiæ, & ex his enata *fidei*, *morum* „& *disciplinæ* dogmata: remedia vero salutis summe necessaria, sunt fuga peccati, exercitium virtutum, frequens & pius Sacramentorum Ecclesiæ usus. Metuendum potius, ne nimius & nimium scrupulosus „zelus & fervor, in hisce piis Traditionibus defendendis aliquoties nocumento sit, & saluti fidelium, & Religioni: illis quidem, si fideles nimium sint creduli, nimis fidant, & in iis anchoram quasi salutis collocent, & interna salubriora, magisque necessaria salutis remedia negligant: Religioni vero, si hisce Traditionibus veluti fundamentis, structuram Ecclesiæ superædificent; quoniam hoc modo Ecclesia irrisioni „& contemtui hæreticorum, & aliquoties periculo, ne latens falsitas detegatur, exponitur. Dixi secundo: Nec *excessive critici*, omnes pias „Traditiones ex motivis quibuscunque speciem veritatis præ se ferentibus, & in intellectu unius, alteriusve critici excusis, ad fabulas annilles ablegantes, tunc præcipue, quando pro traditione aliqua pia, stat „authoritas non qualiscunque, sed tanta, quæ ferme moralem certitudinem

VULGARIS, quæ est assertio veritatis, pro fundamento habe[illegible] stimonium, aut sensum vulgi, sæpe sæpius a præjudiciis n[illegible] seu (ut illam eleganter describit ZALLWEINIUS): „*Est illa*, q[illegible] „*pia hominum credulitate, nullo fide digno instrumento fundata*, in[illegible] „*humani imbecillitate, simplici aliquoties pietate, vel omnino ex ma*[illegible] „*hominum, miracula, aliaque gesta fingentium, ortum suum trahit*". [illegible] mirum est, quantum plebis simplicitas deferat. Et prudentio[illegible] in eo conveniunt, nihil hac indiscreta credulitate, Religioni [illegible] ræ esse perniciosius; quare merito monent eos, quibus Relig[illegible] nis docendæ cura commissa est, ut utilissimam in his evellend[illegible] sentibus, operam se collocare existiment. Ex utraque hac defi[illegible] nitione quivis facile intelliget, quid discriminis intercedat Tradi[illegible] tiones PIAS inter & VULGARES, atque illas, quas SPURIAS esse di[illegible] ximus.

§. 6.

In inhæsivam,

Aliam, eamque magis succinctam, Traditionum divisionem, suppeditat auctor anonymus Principiorum juris eccles. (a); dum Traditionem dividit, in INHÆSIVAM, DECLARATIVAM, & MERE ORALEM.

A) INHÆSIVA juxta ipsum est, *quæ tradit ipsum illud, quod clare scriptum est.*

Declarativam

B) DECLARATIVA, (quæ a DOEDERLEINIO vocatur & exegetica,) *disertius explanat, quod S. Scriptura breviter, aut minus clare docet.* Ejusmodi est Traditio, *de reali præsentia Christi in Eucharistia, de Baptizandis parvulis, & de Eucharistia parvulis non necessaria.*

C) MERE

„dinem efficit, quam profecto argumenta quædam maxime negativa, & „severiori critica innixa infringere nequeunt. Excessiva certe est illi- „mitata eorum Crisis, qui traditiones *pias* pene omnes, sibilo explodunt... „Haud paucos irrepsisse abusus nemo ignoravit: tollantur ergo abusus, „& bonus usus retineatur. Moderata fit *Crisis*, quia *excessiva*, viam ster- „nit ad *Pyrhonismum*, in quem quosdam magni nominis, & a sua eru- „ditione orbi literato notissimos Viros incidisse, haud ignoramus". Plura dabit WURZER lib. cit. p. 108. & seqq.

(a) Cap. 2. *de Tradit.* §. 7.

Et mere oralem.

C) MERE ORALIS tradit, *quod nullo modo, ne implicitis quidem terminis, scriptum est.* Hæc itaque Traditionis species, est plane disparata a verbo Dei scripto, docens vel præcipiens illud, quod neque per regulas consequentiæ, neque per regulas interpretationis ex S. Scriptura potest deduci (a).

§. 7.

Traditionum hostes.

Exstare passim Traditiones *humanas*, exploratum omnibus est; sed divinas, & dogmaticas existere negant, quicunque S. Scripturam, pro Regula fidei & morum absolutissima admittunt. Huc reduci possunt ex antiquioribus, SADDUCÆI, qui nihil præter solam scriptam Moysis legem audiebant. Vocem (HOMOUSION) in solis quærebant Scripturis ARIANI, & non invenientes, filium Patri (HOMOUSION), id est, consubstantialem esse, negabant, teste S. AUG. Lib. I. cont. Maxim. Item PELAGIANI apud eundem, quorum vulgaris erat cantilena: *Credimus, quod legimus, & quod non legimus, nefas credamus adstruere.* Idem fere resonabat WICLEFFISTARUM in ore, dicentium: *Quidquid Papa & Cardinales ex scriptura deducunt, credendum; quidquid ultra præsumpserint, contemnendum, ut hæreticum.* Omitto MARCIONITAS, DONATISTAS, EUTYCHIANOS, aliosque plures. Quorum vestigia legerunt LUTHE-

RUS

(a) In assignanda hac Traditionis divisione, hallucinatum esse NELLERUM, atque non satis caute, eandem divisionem in posteriore edit. Vien. emendata An. 1761, relictam fuisse, judicat LUYDL *in Instit. Theol. moral.* P. I. Diss. II. *de Trad.* §. 10. p. 441.— ZALLWEIN dicit loc. cit. §. 3. *sustineri potest hæc divisio, quæ suis non caret commodis, sustinet tamen suas Crises.* Uterque hujus divisionis primum membrum, ut arbitrario positum, & superfluum suggillat; ast superfluum non esse evincere conatur Georg. WEISS in Diss. inaug. quæ exhibet *Systema traditionum divinarum contra Protestantes.* Moguntiæ 1779.— WURZER sup. cit. §. 11. hæc habet: „Profecto fateor authorem præfatum, hac divisione „non tam periculo erroris sese ultro objecisse, quam ingentem difficul- „tatum farraginem, in caput suum congesisse, ut adeo plus, quam saba- „sub hoc cortice delitescat, sed tamen liberaliter edissero: *Salvam posse* „*subsistere hanc divisionem, dummodo in sensu sano usurpetur*".

rus (a), Calvinus (b), eorumque asseclæ, qui Traditiones [dog]maticas omnes rejecerunt, scriptura sola, utpote quæ omni[a ad] salutem scitu, factuque necessaria complecteretur, cont[enti.] Hos etiam secuti sunt Presbyteriani *in Anglia.*

§. 8.

Systema Protestantium.

Protestantes moderni, licet in plures divisi sint cœtus, in[...] tamen conveniunt omnes, ut excussa Ecclesiæ authoritate, in controversiis fidei & morum, nullum alium judicem esse velint, quam Scripturas sacras, adeoque sola via examinis, & discussionis, in determinandis & credendis articulis fidei, esse incedendum, articulos necessarios omnes, in S. Litteris perspicue & aperte contineri asserunt: in qualicunque proin Controversia, confugiendum ad sacras Scripturas, neque his divinas & apostolicas Traditiones adjungi posse, fidenter pronuntiant.

Non constans.

Sicut autem in ceteriis materiis (c) ita & in hac, in ambiguo fluctuant, & in diversa rapiuntur. Nam

1mo: Eorum aliqui, nullo sibi scrupulo ducunt Traditiones admittere. Perspicuum utique est illud Hugonis Grotii, cum

(a) *Nunquam alia* (inquit) *doctrina in Ecclesia tradi, & audiri debet, quam purum verbum Dei, hoc est, S. Scriptura. Doctores vel auditores alii cum sua doctrina, anathema sunto.* Comment. ad Gal. Cap. 1.

(b) Dum *in Instit. christ. Relig. Lib. IV. Cap. 8.* ita ait: „Esto igitur hoc „firmum axioma, non aliud habendum esse Dei verbum, cui detur in „Ecclesia locus, quam quod lege primum & Prophetis, deinde scriptis „Apostolicis continetur“.

(c) Confr. Bossuet *Hist. variat. doct. Protest.* a Steininger in Germanicum translata 1768. sub tit. Jak. Benig. Bossuet Geschichte von den Veränderungen der Protestantischen Kirche; Item Steph. Wiest *Demonstratio Religionis cathol.* Tom. III. Eustadii 1786. Sect. I. Ubi historiam diversarum Religionum christianarum, quâ hodiedum existunt, exhibet. Item Lehrbuch für die neueste Polemik. Halle 1782. Quo in opere plurimæ Controversiæ recensentur, quæ inde a 25 Annis, in Ecclesia Protestantica Doctores diviserunt.

cum adversus Rivetum his verbis insurgit: *Jam vero non omnia, quæ dixere Apostoli, fuisse perscripta, testatur ipse Paulus, cum obediri vult iis, quæ docuerat, sive per Sermonem, sive per Epistolam.* Huic suffragatur quoque Author præfationis in historiam criticam V. T. Richardi Simonii, ingenue asserens: *Sine Traditione impossibile esse, solide objectionibus Socinianorum respondere.* Idem & recensuere, qui in Anglia dicuntur *Episcopales*, qui non solum ad probandam Hierarchiam ecclesiasticam, sed etiam ad dogmata, a Socinianis proposita refellenda, Traditiones saltem *declarativas* ut necessarias nobiscum amplectuntur (a). Ab his non abludunt Molanus (b) & alii, qui Traditiones quinque primorum

(a) Ita expresse author præfat. in Epist. Launoji. Catabrigæ 1699. — Ernestus Grabe in Præfat. ad opera Georg. Bulli, & ipse Bullus in Apolog. pro harmonia cont. Thom. Tull. proferunt decretum Synodi Anglicanæ de an. 1571, quo cautum, ne Pastores ullam doctrinam populo proponant, nisi ex Scriptura, Collectionibus VV. PP. & Episcoporum desumtam. Ceterum siquis de *Episcopalium* in Anglia ortu & Controversiis quas cum Presbyterianis habuerunt, scire plura desiderat, adire poterit Jos. Georg. Walchii Historische und theologische Einleitung in die Religions-Steitigkeiten, welche sonderlich ausser der Evangelisch-Lutherischen Kirche entstanden. 3te Auflage. Jena 1733 p. 467. & seqq. & alios Authores ibidem cit.

(b) Dum *in suis cogitat. privat. de method. reun. Eccles. Prot. cum Eccles. Rom.* ait: „De Traditionibus, sive verbo Dei non scripto, res compositu „facilis est, si dicamus statum Controversiæ inter nos, & Catholicos, non „esse, an dentur Traditiones, sed an per Traditionem, Ecclesia acce„perit novum aliquem fidei articulum, ad salutem creditu sub æternæ bea„titudinis jactura necessarium, in Scriptura neque totidem verbis, ne„que per bonam consequentiam extantem. Posterius negant Protestantes, „non prius, ex quibus moderatiores admittunt, non solum ipsam S. „Scripturam, nos traditioni debere, sed & in articulis fundamentalibus, „genuinum & orthodoxum Scripturæ sensum, ut multa alia nostratium „Calixto, verbi gratia, Hornejo, Chemnitio dudum memorata, ex tra„ditione duntaxat cognoscibilia taceamus. Sane qui ex Protestantibus „post Symbola Apostolorum, S. Athanasii, quinque priora Concili Oecu„menica, cum Synodo Arausicana, & Milevitana, consensum itidem pri„mitivæ Ecclesiæ, si non plurium, quinque minimum priorum Sæculo„rum admittunt, pro Theologiæ principio secundario, ita ut articuli fun„damentales non aliter, quam illis sæculis unanimi Doctorum consensu „factum est, explicari debeant, de Traditionibus cum Ecclesia Romana „quod disputent, vix habebunt“.

rum sæculorum, ut principium saltem Secundarium r... nis, admittunt (*a*).

2*do*: Alii econtra docent, aliquando quidem, ante ... sum (ut ajunt) scripturæ Canonem, fuisse tempus, locum Traditionibus, cum Lex & Evangelium, necdum Litteris c... signata erant; hujus tamen Traditionis authoritatem, du... exolevisse, cum post mortem Hagiographorum, omnia in sc... tis relicta fuissent, quæ antehac oretenus tradebantur: Sac... quoque Scripturam in articulis saltem fundamentalibus (*b*), per-

(*a*) SCHUBERT, licet Traditionem primorum Sæculorum nequidem ut principium secundarium fidei habere velit, illam tamen admittit ceu fontem, ex quo constet, quid primitiva Ecclesia crediderit. *II.* Quod illa inserviat, ut principium argumentandi ad hominem, si cum Papistis disputatur. III. Quod sit principium veritatis in se, non quidem certum, sed probabile tantum; quia improbabile est, tot illustres Doctores primæ Ecclesiæ, errasse in fundamento fidei. Interim cum constet Ecclesiam sæpius defecisse, hinc principium certum non est, nequidem secundarium. Confr. Jo. Franc. BUDDEI *Inst. Theol.* Lib. I. Cap. 2. §. 31. ubi authoritatem Scripturæ canonicam, a primitivæ Ecclesiæ testimonio, multum dependere ostendit. Lipsiæ 1723.

(*b*) Principii adinstar hodiedum assumunt plerique, unitatem in Ecclesia conservandam, nonnisi dogmata fundamentalia respicere, adeoque ad salutem, eam sufficere fidem, quæ omnes veritates fundamentales complectitur, tametsi alii ab Ecclesia damnati errores admittantur. Distinctionis articulorum in fundamentales & non fundamentales, insignem præ ceteris usum, fecere in Gallia CLAUDE & JURIEU; ille in Lib. *Défense de la Religion reformée.* Iste in Lib. *Le vrai Systeme de l'Eglise.* Eadem distinctio, in nostra Germania *Calixtinis*, a Georg. CALIXTO ita dictis; CROCIO, COCCEJO ap. Fratr. WALENBURG, multisque aliis placuit, & Protestantibus hodiernis tam Lutheranis, quam Calvinianis maxime arridet. De Syncretistarum Controversiis, quibus Georg. CALIXTUS, Theologus Helmstadiensis ansam dabat, plura videsis apud laudatum Jo. Georg. WALCHIUM in Libro: Historische und theologische Einleitung in die Religions-Streitigkeiten der Evangelisch-Lutherischen Kirchen, von der Reformation an bis auf jetzige Zeiten. Andre Auflage. Jena 1733. Cap. IV. §. VI. VII. VIII. Interim memoratu digna sunt verba NICOLII dans son *Traité de l'unité de l'Eglise, ou Refutation du nouveau Systéme de* JURIEU. Paris 1729. in 8vo. Liv. III. Chap. 2. pag. 331.

„Cette

fectam esse atque perspicuam, ac proin non esse opus, ullo verbo Dei *tradito*, tanquam alio cum Scriptura principio (& hoc est Systema hodiernorum Protestantium prædominans); idcirco Traditiones

„Cette theologie a des caracteres fort bizarres. On la supose toujours, „& on ne l'explique presque jamais. On parle sans cesse d'articles fondamentaux & non fondamentaux, d'articles qui conservent, qui détruisent le fondement. Chacun dit, selon son caprice: Cet article est „fondamental, celui-là ne l'est pas: cette societé erre dans le fondement, celle-ci n'y erre pas. Il semble que ce soit la chose du monde la plus claire, la plus commune, la plus uniformément entenduë. „Cependant la verité est que l'on ne sait ce que l'on dit, qu'on n'a aucune notion distincte de ce qu'on apelle article fondamental; & que „ce qu'on se hasarde quelquefois d'en dire, est si étrangement confus „& si rempli d'équivoque, que cette doctrine, bien loin d'être un moyen „d'union, est au contraire une source inépuisable de divisions". — Et quanquam huic operi insudarint Frid. SPANHEMIUS, Jo. Alph. TURRETINUS, Christoph. PFAFFIUS, Jo. Franc. BUDDEUS, aliique Protestantium primi, manet tamen discrepantia in iis determinandis, quorum alii majorem, alii minorem numerum exhibent; difficultas quoque de regulis ad Canonem horum articulorum efformandum necessariis, ut nunquam inter se convenire nec potuerint, nec aliquando possint. De hoc dissensu DD. Protestantium inter se, MOSHEIM *in Elem. Theol. dogm.* Vol. I. Cap. I. p. 32 edit. II. VINDHEIM procurante, ita loquitur: *Bibliotheca colligi posset de scriptis illis, quæ de articulis fundamentalibus, & non fundamentalibus agunt. Ex parte controversia, hæc facile componi potest, ex parte non. Quam diu in abstracto quæritur, quid sit articulus fundamentalis, quid non, consentiunt. Longe autem est alia rerum facies, si hi conceptus adplicantur ad dogmata theologica, & illa in concreto considerantur. Si e. g. quæstio est, utrum hoc vel illud dogma Pontificiorum, error sit fundamentalis, seu fundamentum fidei labefactet, tunc oriuntur lites, quæ non facile componi possunt, ob vehementes animorum motiones & præjudicatarum opinionum varietates. De distinctione articulovum fidei in fundamentales & non fundamentales, Calviniani eadem pariter docent, quæ Protestantes*, sed simul ut isti, quid sit fundamentale, quid non, ignorant; prout id, Everh. Henr. Dan. STOSCH *in Introduct. in Theol. dogm.* Cap. 14. §. 213. p. 169. apertis verbis fatetur: *Quinam articuli sint fundamentales, & quibus notis a minus fundamentalibus distingui debeant, difficilis & impedita est quæstio. Cum enim adeo diversa sint hominum ingenia . . . non possunt omnibus iidem articuli fundamentales esse. . . . Unde omnino optimum est, id quod ad salutem necessa-*

rio

tiones Divinas, velut inutiles ac minus necessarias rejiciunt, Deo insuper indignas, quin & providentiæ divinæ & Aposto[lorum] authoritati adversantes (*a*). Mirari hinc non subit, eos menter in Catholicos invehi, perinde ac si Scripturæ Traditiones præferrent, eamque accomodarent, aut corrumperent, ut opi- niones suas, atque errores propugnarent (*b*).

3tio:

rio credendum sit, vel ab ea excludat, ei relinquere, qui solus salu- & exitii Dominus est, eaque unice fundamentalia habere, quorum cog- nitionem Scriptura ad salutem necessariam, esse clarissimis verbis adserit ... Et si id addere placet: quæ per necessariam, & evidentem con- clusionem ex illis inferuntur. Confr. Pet. Mar. GAZZANIGÆ *Prælect. Theol.* Tom. IV. Diss. 3. Cap. II. Tit. 6. quo demonstrat eos, *qui viam examinis in fidei controversiis instituui volunt, necessario in* TOLERANTIS- MUM, *seu* INDIFFERENTISMUM *labi.* Item Carol. Ant. EULER *Diss. de eo, utrum Scriptura ceu immediata fidei regula jure a Protestantibus statui possit.* Mog. 1785., ubi variorum Protestantium de articulis fun- damentalibus & non fundamentalibus sententias & regulas affert, atque refellit. Legi quoque meretur Tob. God. HEGELMAJERI *Dissertatio de male Palifico quorundam Tolerantiæ studio, integritati, ac puritati Do- ctrinæ christianæ adverso.* Tubingæ 1777.

Qua ratione Catholici, articulos fidei in fundamentales salva Ortho- doxia distinguere possint, docet Ant. GENUENSIS *in Proleg. Elem. Theol. christ.* p. 9. edit. Venet. 1771: „*Nihil vetat*, inquit, *articulos fidei, & nos, in fundamentales & non fundamentales dividere, ita ut primorum fides explicita esse debeat, non postremorum. Illud tamen cavendum est, quod Novatores docent, ne putemus consistere posse unitatem Ecclesiæ, etiam cum iis, qui articulos non fundamentales respuunt. Etenim nos docemus salvari hominem posse, qui hos articulos invincibiliter ignorat, non vero etiam eos, qui diserte negant*".

(*a*) Ita fere Samuel. BASNAGE *in Annal. polit. Tom. II. Diss. IX.* cujus de Traditionibus systema, ad sequentia 4 Capita reduci potest. 1) Inte- gram fidei & pietatis normam in solis Scripturis constituit. 2) Tutius longe ac utilius esse Religioni docet, eidem dare regulam scripto con- signatam, Deumque revera voluisse dogmata fidei unice litteris commen- dare. 3) Nullam idoneam regulam, quæ Traditiones veras a falsis se- cernat, posse excogitari adserit. Quid ad hæc ZALLWEIN respondeat, videsis loc. cit. §. 4.

(*b*) Tales inter est Calvinianorum recentissimus Sam. ENDEMANN, dum in *Instit. Theol. dogm.* Tom. II. §. 282. ait: *Ineptiunt Pontificii, qui imi-*

tandos

3tio: Hos inter, via media incedunt alii, qui se non adeo Traditioni inimicos ostendunt, illius authoritati subscribere parati, dummodo talis traditio ex regulis criticis intellectum convincentibus demonstrari queat. Jam vero cum in his Ecclesia sæpius errasse putent, nullum dogma extra Scripturam, sufficienti cum certitudine probari posse contendunt (*a*).

4to:

tandos Judæos, & ut præsidium errorum suorum inveniant, perfectionem sacræ Scripturæ denegant, & Traditiones necessarias esse putant. Huc reduci quoque potest Franc. BUDDEUS, qui L. *in Inst. Theol. dogm.* §. 33. p. 204 hæc habet: „Nec adjungi Traditiones Scripturæ S. possunt, nisi hanc „simul imperfectionis, ac obscuritatis arguere velis: quod ut traditio- „num defensores sibi religioni non ducunt, ita simul, quem abjecti de „Scriptura S. sentiant, significant. Imo, dum Scripturæ S. authoritati, „in gratiam Traditionum, quantum possunt, detrahunt, nec tamen Tra- „ditiones suas in tuto collocare queunt, nihil aliud agunt, quam ut „ipsam Religionis christianæ veritatem, profanorum hominum ludibrio „exponant. Recte id observatum a Petro BAELIO *in Dictionar. histor.* „*critic.* Tom. II. p. 2223. DE PETRO enim NICOLIO ibi verba facit, „qui in quibusdam libellis Gallico idiomate scriptis, id omni conatu „agit, ut evincat non posse quenquam, ex Scripturæ S. lectione, certam „ad salutem invenire viam. At cum Traditio profecto longe adhuc in- „certior sit, quid aliud inde sequitur, quam certam prorsus non dari „salutem consequendi rationem? Rectam hanc ad Pyrrhonismum viam esse, „non sine fundamento, inde concludit BAELIUS".

(*a*) Inter plures citasse sufficiat Jos. Christoph. DOEDERLEIN, qui lib. sup. cit. §. 60. loquens *de Trad. dogm. stricte sic dicta* p. 181. ita scribit: „Permag- „num sane subsidium, *tum* cognoscendæ, *tum* definiendæ, *tum* defendendæ „veritatis christianæ esset cognitio doctrinæ publicæ, eorum Cœtuum, qui- „bus copia audiendi primos Evangelii præcones data fuit, & quos puritatem „institutionis Apostolicæ incorruptam servasse constaret. Quo subsidio „cum in sæculis *prioribus* jure suo uterentur Doctores christiani, *no-* „*bis* tamen, destitutis jam idoneis antiquitatis argumentis, id haud adeo „certum est, ac tutum usum præstare poterit". Quodsi ex illo quæras, quare non? Respondebit tibi Obs. 2. ibid. p. 186. „Traditionis usus mul- „tas & difficultates habet, & cautiones. Paucarum enim Ecclesiarum „documenta supersunt, nec ejus ævi, quo puritas Evangelii incorrupta „mansit: a Cœtuum rectoribus sæpe privatæ opiniones reprobatæ ab „Ecclesiis, excusæ sunt: Conciliorum professiones nec antiquæ satis fue- „re, nec liberæ, nec secum concordes; præterea antiquitatis Aposto-

„licæ

4to: Tandem Rhodum saltumque declinasse arbitrant... nulli, si dicant, Traditiones sacræ Scripturæ *declarativas* ad- quidem posse, sed eas non distingui a verbo Dei *scripto*, nec in Traditionis nomen mereri: cum declaratio S. Scripturæ (ajunt) sit ipsissima Scriptura uberius exposita, Traditio vero pars velut obposita sacræ Scripturæ (*a*).

Ex quibus patet 1.) Protestantes omnes admittere illas quas NELLERUS supra statuit, Traditiones *Inhæsivas*. 2.) Quosdam etiam *Declarativas*, dummodo de illis certo constaret, aut saltem Traditionis *Divinæ* nomine, non venirent. 3.) Traditiones vero *mere Orales dogmaticas*, non tantum has vel illas, sed in thesi, seu in universum, ab omnibus simpliciter negari. Cæterum Traditiones, quæ Ritus, Ceremonias, ac Disciplinam concernunt, non difficulter admittunt Acatholici (*b*).

§. 9.

„licæ color sæpe inductus est decretis recentioribus, ut hac specie com„mendarentur apud imperitos; atque etiam nunc ex his Traditionibus „defenduntur multæ corruptelæ & superstitiones, quæ non possunt lit„terarum div. testimoniis comprobari: unde fallax e Traditione judi„cium exoritur, in doctrina quidem, quæ, etsi in litterarum S. monu„mentis non tradatur, pariter tamen probanda, ac credenda sit, ac „Scripturæ ipsius decreta &c." — Cl. Jo. David MICHAELIS, Traditionem oralem a Christi, & Apostolorum tempore derivatam, rejicit ex sequentibus rationibus: „Erst wäre sie zu unsicher, weil sie wie ein Schneeball „zu wachsen pflegt; denn haben wir sie auch nicht: endlich redet Chri„stus so gegen die mündliche Ueberlieferungen der Juden, daß es sei„nen Schülern nothwendig Mißtrauen gegen entfernte Ueberlieferungen „nach Jahrhunderten einflößen muß". Vid. ejus Dogmatik, zweite umgearbeitete Ausgabe. Tübingen 1785. §. 21. sub tit. Vernunft, und Schrift die einzige Erkenntnißquelle: alle andern verwerflich.

(a) Id expresse tuetur BASNAGE, Diss. sup. cit. §. 8. p. 544. dicens: „Scripturæ „explicatio nil aliud est, quam ipsa Scriptura uberius explicata, cum ex „ipsius Scripturæ fontibus hauriatur, teste CYRILLO Cat. 4. 30. *Nam* „*divinorum Sanctorumque fidei mysteriorum nihil ne minimum quidem* „*absque divinis Scripturis tradi debet.* Secus Scripturæ corruptio erit, „explicatio non erit &c."

(b) CHEMNITIUS in Examine Conc. Tridentini Sess. 4. dicit: *Affirmat Origenes, & Baptismum parvulorum esse Traditionem Apostolicam. Hoc*

reci-

§. 9.

Sensa Catholicorum.

Catholici econtra contendunt, præter verbum Dei scriptum admitti oportere & aliud principium, (quod recepta phrasi Theologi vocant *Verbum Dei traditum*) ejusdem cum verbo Dei scripto authoritatis adfectu, ac reverentia suscipiendum ac venerandum, pro certo habentes: revelationem divinam in novo Testamento factam, nedum scripto, sed etiam viva Apostolorum voce fuisse Ecclesiæ, velut sacrum Depositum commendatam, ab eaque fideliter hactenus custoditam; unde Traditiones maxime necessarias esse dicunt, *tum* ad verum & legitimum S. Scripturæ sensum eruendum, *tum* ad nonnulla dogmata cognoscenda, quorum nulla omnino in S. Litteris mentio fiat. De *declarativis*, quin necessariæ sint, nulla inter Catholicos dissensio est. De *dogmaticis* vero *mere-oralibus*, necdum inter illos convenit. Num hujusmodi dentur, inquiramus. Ante omnia tamen quædam, in quibus a nostræ Ecclesiæ Theologis peccari passim deprehendi, monenda esse duximus.

§. 10.

Monitum I.

Multi sunt Theologorum, qui in pertractandis sanctissimis Religionis christianæ veritatibus negligentiores sunt, qualibuscunque contenti argumentis. Cum tamen certum sit ad dogmata Religionis, de-

bite

recipimus. Apostolos igitur ritus quosdam ordinasse, & tradidisse Ecclesiis, ex scriptis eorum certo constat. Et verosimile est, quosdam etiam alios externos ritus, qui in Scriptura annotati non sunt, ab Apostolis traditos esse . . . Tales ritus merito amamus, & retinemus, quales sunt Confessio fidei, abrenuntiatio Sathanæ, & alii ritus in actione baptismi.— Jo. GERARDUS *de locis Theol.* Tom. II. p. 307. ait: *Fatemur, Apostolos in Ecclesia ritus quosdam liberos instituisse, qui in specie, & singillatim scripti non sunt.* Denique Sam. BASNAGE Diss. cit. §. XXIV. p. 550. docet: *Dum pietatis dogmata, morumque præcepta salva maneant, de Ceremoniis pax esse poterit. Licet enim nimio Ceremoniarum pondere, fidelium colla premi, durum existimemus, in ea re tamen Ecclesiæ auctoritati, morem gerendum esse putamus, ne animorum dissiliat fœdus & amicitia . . . At fidei non scriptas, cultasque Traditiones, e finibus Religionis, prorsus exterminandas censemus.*

bite ac solide, prout oportet, stabilienda, declaranda, a[...]vin-
dicanda, argumenta requiri solida, ac in quantum fieri p[...]
convincentia. Manca enim atque debilia si sint, Religio[...]
sunt magis, quam prosunt: „Alle diese (prout recte obs[...]
Gottf. Less.) (a) „schaden der Religion, anstatt sie zu empfe[...]
„Die Gegner unterlassen alsdann nicht, die Schwäche der Grün[...]
„klar zu machen, und durch einen gemeinen Trugschluß die ganze Sa[...]
„für falsch zu erklären". Notatu digna hanc in rem, sunt ver[...]
Joh. Gottl. Töllneri (b): „Das Uebel, welches die große Anzahl vo[n]
„unzureichenden Beweise veranläßt, verdienet unsere größte Aufmerksam-
„keit. Die dogmatische Theologie ist der eigentliche Zankapfel von al-
„len Religionspartheien in der Christenheit, aber sie ist es blos um des-
„willen, weilen eine jede Parthei gegen die Beweise etwas zu erinnern
„findet, mit welchen die andere ihre besondere Lehrsätze, und Meinun-
„gen zu untersuchen sucht. Sobald wir darauf bedacht sein werden,
„mit Ausmerzung aller unzureichenden Beweisen, lauter klare überzeu-
„gende Beweisthümer in der Dogmatik zu haben, und das ist, so bald
„wir nach einer ausführlichen Gewißheit streben werden, so bald werden
„wir wenigstens alle diejenigen gewinnen, die sich die Mühe nehmen, un-
„sere Beweise zu prüfen. Wo ist der Mißbrauch, welcher von der ge-
„besserten Weltweisheit gemacht wird, größer, und schädlicher, als in
„den Händen einiger sich nennenden Gottesgelehrten, welche die Lehren
„der Offenbarung nicht mehr aus der Offenbarung, sondern diese blos
„als einen Bestättigungsgrund, aus der Vernunft hergeleiteten Wahr-
„heiten ansehen, und gebrauchen"?

Monit. II.

Sunt alii, qui omnia sine discrimine congerunt, & suam proban-do vim, non in robore sed multitudine argumentorum collocant, Tex-tus ex Scriptura, Ss. Patribus, Conciliis *undequaque corraden-tes, sine ulla prævia, quæ certe necessaria est, crisi & discussione.* Ho-rum in gratiam ne imposterum in seligendis argumentis tam fa-cile aberrent, sequentes juvat adnectere Canones.

A) Canones S. Scripturæ.

A) *Loca S. Scripturæ probantia non sunt numeranda sed ponde-randa.* Non enim numerus argumentorum sed eorundem ro-bur,

(a) Wahrheit der Christlichen Religion. Vierte Auflage 1776. §. 7.
(b) Gedanken von der wahren Lehrart in der Theologie. III. Hauptst. §. 38.

bur, & certitudo parit veritatem: atque ideo consultius est uno tantum Scripturæ loco, in quo sufficiens est probatio, sive de-monstratio, uti, quam plura addere, de quorum sensu, sæpe longa est atque prolixa disputatio.

B) *Loca Scripturæ clariora semper præferenda sunt obscuriori-bus.* Ex locis enim Scripturæ clarioribus, argumentum magis solidum, ac convincens deduci posse præ obscurioribus manife-stum est.

C) *Loca illa. quæ directe veritatem dogmatum declarant præ aliis, ubi nonnisi indirecte id præstatur, eligantur.* In locis enim directis, non est opus multis ratiociniis: consequenter error, tam facile nequit irrepere, uti in indirectis (a).

B) Canones Ss. PP.

Ad Ss. Patres, quod attinet, ut ex iis solidum quoddam ar-gumentum, aut pro vindicando, aut stabiliendo dogmate erui possit, omnes norunt, summopere necessarium esse,

1.) *Ut opera eorum dubia, spuria, & apocrypha, a genuinis separemus*: Adminiculante enim Critica saniori (de excessiva quip-pe & velut in Ss. Patres grassante, qualem exercuere homines temerarii, hic Sermo non est) deprehensum est, quod multa ope-ra, Ss. Patribus, ad majorem conciliandam authoritatem supposita: plura vero ab aliis adulterata fuerint. Ideoque vel maxime atten-dendum est, ne specie veritatis aut falsitatis aliquoties decipia-mur, opera dubia, spuria, apocrypha allegemus, & sic Crisibus & Irrisionibus adversariorum pateamus (b).

2.) *Præ-*

(a) Confr. Steph. Wiest *Instit. Theol.* Eustadii 1782. Tom. I. Cap. 5. §. 113. pag. 154.

(b) Quænam vero sint genuina Patrum opera, nemo sane melius ostendit, quam PP. Benedictini, è Congreg. S. Maur. in Galliis, quorum in-defesso, stupendoque labore, castigatissimæ Ss. Patrum editiones prodie-runt, ipsis etiam a nostra Communione alienis adstipulantibus. Pro dig-noscendis Ss. Patrum operibus genuinis, legitimisque eorum eruditio-nibus, succulentas regulas subministrant, Honoratus a S. Maria, Du-pinius, Launojus, & præcipue Guilh. Cave *in Prolg. ad hist. Lit. Script. eccles.*, quem tamen ab erroribus ne immunem existimes.

2.) *Præter ætatem & tempus, cauſam, & occaſionem ſcribentium, in ipſa lectione caute attendendum, ad eorum dicta.* Num ne… *profeſſo* aut *incidenter*, de aliqua re loquantur. Interdum etia… *rinſcule* locuti ſunt, interdum *obſcure*; quod nonnunquam … nire potuit, ex indole idiomatis, quo uſi ſunt (*a*).

3.) *Quod eſt ad præſentem materiam, ſedulo indagandum: de qui… bus Traditionibus Patres, citandi, loquantur, an de Dogmaticis? an diſciplinaribus?*

4.) *Demum ſi de Traditionibus dogmaticis, Patribus ſermo ſit, inquirendum ulterius reſtat: quid ſub illis intellexerint, & qua ratione commode explicari queant.*

Monit. III. Fuerunt olim, & adhucdum plures ſunt, qui *partim propria confidentiæ faſtu inflati, partim ſtudio partium abrepti*, præconceptis ſuis opinionibus, tanquam Polypi ſaxo, adeo indivulſe adhærent, ut tantummodo modos quærant, quibus ea confirment, & contrarias refellant: non autem, ut melius edoceantur, & veritatem inveniant (*b*). Abſit hoc impoſterum. *Non pertinaciter noſtra amemus,*

(*a*) Confr. Mabillonii *Tract. de ſtud. monaſt. P- II. C.* 3. & 4. *de lect. ſtudioque Ss. PP. in ord. ad Theol.* — Bonaventuræ Argonensis præſtantiſſimum opuſculum *de opt. legend. PP. Method.* — P. Corb. Luydl *Inſtit. Theol. moral. chriſt & evangel* P. III. Diſſ. VI. *de Ss. Patrum & Eccleſiæ Doctorum authoritate, & doctrina*, qui in hoc commate latiſſime diffluit.

(*b*) Ex abuſu rationis, & artis dialecticæ, ad Theologiam ſiniſtra applicatione, variæ inter ipſos Scholaſticos exortæ ſunt ſectæ, non ſine magno ſolidioris ſtudii Theologici impedimento; ut alii dicantur *Thomiſtæ*, alii *Scotiſtæ*, alii *Lulliſtæ &c.* prout hujus vel illius ſcholæ placita, propter ſolam Magiſtri ſui, in cujus verba jurarunt, auctoritatem ſequuntur. *Quam parum vero* (inquit Gerbertus de Theologia Scholaſtica Cap. IX.) *in his partium ſtudiis, ipſa ratio, ipſaque veritas, in Concilium vocetur, vel inde patet, ut jam habitum aliquem induere, idem ſit, ac ſententiam, ac ſectæ opinionem ſuſcipere. Tantum opus eſt, ut veſtem Dominicanorum ſuſcipias, jam* Thomista *es; Franciſcanorum ſacris imbuaris*, Scotista *efficiaris; Jeſuita fias, &* Recentior *audias; & pro hujus aut illius opinionibus, tanquam pro aris, & focis pugnes, potiusque vitam exuas, quam ut in levi aliqua re, a ducis tui ſententia decedas.*

amemus, ſed quæ aliquando a fratribus & Collegis noſtris utiliter ac ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera, & legitima, ipſa potius noſtra ducamus. Verba ſunt Cypriani in Epiſt. 71. ad Quintum relata a S. Aug. Lib. II. *de Bapt.* Cap. 4.

Monit. IV. *Tandem alii præjudiciis tum* ANTIQUITATIS, *tum* AUTHORITATIS *nimium irretiti, ac inexati exiſtunt*; quo facillime evenit, ut neque in aliorum ſententiæ veritatem, neque in vim argumentorum ullatenus inquirant, ſimpliciter contenti, ſi illos, ut grus gruem ſequi ſolet, verbis præeuntem, cæca fide, cæcisque oculis ſequantur. Verum hæc eſſe ſcientiarum impedimenta, multorumque errorum fontes fuiſſe, experientia fuſe edocuit (*a*). Quapropter

(*a*) Quid præprimis valeat præjudicium *authoritatis*, abunde oſtenderunt Philoſophi Ariſtotelici. Factum riſu dignum refert ap. Wiest Tom. I. ſup. cit. p. 247. Anonymus recentior (der neue Sammler. 7te Sammlung. Erlangen 1767) quod ita narrat: „Es iſt merkwürdig, was Galiläus von einem Edelmann anführt, dem man in dem Zergliederungs-Zimmer zu Padua augenſcheinlich zeigte, daß die Nerven nicht „aus dem Herzen, wie Ariſtoteles fälſchlich behauptete, ſondern aus „dem Gehirne, als ihrem Grund, und ihrer Quelle entſpringen: **Es „ſcheinet ſo**, ſprach der Edelmann, **allein die Worte des Ariſtoteles „ſind allzudeutlich**". — In eandem quoque aut ſimilem dementiam in quæſtiunculis ſuis, non raro incidiſſe Theologos Scholaſticos, nemo eſt, qui neſciat. Sæpe ſolis verbis: *dixit S. Thomas*, & ſibi ſatisfactum, & aliis ſatisfieri putabant. Unum idemque erat hujusmodi verba proferre, & diſputationi finem imponere. Audiamus Lud. Ant. Muratorium qui in Libro: **Kritiſche Abhandlung von dem guten Geſchmacke in den ſchönen Künſten, und Wiſſenſchaften. Augsburg 1772.** contra abuſum Authoritatis Cap. IV. §. 2. p. 71. & 72. ita perorat: „Auf die „nemliche Art, nach welcher das thorichte Heidenthum ihre angeſehene Männer und Helden einſtens vergöttert, glauben wir bisweilen, „daß gewiſſe Schriftſteller und Lehrer als untrügliche, und von der „Sünde befreiete, von dem Himmel gefallen, welche, ob ſie ſchon „dem Verſtande nach große Männer geweſen, gleichwohl noch Menſchen „waren. Was noch mehr? Die verfloſſene Jahrhunderte gaben uns diesfalls was ſeltenes zu ſehen, daß gleichwohl den alten Griechen, und „beſonders in der pitagoriſchen Schule nicht unbekannt war; Einige nemlich „begnügten ſich nicht, daß ſie freiwillig, und aus mehrerer Unachtſamkeit „dergleichen Götzen in ihrer Einbildungskraft errichtet, ſondern ſie ver„pflichtete

propter præjudicia isthæc seponenda esse quis est, qui[illegible] deat(a)? Non incongrue dudum monuit SENECA de V[illegible] beat.

„pflichteten auch ihre Nachkömmlinge dahin, daß sie gleiche Gesinnung „mit denselben hegen. Es wurde dem heil. Thomas eine Schule ge„weihet, eine andere dem Scotus, dem Okam, Rudiger Ba[illegible] „und Raymundo Lullo. Nach der Hand hiengen alle in der Welt„weisheit einem Aristoteles, eben wie in der Gottesgelahrheit einem „Peter Lombard an. Sie traten in dieser Lehrer Fußstapfen, mit „Ausschluß aller andern, ein. Ich muß hier bekennen, daß eine solche „Entschliesung nicht wenig beitrage, die Einhelligkeit der Gemüther, und „Gelehrten in den Klostergemeinden zu erhalten. Aber wer ersieht nicht „sogleich, was für ein großes Vorurtheil der Wahrheit daraus entstehe, „welche jedoch der Hauptgegenstand unserer Studien seyn sollte? In den „zarten Jahren ist das Joch des Ansehens heilsam. Man soll sich fügen „nach jenem, der uns vorgehet, und in seine Fußstapfen eintretten, und „dieses solange wir Lehrjünger sind. Allein wir begnügen uns mit die„sem nicht; sondern wir wollen lebenslänglich Kinder verbleiben, folglich „jenem Lehrer anhangen, den entweder unsere Wahl, oder die Anbe„fehlung eines andern zum Beherrscher, ja gar Tyrannen unsrer Stu„dien gemacht. Ich nenne es eine Tyrannei, ich nenne es eine Thor„heit, die Freiheit seines Verstandes nicht anwenden wollen, um dem „Wahren richtiger nachzufragen. Einer ausgemachten Gefahr zu fehlen, „sezt sich jener aus, der Blinderdings sich einem anvertrauet, der gleich„wohl nicht unfehlbar, und zum Grunde das Ansehen des andern an„führt; oder der sich einem also ergiebt, und also leibeigen macht, daß „er lieber mit demselben fehlen, als ihn verlassen will. Sey es, daß „ein Socrates, Plato, Aristoteles, Epicurus, und andere, „große Männer gewesen, waren dieselbe doch Menschen: mehr als die„selbe muß uns die Wahrheit lieb, und werth seyn, die sich gleichwohl „in ihren Sätzen bisweilen, aber nicht allzeit, zeigte ꝛc." Adposite quoque S. AUGUSTINUS Epist. XIX.: *Ego solis iis Scripturarum libris, qui jam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, ut nullum eorum Auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam, ut si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam mendosum Codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi vel per illos Autores Canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere potuerunt.*

(a) Jo. Georg. WALCH. Lib. sup. cit. An. 1734. Jenæ edit. Cap. 2. Von der Klugheit, und Behutsamkeit, nach welcher man der polemi-

schen

inquiens: *Nihil magis præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes, non quo eundum est, sed quo itur.*

Redeamus nunc ad Propositum, a quo paulo digressi sumus. Quod ut dedito ordine, ac claritate fiat, rem ab origine repetere juvat.

CAPUT II.

In Traditionum Divinarum existentiam inquiritur.

§. 11.

Prænotanda.

Si efficitur, ut dogmata, atque instituta Religionis christianæ, successive a pluribus admittantur, tanquam fidei, & vitæ regula, Religio christiana *propagari* dicitur.

§. 12.

schen Theologie obzuliegen, und sich in theologischen Streitigkeiten aufzuführen, inter alias qualitates & hanc similiter in Theologo requirit ibid. §. 3. p. 95. dicens: „Unter andern ist hiebei nöthig, daß „man die Vorurtheile erkannt, und sich davon losgemacht. Wie sie über„haupt bei der Erkänntniß der Wahrheit, und im Leben großen Scha„den thun; also geschieht dieses auch insonderheit bei den theologischen „Controversien, daß, wenn Leute darüber kommen, welche mit Präju„diciis eingenommen sind, so gerathen sie nur von einem Abweg auf den „andern. Sie urtheilen, wie es zwar ihren Vorurtheilen, nicht aber der „Wahrheit, und der Sache selbst gemäß. Insonderheit herrschet hierin„nen bei vielen das Vorurtheil menschlichen Ansehens, da man von „der Auctorität Gottes, und seines Worts, auf das Ansehen der Men„schen verfällt, welches ungemeinen Schaden thut". Conf. Christ. PFAFFII duæ Dissert. *de Præjudiciis theologicis*, & Jo. Henr. BARTH. Diatrib. theologie. *de Præjudiciis, quæ sunt veritatis impedimenta*. E Catholicis conferri possunt Anton. GENUENSIS, *Artis logico-criticæ* Lib. 1. Cap. V. *Dictionnaire Philosophique de la Religion par l'Auteur des Erreurs de Voltaire 1773*. Theodiste produit Aug. Vindel. 1783. Vid. Art. Vorurtheil.

Quædam

§. 12.

Christus suam, quam proposuit doctrinam, sola TESTIMONII auctoritate *propagari voluit.* Apostolos enim post se *testes* instituit: *Et eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.* Act. Ap. Cap. I. 8. *Præcepit nobis* (inquit PETRUS Act. X. 42.) *prædicare populo, &* TESTIFICARI, *quia ipse est, qui constitutus est a Deo judex vivorum, & mortuorum.* Apostoli testes reliquerunt post se, Episcopos ab ipsis eruditos: *quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Verba sunt PAULI II. ad Timotheum II. 2. Sicque patet, doctrinam Christianam per testes inchoatam, per testes continuatam fuisse. *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Chisti.* Ad Rom. X. 17. (a)

De Scripturæ sacræ, de Necessitate.

§. 13.

Doctrina Religionis christianæ tam VIVO, quam SCRIPTO *testimonio, posteris communicari potuit; sed quam divina sapientia inierit, eam conservandi, ac propagandi rationem, a* PRIORI *demonstrari nequit.* Utrumque enim modum, natura testimonii recipit; Porro si credimus Religionem esse divinam, eamque a Deo conservari, credere etiam debemus Deo æque facile esse, & *cum*, & *sine litteris* eam conservare, ac posteris communicare. Denique si Religio revelata in *statu legis naturalis* toto tempore, sola Traditione divina, non scripta, sed a majoribus ad filios & nepotes transmissa, duobus circiter annorum millibus sustentari, ac communicari potuerit, uti Protestantes nobiscum fatentur (b); Cur non & dogmata Religionis Christianæ in Lege Nova? Si veteris Eccle-

(a) Confr. Fratr. de WALENBURG loc. cit. Tract. V. *de perpetua Probatione fidei per testes.*

(b) Convenit inter Christianos omnes, in primo statu Religionem fuisse vere revelatam, atque eandem omnino, quæ in reliquis duobus statibus deinceps fuit; quamvis quoad doctrinarum, & præceptorum numerum ac copiam non ita ampla fuerit. Hinc SCHUBERTUS ipse fatetur, circum-

cisio-

Ecclesiæ municipes v. g. ADAM, ABEL, SETH, ENOS, MELCHISEDECH, ABRAHAM, ISAAC, JACOB, aliique complures, de rebus a Deo revelatis abque Scriptura certissimi fuerunt; Num idcirco minus certi erunt Christiani de Religionis christianæ doctrina, si sola Traditione orali, illam posteris communicari, Christus voluisset (a)? Quid? *Si Apostoli nullas nobis Scripturas reliquissent, nonne oporteret nos sequi ordinem Traditionis Ecclesiæ, quam fideles scilicet ante scriptum Evangelium sequebantur.* IREN. Lib. 3. Cap. 4. Manifestum hinc est, Religionis christianæ dogmata absolute saltem

cisionem, dogma de mundo creato, de futuro Liberatore, præcepta Noachitica &c. sola Traditione tum temporis propagata. Quod vero Traditiones legis scriptæ V. T. adtinet, in iis admittendis Protestantes difficiliores sunt. Fatentur quidem extitisse in lege scripta quasdam Traditiones historicas, exegeticas, seu interpretativas, & alias aliorum vaticiniorum, quæ scriptis demandata haud fuerunt. Interim has non fuisse necessarias, & salva salute potuisse ignorari adstruunt. Vide, quæ Prosper. de AQUILA *in Dictionario Theologico partatili.* Aug. Vind. 1775. hanc in rem habet *Art. Traditio* p. 241. Item ejusdem *Diction. man. Bibl.* 1776. p. 617.

(a) CARPOVIUS *Theol. Rev. Præcogn.* C. II. *de S. Script.* §. 152. & 153. duas affert causas, cur olim Traditio sine scripturis tamdiu perdurare potuerit, *ætatem* videlicet *hominum valde longævam, & minorem tunc eorundem numerum.* Sed cum alia demum enata sit rerum facies, majorque postea contigerit numerus hominum, & minor ætas, scripturis opus fuisse censet, ut Revelatio divinitus facta semper inposterum salva persisteret. Verum ad hæc Georg. Francisc. WIESNER in Diss. sub tit. *Commentatio in Epist. II. Thes. Cap. II.* ℣. 14. p. 17. ita reponit: „Quasi vero plures centeni anni, quos Patriarcharum vita, saltem ante „diluvium complectebatur, ad exponendam aliis Traditionem, atque illam „forte sæpius memorandam forent necessarii: aut quasi major hominum „numerus, maxime si in idem consentiant, sicut in Ecclesia Christi con„tingit, non multo potius Traditiones ab interitu, aut corruptione ser„varet: cum quis videlicet opinionem quamlibet inter plures diffusam „ægrius rescindat immutetve, quam si ad paucos illa devenisset: aut „quod rei caput est, quasi divinæ providentiæ difficilius accideret Tra„ditionem AGRAPHON, quam scripturas conservare".— Longius certe aberrat Jo. Andreas BUTTSTETT, dum in sua Differt. inaugurali *de Traditionum Origine, & Auctoritate.* Erlangæ An. 1762. pag. 44. scribit, *ne in longævis quidem familiis Patriarcharum doctrinæ divinæ integritatem per solam Traditionis viam conservari potuisse.* Cenf. Jos. Ant. RIEGGER *Diss. sup. cit.* §. XIII. (x).

tem loquendo, sine literis conservari, ac posteris solo vi-
lis oraculo communicari potuisse. Cum autem intellectus hu-
nus utpote limitatus, fines Dei plurimos, quos sæpe simul i-
dit, totumque nexum rerum, penetrare nequeat, ut ex h-
imul sumtis, aptiora, ac meliora media æstimare, eaque D-
vi infinitæ sapientiæ suæ actu eligisse, certo determinare vale-
patescit, a *priori* demonstrari non posse, quod *scripto* potius, qu-
vivo testimonio, Religio christiana propagari debuerit.

Corollarium I.) *Ergo ad communicanda, propugnandaque dog-
mata Religionis christianæ, scripturas absolute necessarias esse, cert-
evinci non potest.*

Coroll. 2.) *Existentia quoque Traditionum dogmaticarum male
negatur eo ex capite, quod incorrupte custodiri, & ad nos usque per-
venire non potuerint.*

Scholion. Siquid ex nexu rerum, earumque natura augurari liceat, verosimilius est, *vivæ vocis*, & *scripturæ* connubium aptissimum fore, dogmata christiana ad posteros propagandi medium. Nam utraque hæc methodus a se invicem sejuncta (ut recte animadvertit Brandmeyer) vix non æqualibus implicata est difficultatibus; si vero sibi invicem copulentur, Scriptura atque traditio, difficultas & defectus, se ex utraque parte tenentes, hac amicabili unione evanescunt, aut saltem diminuuntur. Siquidem *dupliciter* valet vivæ vocis Traditio, ut *vel* eorum quæ scripta sunt, conservetur, propageturque memoria, *vel* scriptorum etiam dogmatum dilucidetur, explaneturque sententia, atque sic Traditione integritas scripturæ, sensusque puritas servatur; Scriptura autem, cum principaliora fidei nostræ capita, scriptis asservet monumentis, traditionem memoriamque juvat, illiusque corruptioni obstat. Ergo aptiorem præ ceteris talem esse, doctrinam cristianam propagandi, conservandique methodum, hinc divinis perfectionibus magis convenientem, saltem probabili demonstratione conficitur. Conf. Christ. Wolfii *Theol. nat.* §. 446. edit. Francof. 1736. Item Samuel. Basnage *Diss. sup. cit.* §. XXVI. p. 551.

§. 13.

S. Scripturæ Ortus.

Initio Religionem christianam per plures annos, sola vivæ vocis Traditione, os ad os traditam, postea vero scripta quædam ejus documenta in memoriam relicta fuisse posteris, a posteriori certum est.

Indubitatum enim est, Christum, cum in terris conversatus esset, mysteria regni, ac præcepta sua Apostolis, vivæ vocis oraculo communicasse, & efficaciter voluisse, ut illi docerent gentes, servare omnia ea, quæcunque eis mandavit. Illa quoque, quæ ex ore Magistri sui exceperunt Apostoli, aliis similiter viva voce communicarunt. Traditionibus procul dubio regebatur Ecclesia, antequam Evangelistæ sua conscripsere Evangelia. Traditionum mentionem iteratam Paulus facit in suis Epistolis. Neque omnes libri sacri, simul ab Apostolis, sub initio prædicationis conscripti fuerunt. Etenim societas christiana stetit secundum Theophylactum annis 8. absque S. Matthæi, annis 10. absque S. Marci, annis 15. absque S. Lucæ, annis 22. absque S. Joannis Evangelio; diutius autem absque Epistolis. Credibile præterea est, quod nec ipsi Apostoli omnes, utpote ab invicem dispersi, quatuor Evangelia, reliquasque Epistolas suorum Collegarum viderint. Quinimo tempore Irenæi, ipso teste Lib. 3. Cap. 4. adhuc plures Ecclesiæ sola traditione constabant, & viva verbi divini prædicatione moderabantur. Quibus, siquis annuntiaret, quæ ab hæreticis adinventa sunt, statim concludentes aures longo longius fugerunt. Id ipsum ap. Steph. Wiest, Tom. III. p. 169. præclare observat Anonymus Acatholicus Diogenes Christianus, in opere infra citato (a), cujus verba sequentia sunt: „Von den „ersten Glaubigen wird wohl Niemand behaupten, daß sie durch die heil. „Schrift die Erkenntniß des Heilandes empfangen. Es ist allzuoffenbar, „daß der erste Grund zu dieser Erkenntniß allzeit durch einen mündlichen „Unterricht geleget worden, und daß die Briefe der Aposteln an diejenigen „gerichtet worden sind, welche schon zum Glauben an das Evangelium „waren gebracht worden, daß diese nur an das, was sie schon wusten, „erinnert, und darin befestiget worden sind rc."

(a) Allgemeine Gedanken von der Trennung der Christen, nach der Einsicht eines Christl. Diogenes. Frf. 1773. in 8. Erst. Th. S. 88.

COROLLARIUM 1.) Tota itaque societas christiana sub i[nitio Ec]clesiæ, aliquamdiu vixit, edoctaque fuit sola Traditione orali.

COROLL. 2) Traditionum proin Origo ac usus, non cum Just[o Hen]ningio BOEHMERO ad hæreticos secundi sæculi primum referenda, altius, id est a Christi, & Apostolorum ævo, repeti debet (a).

COROLL. 3) Imo ad conditi hominis primam ætatem rejici de[be]re, vix est, qui neget, nisi fors ipsam Religionem divinitus revelatam malesanus inficietur.

§. 14.

S. Scripturæ Finis.

De præcepto Christi, Apostolis dato, ut scriberent, non constat; neque Consilium Apostolorum unquam fuit, omnes, & singulas veritates Religionis christianæ, scriptis, saltem clare, dare hominibus. Nullibi enim Christum Apostolis suis præcepisse legitur, ut quidquam Libro, aut scripto exararent, sed tantum, ut euntes per mundum universum PRÆDICARENT Evangelium omni creaturæ. Reipsa etiam Apostoli secundum Christi mandatum omnes quidem viva voce prædicarunt: non tamen omnes scripto promulgarunt. Sic prædicarunt Ss. ANDREAS, THOMAS, BARTHOLOMÆUS, PHILIPPUS &c. nihil tamen scriptum reliquerunt (b). Alii vero Apostoli, dum scripserunt, non ideo scripserunt, quod propositum singulis esset, omnes & singulas veritates christianæ Religionis, scripto edere, aut complecti; sed prout exigebant necessitas, & utilitas fidelium, pro ratione circumstantiarum scripta sua exararunt

(a) De Systemate BOEHMERI plura videsis ap. ZALLWEIN Lib. cit. Cap. III. §. V. p. 172. Item ap. Gottfr. LUMPER *Hist. Theologico-critica.* 1784. P. III. Art. II. *de Traditionis Authoritate* p. 334. seqq.

(c) Scripta enim, quæ illorum nomine proferuntur, e. g. Evangelia sic dicta Ss. *Andreæ*, *Bartholomæi*, *Thomæ*, *Philippi*, *Barnabæ*, *Nicodemi &c.* supposititia esse res apud criticos hodiernos certa est. Vid. CALMET Diss. in Evangel. Apogryph. GRAVESONIUS *Tract. de Script. sacr.* P. III. §. ult.

runt (a). Idcirco ea duntaxat literis suis mandarunt, quæ pendentibus tunc temporis circumstantiis necessaria, atque iis, quorum gratia scripserunt, magis videbantur utilia, cæteris aut omissis, aut obiter tantummodo, & subobscure delibatis; quemadmodum Libros sacros inspicienti, ad oculum patet (b). Id-

(a) Sane MATTHÆUS ea occasione scripsit, *quod cum Hebræis primum fidem prædicasset, inde ad alias quoque gentes profecturus, Evangelium suum, patrio sermone conscribens, id quod præsentia videbatur superesse, scripto illis, quos relinquebat, supplevit.* Prout refert EUSEBIUS *Hist. Eccles.* Lib. III. Cap. 24.— Et MARCUM, quæ a Petro didicerat, non sponte sua, nec jussu Petri, sed precibus Romanorum compulsum, scripsisse, auctores sunt CLEMENS in 6. Dispos. Lib. apud EUSEB. II. Cap. 15. Et PAPIAS apud eundem, eodem L., & Lib. 3. Cap. ult. En verba PAPIÆ: *Marcus quidem cum esset Petri interpres, quæcunque memoria retinuit, accurate conscripsit, non quidem eo ordine, quo a Domino dicta sunt, aut facta sunt; neque enim audivit Dominum, neque illius, sed Petri postea, ut dixi, assectator fuit, qui doctrinas suas, juxta quod necessitas axigebat, non ut constructionem sermonum Domini faceret, administravit, ita, ut nihil deliquerit Marcus, quod quædam ita conscripsit, sicut ea memoriæ tradiderit. De hoc uno siquidem cogitavit, nequid eorum, quæ audierat, omitteret, aut qua in re, quod falsum esset, traderet.*— LUCAS, quæ sibi scribendi occasio, & causa fuerit, ipsemet testatur initio Evangelii sui, ubi hæc scribit: *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assecuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile! ut cognoscos eorum verborum, de quibus eruditus es veritatem.*— In extrema demum senectute *novissimus omnium scripsit Evangelium* S. JOANNES, & quidem teste HIERONYMO (*Lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis*) *rogatus ab Asiæ Episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hæreticos.* Scripserunt alii, aliis ducti motivis. Ecclesiis dederunt Epistolas non proprio motu, nec præcepto Divino, sed novis semper emergentibus causis excitati, *tum* ut domesticas componerent dissidias, dejectos in spem futuræ vitæ erigerent, ac hæsitantes in fide melius instruerent, *tum* ut obloquentium revincerent pertinaciam, damnarent errores, atque inter fideles, depositum fidei sartum, tectumque servarent.

(b) *Evangelia* enim, circa gesta ab ipso CHRISTO occupantur. Christianorum dogmatum, nonnisi sparsim, & ob nexum, ordinemque historiæ, mentionem ingerunt. *Acta Apostolorum*, primitivæ Ecclesiæ fata cum

primis

Idipsum confirmat laudatus Jo. Christ. DOEDERLEIN L cit. §. 34. Obs. 1. p. 95. ubi in rem nostram ita loquitur: Q libros exararunt Evangelistæ, & multo magis Apostoli, suis m temporibus cum inservire vellent, vix hoc consilio scripserunt, u posteros hæc monumenta conservarentur, quibus si consulere voluiss multa profecto fuissent resecanda, omittendæ controversiæ, ac syste tis christiani compendium multo aptius concinnandum. Sed raro ætati suæ accommodate scribit. posteritati totus prodest, in qua vel res opiniones profligatæ sunt, antiquæ controversiæ novis locum fecer ac mutata morum ratio, alias quoque admonitiones; alium ELENCHO postulat. Patet, Matthæi Evangelium fere contra Judæos scribi, qu dignitatem Jesu Messianam impugnarent; Johannem tum Judæos convincere, tum eos, qui Johannis Baptistæ disciplinam præferrent; quis hæc nostris necessaria esse existimet? Constat Epistolas Pauli familiares privatis Ecclesiis destinari: Quis Pauli Consilium longe amplius processisse putet? Veneramur autem providentiam, quæ tam antiqua, & genuina nobis monumenta conservavit, e quibus, quæ communis fidei sunt, possunt decerpi, & involuta veluti veritas explicari. Ex quo manifeste colligitur, Apostolos non de scribendo, sed de prædicando Evangelio, primaria intentione cogitasse. Præterea, recte observat BELLARMINUS *de verbo Dei non scripto* Lib. IV. Cap. IV. p. 174. „Si Apostoli doctrinam suam litteris consignare ex pro„fesso voluissent, certe catechismum, aut similem librum confe„cissent. Denique vel singuli Apostoli edidissent scriptam doctri„nam Evangelicam, cum singuli haberent curam alicujus provin„ciæ; vel certe omnes simul congregati, antequam discederent „in suas provincias, communem aliquem librum edidissent, sicut „constat eos communiter symbolum fidei (quod *Apostolicum* idcir„co dicitur) composuisse, quod tamen non scripserunt, sed viva „tantum voce tradiderunt". Prout docent *Irenæus*, *Hieronymus*, *Augustinus*, *Ambrosius*, *Leo*, & *Maximinus* locis ibid. cit. (a).

Imo

primis enarrant. Et *Epistolæ Apostolicæ*, ad particulares quandoque Ecclesias, vel personas directæ, semper vero pro occasionibus, & utilitatibus singularibus conscriptæ, circa materias speciales versantur.

(a) De origine symboli *Apostolici* variæ sunt variorum sententiæ. Nobis præplacet opinio Rev. Martini GERBERT existimantis (*Princip. theol.*

symbol.

Imo a prudenti œconomia, gravibusque prohibebantur motivis, ne Religionis christianæ mysteria promiscue in scripto propalarent. Quis enim nescit, quanti semper habita fuerit DISCIPLINA ARCANI, quæ in ipsis Ecclesiæ primordiis invaluit, atque testibus TERTULLIANO, ORIGENE, BASILIO observata fuit, ut suis mysteriis honor servetur, neve initatis, Gentilibus, & Catechumenis, divina mysteria male intelligendi (a), contemnendi, irridendi, ac profanandi, ansa & occasio suppeditaretur Christo, dicente: *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras*

ante

symbol. Sect. I. Cap. 1.) formulæ Baptismi a Christo præscriptæ symbolum Apostolicum, originem suam debere, illudque ab initio simplicius fuisse, & formulæ Baptismi pressius respondisse, donec successu temporis, ob varias exortas hæreses, hinc inde addi aliquid contigerit, ut in eam, quæ hodie habetur, formam coaluerit, & denique concludit: *Quare mea sententia statuendum est, symbolum prout hodie habetur, articulatim Apostolis tribui non posse, nec adeo scrupulose ubique quoad singula verba expressum fuisse, quin data occasione aliquid adderetur.* Eadem quoque opinio est Joan. Georg. WALCHII (*Hist. Eccles. Secul.* I. Sect. I. p. 372.) statuentis: *Illi sententiam verosimilem amplectuntur, qui existimant, quod symbolum hoc sensim sit formatum, ita, ut solemnis Baptismi formula a Christo præscripta primum suppeditaverit fundamentum; errores autem hæreticorum, contra quos sacro fonte abluendi confirmari debebant, materiam id augendi, & amplificandi dederint.* Conf. DU PIN *Bibliotheque des autres Eccles.* Tom. I., item NELLERI *Princip. Jur. eccles.* sup. cit. Cap. III. *de Symbolis*, atque generatim Petri KINGII eruditum opus sub tit. *Historia symboli Apostolici.* Basileæ 1750. 8.

(a) Huc respicere videtur PAULUS ad Corinthios scribens (I. Cor. III. 1. 2.) *Tanquam parvulis in Christo* (Neophytis) *lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis.* In quæ verba S. AUGUSTINUS *Lib. de dono persever.* Cap. 16 sic commentatur: *facile est, imo & utile, ut taceatur aliquod verum propter incapaces.* Tales igitur erant Corinthii, (eruditus PETAVIUS pergit, *Theol. dogm. de Trinit.* Lib. III. Cap. 1. n. VI. VII.) quibuscum res erat Apostolo, dum ea scribebat, ut adhuc lacte opus illis esset, hoc est facilioribus, & vulgaribus fidei rudimentis, non exquisita illius enarratione, qui cibus est solidus . . .; quodsi imperitis, magna, & recondita fidei dogmata scripto tradantur, nec sit in promptu, qui ista legentibus, & non accipientibus viva voce satisfaciat, plerumque vera, & salutaris doctrina, in illorum perniciem, non intellecta convertitur.

ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi pant vos. MATTH. VII. 6. (a). Atque inde est, ut Codice quandoque obscuri, quandoque mutili, & in completi appar

CORLL. 1.) Ergo Scriptura S. PERFECTA, ac SUFFICIENS nequit, hoc sensu, quod omnia, quæ creditu atque factu ad salutem cessaria sunt, PLENISSIME exhibeat. Seu, quod omnia ita trada ut quilibet mortalium, si modo usu rationis polleat, & diligentiam de bitam adhibere velit, omnia, quæ ad salutem consequendam pertinent, facili negotio inde haurire queat. Quemadmodum BUDDEUS Lib. cit. §. XV. p. 144. contendit. Actio enim ultra finem non est exten denda, cum finis sit ratio determinans actionem. Jam vero cum finis Scriptorum sacrorum, se eousque non extenderit, ut sin gulas veritates, scitu, factuque ad salutem necessarias, calamo punctatim notare decreverint, nec scribendi præceptum a suo acceperint Magistro, nec Religionis christianæ mysteria omnia, promiscue in scripto palam explicare expediens fuerit; patet, Q. E. D.

COROLL. 2.) *Omnes proin Controversiæ fidei ex sola S. Scriptura dijudicari, ac dirimi non possunt.*

COROLL. 3.) *Hoc non obstante S. Scriptura* PERFECTA *dici po test, ac debet.* Enimvero perfectio Scripturæ consistit in ejus dem cum fine Dei, & Scriptorum Ss. consensu; Cum itaque Scriptura a Deo, tanquam Auctore primario, sacros Scriptores in scribendo dirigente proficiscatur, omnia, quæ Scriptores transcribere tum volebant, tum debebant, in Scripturam reda cta fuisse, sicque Dei, ac Scriptorum Ss. finibus exasse respon disse quis dubitet? Cumque pro re solum nata, ex diversis sua sponte se offerentibus circumstantiis, Apostoli scripta sua exara rint, inque his potissimum ad suum tempus respexerint, scopus, quem

(a) *De disciplina Arcani* eleganter differunt Emanuel. A SCHELSTRATE in *Diss. Apologetica de disciplina Arcani contra Disputationem* Ernesti TENZE LII. Romæ 1685. rec. 1743. 4. Et Herm. SCHOLLINER O. S. B. *Diss. de disciplina Arcani.* Mart. GERBERT O. S. B. nunc Abbas in sylva ni gra, MANTISSA *de arcanis Ecclesiæ traditionibus.*

quem singuli scribendo consequi intendebant, nullatenus exige bat; omnia adamussim transcribere. Manifestum quapropter est, S. Scripturæ nihil perfectionis decedere, si non omnia creden da, & agenda, & salutem necessaria *plenissime* complectatur. Conf. Bened. STATTLERI *Demonstratio Evangelica.* Aug. Vind. 1770. Cap. VII. Art. I. §. 260. seqq. Ubi quis scopus Evangelistæ cui que, seorsim propositus in scribendo fuerit, fuse non minus, quam solide exponit, & Evangelistas ab omni fraudis suscipione, atque injuria egregie contra Theistas vindicat.

§. 16.

Inde tamen non sequitur dari Traditiones dogm. mere-orales.

Ex hucusque dictis nolim illico inferas: *Certum, indubitatum que esse, existere quædam dogmata, a Christo revelata, in S. Scrip tura ne vel implicite contenta,* seu *dari Traditiones dogmaticas* MERE ORALES. Etenim Protestantes facile concedunt, vetuisse Consi lium Librorum N. T. singulorum, quin totum, & luculentum do ctrinæ christianæ systema, ac per partes omnes clarum propo neretur; ast contendunt, dogmata, quæ a prioribus, silentio prætermissa fuerunt, a posterioribus transcripta fuisse Scriptori bus Theophneustis, potissimum a S. JOANNE; utpote qui Scrip torum Hagiographorum ultimus erat, & antequam Evangelium a se scriptum vulgaret, alia tria jam legerat, EUSEBIO teste Lib. III. Cap. IV. *Hist. Eccl.*; qui & cæterorum Apostolorum Episto las (nisi forsan illam PAULI *ad Romanos* exceperis) ceu in Asia notissimas, & christianis invicem communicatas, pro suo munere tum videre, tum examinare debuit, priusquam ipse suas ederet; qui proinde res omnes cæteris in scripturis contentas penitus noverat. Idcirco Guielm. CAVE *in Hist. Litteraria script. Eccles.* Vol. I. 1693. Edit. Genev. p. 8. de S. JOANNE loquens ait: *Evangelium suum con scripsit, partim ut nascentes Cerinthi, & Ebionitarum blasphemias re felleret* . .; PARTIM UT CÆTERORUM EVANGELISTARUM DEFECTUS SUP PLERET. Ex quo inferunt, post clausum S. Scripturæ canonem, Christiano nihil amplius fide divina, & supernaturali credendum, nisi quod in sacris litteris continetur (a). Veruntamen sicut Pro testan-

(a) Ita quoque docent Confessiones eorum publicæ, Conf. FF. DE WALENBURG Tract. VI. *de Testimoniis*, seu *Traditionibus non scriptis.* Cap. III. p. 780.

testantes solido fundamento nunquam probabunt, omnia scripta esse, quæ Christus & Apostoli docuerunt (a); sic nec C... ex hucusque dictis, (nisi me omnia fallant) convincenter de... strare poterunt, quædam a nobis credenda esse, in S. Scrip... nullo modo contenta (b).

(a) Id quidem evincere conantur variis S. Scripturæ tum V. tum N. T. te... tibus. Ex V. T. sequentes potissimum textus adferre solent: illud Deu... TER. IV. 2.: *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec aufer... tis ex eo.* Similia, quæ leguntur PROVERB. XXX. 6. & APOCALYPS. XXII. 28. Ex N. T. 1) illud quod Christus JOAN. V. 39. ait ad Judæos: *Scrutamini scripturas . . . & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Item JOAN. XII. 48.: *Sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.* 2) ACT. XVII. 11, ubi de Beroensibus dicitur: *Erant quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent.* 3) Dum Apostolus scribit ad GALAT. I. 28.: *Licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* 4) Legitur JOAN. XX. 31.: *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitam habeatis.* Denique 5) Paulus inquit II. TIMOTH. III. 16.: Omnis Scriptura *divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* In quem locum ait PFAFFIUS Lib. 3. de doctrin. christ. Cap. 2. „Dieses hätte er nicht sagen können, wenn nicht alles, „was zur Seligkeit nöthig ist, darinnen stünde". Verum argumenta hæc, sicut nec illa ex authoritate Ss. Patrum deprompta, ex toto convincentia non esse, facili negotio demonstrari posset, nisi hac in re nostri passim theologi otium nobis fecissent. Inter plures hac de re consuli possunt Pet. Mar. GAZZANIGA *Theol. Polem.* Tom. II. Item ejus *Prælect. Theol.* Tom. IV. Diss. III. *de Traditionibus.* Paul. OPFERMANN *Relig. cathol. veritas* Tom. III. Moguntiæ 1779. Quæst. V. p. 230. seqq. Ac præcipue Stephani WIEST Tom. III. cit. p. 275. & seqq.

(b) Obstare videtur, quod S. JOANNES, licet Scriptorum Ss. ultimus fuerit, in fine Evangelii sui Cap. XXI. 25. scripserit: *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Ex quo loco Georg. Franc. WIESNER Diss. cit. p. 14. (l) sic infert: „Numerum li„brorum, qui necessarii forent, cum definire nollet, (S. Joannes) Hy„perbolen adhibet. Atqui tamen iisdem ipse verbis declarat, non omnia CHRISTI facta divinis in libris notata legi. Sed cum ad res a CHRISTO gestas procul dubio pertineant etiam facta ipsius, ut ita loquar, pragma-

§. 17.

S. Scriptura iteratam quidem facit Traditionum mentionem; sed utrum ibidem de rebus dogmaticis, & nullo modo scriptis, sermo sit, non sat expeditum videtur.

Textus ejusmodi, ubi de Traditionibus mentio occurrit, Jos. Anton. A RIEGGER in Diss. cit. §. XVIII. adducit. Et sunt sequentes: 1) Dum PAULUS Epist. I. Cap. XI. 2. ad Corinthios ait: *Laudo vos fratres, quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis* (a). 2) Idem PAULUS II. ad Thessal. Cap. II. 14: *Itaque fratres, state, & tenete Traditiones, quas didicistis, sive per Sermonem, sive per Epistolam nostram*

Neque id *erui potest* e S. Scriptura:

„pragmatica, quibus Ecclesiam suam extruebat, ordinabat, sacrasque Re„ligionis institutæ functiones non solum verbo, sed etiam usu interdum, „& exemplo suo, maxime post suam a morte ANASTASIN, dirigebat, quis „inde non colligit, multa, quæ nunc in Ecclesia vigent, & ab alio ne„mine instituta noscuntur, licet sacris in libris non expressa deprehen„dantur, nihilominus ad CHRISTUM auctorem jure merito referri. Idem „porro JOANNES non omnia se scripsisse illius temporis fidelibus, testa„tur Epist. 2. sub finem his verbis: *Plura habens vobis scribere, nolui „per chartam, & atramentum: Spero enim me futurum apud vos, & „os ad os loqui*, STOMA PROS STOMA LALÆSAI &c." — Num vero hæc argumentandi ratio ita efficax sit, atque convincens, ut exinde existentia Traditionum *dogmaticarum mere-oralium* (de quibus hic loquimur) omnimoda cum certitudine inferri possit, aliis dijudicandum relinquo. Nobis saltem non ita videtur.

(a) Paulum hic loqui de Traditionibus non scriptis WIESNER (in loc. mox cit. §. IV. p. 18.) ulterius probat ex illis ejusdem Apostoli verbis Cap. cit. V. 23. *Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis.* „Ubi „significat sese antea tradidisse Corinthiis absque scriptura, & nunc scrip„to tradere doctrinam a CHRISTO DOMINO acceptam, qua Eucharistiæ „mysterium, & institutio comprehendatur. Unde præterea duo colli„gere licet. *Primum* est, nec omnem sacrorum mysteriorum usum, „nec omnia fidei christianæ capita fuisse ab Apostolis scripturæ mandata, „sed ea sola, quæ pro rerum opportunitate ceu scribenda occurrebant. „*Alterum* est, PAULUM in hac ipsa epistola res aliquas de mysterio Eu„charistico, illiusque celebrandi ratione sibi servasse, quas præsens abs„que scriptura Corinthios edoceret &c."

ſtram (a). 3) Ibidem Cap. III. 6.: *Denuntiamus autem vobis, fratres in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum Traditionem, quam acceperunt a nobis* (b). 4) Item ad Timoth. I. Cap. VI. 20.: *O Timothee! depoſitum cuſtodi* (c). 5) Et ad Timoth. II. Cap. I. 13.: *For-*

mam

(a) „Quem locum (fidenter aſſerit GAZZANIGA *in Prælect. Theol.* Tom. IV. Vindobonæ 1780. Diſſ. III. *de Tradit.* Cap. I. n. 16. p. 384.) „licet „nullo gloſſemate per ſe indigeat, ita tamen S. Jo. CHRYSOSTOMUS loc. „ibid. cit. commentatur: *Hinc eſt perſpicuum, quod non omnia tradide-* „*runt* (Apoſtoli) *per epiſtolam, ſed multa etiam ſine ſcriptis, & ea quo-* „*que ſunt fide digna. Quamobrem quoque traditionem cenſeamus eſſe* „*fide dignam. Eſt Traditio nihil quæras amplius.* Eadem fere habet „S. BASILIUS, quibus verbis exploditur commentitia illa quorundam ex- „plicatio dicentium, *Apoſtolum loqui non de Traditionibus fidei,* ſed de „rebus ad externam politiam ſpectantibus; vel Apoſtoli locutionem non „eſſe intelligendam in ſenſu *disjunctivo*, ſed *copulativo*, nempe *quæ di-* „*diciſtis tam per epiſtolam, quam per ſermonem;* quia eandem doctrinam, „quo altius fidelium animis imprimeretur, & ſcripto, & verbis expo- „ſuerat. Utraque hæc explicatio, & Apoſtolicæ ſententiæ manifeſtam „vim facit, & a S. Jo. Chryſoſtomo aperte excluditur. Nec minus fri- „vola eſt aliorum evaſio, qui dicunt ea, quæ ab Apoſtolo Paulo fue- „rant Theſſalonicenſibus ſermone tradita, fuiſſe poſtea ab aliis ſacris „auctoribus ſcripto exarata. Frivola eſt, inquam, hujusmodi evaſio; „tum quia omni fundamento caret; tum quia ſupponit, quaſi ex condi- „cto conveniſſe Apoſtolos inter ſe, ut unus quædam, alter alia ſcri- „beret; tum demum, quia aliqua eſſe dogmata a nullo conſcripta mox „declarabitur". Vide & quæ habet WIESNER Diſſ. cit. §. I. & §. II. item Steph. WIEST Tom. III. cit. in hunc textum §. 78. p. 123.

(b) Quærit Steph. WIEST loc. mox citato: *Quid tam ſevero mandato opus fuiſſet, ſi de iis tantum Traditionibus ſermo eſſet, quæ fidem non concernunt.*

(c) „Nomine DEPOSITI (inquit WIESNER l. cit. §. IV. p. 19.) per metaphoram ſigni- „ficat PAULUS doctrinam ſucceſſori traditam; quomodo rerum pretioſarum „Theſaurus apud amicum deponi, ejusque fidei, & cuſtodiæ credi ſo- „let. *Numquid vero Apoſtolus mentem ſuam clarius exprimere, certius-* „*que aſſeverare potuiſſet, Traditiones non ſcriptas, & in Evangelio de-* „*poſito contentas, ad chriſtianæ fidei doctrinam pertinere? Id profecto* „*evidenter ex locis modo citatis oſtenditur.* Neque enim ſolas ſcripturas „apud TIMOTHEUM PAULUS depoſuerat, ſed eisdem inſuper viva voce „doctrinam ſanam tradiderat &c."

mam habe ſanorum verborum, quæ a me audiſti, in fide & in dilectione, in Chriſto Jeſu. Bonum depoſitum cuſtodi (a). 6) Et Cap. II. 1.: *Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Jeſu, & quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere* (b). 7) Denique Cap. III. 14.: *Tu vero permane in iis, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi.* En loca S. Scripturæ, quibus Traditionum divinarum Patroni, ac vindices, ut plurimum innituntur.

Quodſi jam ſolidum ex hisce Ss. Literarum textibus argumentum, pro Traditionum *divinarum* exiſtentia depromere quis velit, manifeſtum eſt, illi ante omnia demonſtrandum 1.) *Sermonem hic eſſe de rebus Dogmaticis.* 2.) *Illas quoque nullo unquam tempore ſacris Literis inſertas fuiſſe.* Hoc & innuit, ac jure prætendit PFAFFIUS loco infra citato (c), loquens de argumentis e Scriptura pro exiſtentia Traditionum divinarum petitis: „Hier muß man vor allen Dingen erweiſen, daß Paulus und „Johannes vieles geſagt haben, ſo weder in keinem ihrer Briefen, „noch auch in andern Schriften des neuen Teſtaments zu finden ſeye. „Weiter muß man darthun, daß von Glaubens = und Lehrſätzen hier „die

(a) In quem locum S. Joan. CHRYSOSTOMUS ap. LUYDL Lib. cit. Part. I. p. 376.: *Non modo per Literas, ſed etiam verbis Diſcipulo, quæ eſſent agenda dictavit. . . . Ne igitur minus aliquid Doctrinam habere putemus, plurima illi absque ſcripto tradidit, quæ illi modo ad memoriam revocans dicit: formam habe &c.*

(b) Judicat BELLARMINUS (*de verbo Dei non ſcripto* Lib. IV. Cap. V. p. 180.) „Si Apoſtolus loqueretur de verbis Scriptis, non tam anxie commen- „daret depoſitum. Scripturæ enim facile conſervantur in Thecis, & a „Librariis. . . . Et deinde non adderet: *hæc commenda fidelibus, qui ido-* „*nei erunt & alios docere: Sed diceret: commenda Librariis, ut multa* „*exempla tranſcribant. Nec diceret: quæ audiſti a me per multos teſtes,* „*ſed quæ ſcripſi tibi.*" Solidum, ſi Superis placet, argumentum!

(c) Widerlegung der zwölf Briefe des H. Pater Seedorfs. Tübing. 1750. in 8. S. 130. Quod vero operis citati Auctor ſit PFAFFIUS, aperte loquuntur Ephemerides literariæ. Vid. Götting. gelehrte Zeitungen 1750. S. 920.

„die Rede seye, da die Traditionen verschiedener Gattung sind. 2[...] „können auch nicht dogmaticæ seyn. Beydes zu erweisen, ist sch[...] „dings unmöglich". Meo judicio, saltem difficile erit. Di[...]ter enim demonstrari poterit 1mo. Paulum in omnibus locis ci[...] loqui de rebus *dogmaticis*. Neque illud moderatiores Tradi[...]num defensores asserere, ac propugnare audent. *Absit au*[...] (inquit RIEGGER loc. cit. §. XIX.), *ut quotquot ex Apostolo* §. præ[...] *dente, textus recitavimus, de traditione duntaxat divina intelligend*[...] *esse velimus: probe etenim gnari sumus, quasdam ex sententiis allega*[...]*tis reperiri, quæ ad disciplinam ordinatamque Ecclesiarum, quas Apo*[...]*stoli instituerunt, gubernationem trahi possunt* (*a*). 2do. Esto: illum vehementer errare, uti RIEGGER ibidem contendit, vimque manifestam inferre Paulinis testimoniis, qui ad constitutiones arbitrarias, & ad ceremonias adiaphoras, quas pro rerum, temporum, & locorum vicissitudinibus mutare licet, exponere singula machinetur. Ast qua ratione Vir clarissimus evincet, *illa post*modum neque a Paulo, neque ab alio Scriptore Theopneusto, literis consignata fuisse? Id profecto ex textibus II. ad Thess. II. 14. & II. ad Tim. II. 2. citatis, in quibus Traditionum Patroni, sine dubio & laudatus Author, potissimum se fundant, eliquatum nondum est. Enimvero hinc solum (prout recte animadvertit MURATORIUS) (*b*) evidenter colligitur, eadem veneratione, Apostolorum doctrinam ab Ecclesia Dei suscipiendam, colendam, & servandam esse, sive scriptis, sive verbis tantum eam tradiderint. Verum EADEM *evidentia non colligeretur, quæ Apostolus voce tantum prædicarat, scriptis postmodum vel ab ipso, vel ab aliis Apostolis, non fuisse consignata; siquidem saltem constat, post Pauli obitum, Joannem Apostolum suos confecisse, aut evulgasse libros* (vid. §. præced.). Porro cum Apostoli, quæ literis consignabant, etiam viva voce, clarius, & distinctius prædicarint, & vice versa, quæ viva voce prædicabant, ut plurimum scripto reliquerint; recte Apostoli ad Traditionem provocarunt, & PAULUS *Thessalonicenses* adhortari potuit, ut tenerent Traditiones, quas sive per Sermonem, sive per Epistolam fuissent edocti.

COROLL. I.

(*a*) Reflecte hic ad *Monit. I. & II.* & ad *Canones S. Script.* supra §. 10.
(*b*) De *Ingen. Moder.* Lib. I. Cap. XI. p. 101.

COROLL. 1.) *Inde patet, e sola S. Scriptura* CERTO *evinci non posse, existere quædam dogmata, a Christo revelata, in S. Literis nequaquam contenta.*

COROLL. 2.) *Solidum proin, ac convincens argumentum pro vindicanda Traditionum dogmaticarum* MERE-ORALIUM *existentia, e S. Scriptura desumi nequit.*

§. 18.

Non omnes Traditiones, de quibus mentionem faciunt Ss. Patres, dogmaticæ sunt; sed solum de illis, quæ ad meram disciplinam spectant, sæpe loquuntur. Sic Traditiones disciplinares sunt pleræque, quas retulerunt TERTULLIANUS *Lib. de Corona* Cap. 3. & 4.; atque S. BASILIUS *Lib. de Spiritu Sancto* Cap. 27. Id patebit inspicienti Textus, quos ad ponderandum, subjungere lubuit.— TERTULLIANUS loc. cit. Christianorum consuetudinem, *de non gestanda*, ut Ethnici faciebant, in *capite Corona*, ad Traditionem refert, & ea occasione Traditiones non scriptas, ita vindicat: „Hanc adeo „inveteratam observationem, si nulla scriptura determinavit, „certe consuetudo corroboravit, quæ sine dubio de Traditione „manavit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum pri„us non est? Etiam in Traditionis obtentu exigenda est, inquis, „auctoritas scripta. Ergo quæramus, an & Traditio nisi scripta „non debeat recipi? Plane negabimus recipiendam, si nulla ex„empla præjudicent aliarum observationum, quas sine ullius „Scripturæ instrumento, solius Traditionis titulo, & exinde „consuetudinis patrocinio vindicamus. Denique ut a BAPTISMA„TE *ingrediar*, Aquam adituri, ibidem, sed & aliquando prius in „Ecclesia, sub Antistitis manu contestamur, *nos renuntiare dia„bolo, & pompæ, & angelis ejus: de hinc ter mergitamur, amplius „aliquid respondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit: Inde „suscepti lactis & mellis concordiam prægustamus, exque ea die, „lavacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus.* EUCHARI„STIÆ *Sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum a „Domino, etiam antelucanis Cœtibus, nec de aliorum manu, quam Præ„sidentium sumimus. Oblationes pro defunctis pro natalitiis annua die „facimus. Die dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis ado-*

Neque e sanctis Patribus.

„*adorare. Eadem immunitate a die Paschæ in Pentecosten* u
„*demus. Calicis, aut Panis etiam nostri aliquid decuti in* terr
„*xie patimur. Ad omnem progressum, atque promotum, ad* o
„*aditum, & exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lavacra, ad*
„*sas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcunque nos conversatio*
„*ercet, frontem Crucis signaculo terimus.* Harum & aliarum huj
„modi *disciplinarum*, si legem expostules scripturarum, nulla
„invenies. Traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confi
„vatrix, & fides observatrix. Rationem traditioni, & consue
„tudini, & fidei patrocinaturam, aut ipse perspicies, aut ab ali-
„quo, qui perspexerit, disces; interim nonnullam esse credes,
„cui debeatur obsequium. . . . His igitur Exemplis renuntiatum
„erit, posse etiam non scriptam Traditionem in observatione de-
„fendi, confirmatam consuetudine, idonea teste probatæ tunc
„Traditionis, ex perseverantia observationis. Consuetudo au-
„tem etiam in Civilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex;
„nec differt, scriptura an ratione consistat, quando & legem
„ratio commendet" (*a*).

Notatu dignissimus quoque est locus S. Basilii, quem merito Gratianus suo *Decreto* Can. 5. D. XI., & ante eum etiam Burchardus, & Ivo suis Collectionibus inseruere: „Dogmatum (inquit

(a) In hunc Tertulliani locum Pfaffius ap. Wiest Tom. III. p. 283. sequentia obmovet Lib. cit. p. 131. inquiens: „Tertullianus schreibt „de Corona militis Cap. 3. daß nach der apostolischen Tradition, vor der „Taufe, die Täuflinge Milch, und Hönig kosten, und die ganze Woche „alle Tage baden musten. Am Sonntage dörfe man nicht kniend bethen, „noch fasten, und anders dergleichen mehr, bey Strafe der Excommuni„cation. Dein addit: Warum thut aber die römische Kirche diese Gebräuche „nicht mehr beobachten, oder erkennet sie etwa selbst die Unrichtigkeit die„ser Traditionen? ... Wir fragen, ob man dann noch auf diese Tradi„tionen achte, und ob man bey so gestaltan Sachen auf die Alte sich ver„lassen könne, wann sie sich auf die apostolische Traditionen berufen?" Verum observare debuisset Vir cæteroquin doctissimus, tales Traditiones, seu Ritus mere disciplinares esse, ac proin mutabiles, quos Ecclesia eo ipso salva Religione abrogare potuit (§. 3.); inde tamen non sequitur, quod Dogmata ab Apostolis tradita vel minimum mutaverit.

„quit loc. cit.) & Institutionum, quæ in Ecclesia servata sunt,
„alia quidem habemus ex doctrina, quæ literis consignata est,
„alia vero ex Apostolorum traditione ad nos transmissa in my-
„sterio accepimus. Quæ utraque eandem vim ad pietatem ha-
„bent: atque his nemo sane contradixerit, qui vel exigua legum
„Ecclesiasticarum peritia sit præditus. Nam si aggrediamur ea,
„quæ non scripto, sed tantum consuetudine constant, tanquam
„non magnam habentia vim repudiare, imprudentes Evange-
„lio, & quidem in præcipuis ipsius partibus, officiemus, vel po-
„tius ipsamet instituta ad inane quoddam nomen redigemus. Ex-
„*empli causa*, ut, quod primum maximeque commune est, pri-
„mo loco commemorem, *eos*, qui in Domini nostri Jesu Christi
„nomine, spem posuerunt, *figura Crucis signari, ecquis scripto do-*
„*cuit? Dum oramus, ad Orientem solem converti, ecquæ nos literæ do-*
„*cuerunt? Verba Invocationis, cum panis Eucharistiæ, & calix*
„*Benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis*
„*reliquit.* Non enim iis contenti sumus, quorum Apostolus, &
„Evangelium mentionem fecerunt, sed alia quoque cum antea,
„tum post didicimus, utpote quæ magnum momentum ad ipsum
„mysterium habeant, doctrina non scripta, sed tradita eruditi.
„*Benedicimus aquam Baptismatis, & oleum Unctionis, atque illum ip-*
„*sum præterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta,*
„*& mystica traditione? Quid? Ipsam Olei Unctionem quis Sermo scrip-*
„*tus docuit? Quod homo ter mergendus sit, unde accepimus* (a)? *Abrenun-*

(a) S. Hieronymus similiter (*Dialog.* adversus Lnciferianos Cap. IV.) *trinam immersionem* ex *Apostolica* Traditione, imo S. Chrysostomus (*Hom. de fide*) & Pelagius R. P. (*Epist.* ad Gaudentium) hanc ex *Christi præcepto* descendere autumant. Verumtamen notari oportet, Traditiones, quæ ad fidem, moresque pertinent, nulli unquam obnoxias esse mutationi; bene vero illas, quæ Disciplinam respiciunt, uti trina est immersio. Exemplum habemus in prægustatione lactis & mellis, quam Traditionis apostolicæ esse, Tertullianus scribit, qui tamen Baptismi Ritus, nec apud Latinos, nec apud Græcos in consuetudine est. Adde, Apostolos Aspersionis etiam, sive Infusionis Ritum in usum assumsisse, & Ecclesiæ tradidisse; proindeque licitum ipsi erit, quemcunque ex iis in usum assumere. — Recte proin ac juste Gregorius M. a Leandro Hispalensi Episcopo desuper consultus respondit: *in una fide nihil officit Ecclesiæ consue-*

„renuntiare Satanæ, atque Angelis ejus, & reliqua omnia, quæ „in Baptismo observamus, quæ Scriptura jussit? Annon hæc ipsa mi„nime vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto minimeque „curioso silentio Patres nostri custodierunt? probe quidem „intelligentes, mysteriorum majestatem, taciturnitate servari.

Porro Traditiones utplurimum *disciplinares* sunt, dum Patres ex Traditione Apostolica derivant, *dispensandæ Eucharistiæ Disciplinam* (a); Item dum in Quæstione: *Num in Sacrificio Missæ aqua cum vino miscenda sit, ad Traditionem provocant* (b).

COROLL.

consuetudo diversa. — S. CHRYSOSTMUS & PELAGIUS immersionem *trinam* a Christo mandatam dicunt, non ratione sui, sed quantum ad rem significatam, invocationem nempe Ss. Trinitatis. Nam pro suæ assertionis fundamento adducunt verba Matthæi XXVIII., ubi de trina immersione ne verbulum occurrit. Conf. Hermanni SCHOLLINER *Prælect. theolog. de Sacramentis* Tom. X. Cap. II. §. II. & Jo. Laur. BERTI *de theologicis Disciplinis* Lib. 31. Cap. VI. Jos. BERTIERI *de Sacram. Baptism.*

(a) Sic S. AUGUSTINUS (Epist. 118. ad JANUARIUM) probat, Eucharistiam *non nisi jejunis* dandam, Traditionis esse *apostolicæ*, idque verbis AUGUSTINI probat ISIDORUS Hispalensis (de off. Lib. I. Cap. 28.): *Placuit Spiritui S. per Apostolos, ut in honorem tanti Sacramenti, in os christiani prius Dominicum corpus intraret, quam exteri cibi.* Aliunde tamen constat, illa esse juris solum humani, sicut & cætera, v.g. *de Communione sub utraque specie*; item *de Eucharistia*, quam Ecclesia primæva per plura Sæcula ipsis etiam *Parvulis* ministravit. Hinc ait TRIDENTINUM Sess. XXI. Cap. IV. *Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam, pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.*

(b) Plures equidem ex antiquis Theologis judicarunt, in Sacrificio Missæ, aquam cum vino miscendam esse ex Traditione *divina*, adeoque *de necessitate Sacramenti.* Quam Sententiam multis propugnant Christian LUPUS ad Can. XXIII. *Concil. Trullani*, & Petrus ANNATUS *Appar. ad Theolog.* Lib. 3. Art. 2. num. 2. auctoritate S. CYPRIANI freti, qui in Epist. 63. inquit: *Admonitos autem nos scias, ut in Calice offerendo,* DOMINICA *Traditio servetur, neque aliud fiat a nobis, quam quod pro nobis Dominus prior fecerit: ut Calix, qui in Commemorationem ejus offertur,* m i x t u s v i n o *offeratur.* Sed longe tamen aliter suorum Antecessorum vestigia legendo, ratiocinatur R. P. BENEDICTUS XIV. dum de Sacrificio Missæ Sect. 1. num. 172. hæc babet: *Nos a D. Thomæ*

Doctrina

COROLL. *Inepte quapropter agunt, & male Traditioni* DIVINÆ *consulunt Theologi, qui ejusmodi testimonia pro vindicanda Traditionum* DOGMATICARUM *existentia ex Ss. Patribus adducunt.* In eo enim disputationis cardo vertitur, an omnia, quæ ad fidem moresque necessario pertineant, in Scriptura contineantur.

§. 19.

Continuatio prioris

Quodsi vero Ss. Patres de veritatibus Dogmaticis Sermonem habeant, illas, si rem penitius scrutemur, in sacris Paginis fundatas esse, reperiemus. Sic veritates ad fidem pertinentes sunt, quarum v.g. S. AUGUSTINUS pluribus in locis meminit, scilicet dum Lib. II. contra Donatistas, consuetudinem illam *de non rebaptizandis hæreticis,*

Doctrina minime recedimus, qui 3. P. quæst. 74. Art. 7. docet, per eam mixionem significari populum Christo adunatum, & aquam, quæ de Latere ejus profluxit; hæc vero omnia ad usum quidem fidelium, & effectum Sacramenti pertinere, non tamen ad ipsius essentiam, ex quo intelligitur, non esse eam mixtionem de necessitate Sacramenti. Nam quod Christus aquam vino miscuerit, non inde tamen potest inferri, ejusmodi mixtionem esse de præcepto divino: non enim ad præceptum constituendum satis est, Christum aquam cum vino miscuisse, sed id etiam fieri jussisse oportuit. Et sane Christus consecravit in azymo, numquid ergo Ecclesiæ græcæ Consecrationem in fermentato, nullius valoris esse dicemus? Christus exacta Cœna, quis tamen negare ausit neminem jejunum debere ad Eucharistiam accedere. Deinde num. 173. adducit Decretum Congregationis de propaganda fide, quod an. 1635. 30. Jan. pro Armenis editum est, quo tempore cum illis de unione agebatur, illique petierunt solius vini usum in Missa sibi esse indulgendum, ubi S. Congregatio ad mentem Gregorii VII. Alexandri III. Calixti III. Eugenii III. & IV. Joannis XXII. Benedicti XI. denique Pauli V. hanc Commixtionem pro solo Ritu declaravit, *eamque, quia ecclesiastici præcepti sit, a Papa dispensari posse, nihilominus tamen, quia fiat ex Traditione apostolica, idque Christum fecisse ex testimoniis Ss. Patrum, credatur nullo modo eundem tolli posse.* Quin & Concilia, cum de ea mixtione mentionem faciunt, præcepti tantum *ecclesiastici* meminerunt: *Monet sancta Synodus* (inquit Trident. Sess. XXII. Cap. 7.) *P r æ c e p t u m e s s e a b E c c l e s i a Sacerdotibus, ut aquam, vino in Calice offerendo miscerent.* Ex quibus haud obscure apparet, quod Ecclesia Traditionem miscendi aquam cum vino, in Sacrificio Missæ hactenus pro *disciplinari tantum* agnoverit,

ticis, ab Apostolorum Traditione exordium sumpsisse, credendam e
tuit; Item dum idem Vir sanctus, argumentis ex Traditione A-
stolica depromptis, *Sacramentum Baptismi Parvulis ad salutem pro-*
desse defendit ibid. Lib. V. *de Baptismo* Cap. 23. & 24. Libro
Sexto Cap. 5.: *Peccati originalis in omnes Adami posteros propa-*
tionem, etiamsi nec Ratione indagari, nec Sermone explicari po-
set, credendam tamen esse propugnat, hoc nomine, quod tota
illam credat Ecclesia (*a*). Ejusmodi veritates e numero sacro-
rum Dogmatum excludere, nemo saltem Catholicorum aude-
bit (*b*). Veruntamen de istis nullum sacris Literis inesse vesti-
gium, adseri eo minus poterit, quo certius constat, recensita
dogmata ab ipsomet AUGUSTINO, variis in locis, Scripturarum
authoritate confirmata fuisse (*c*). Nonne & nostri Theologi illa
insimul

(*a*) Conf. NATALIS ALEX. in Hist. eccles. Sæc. II. Diss. XVI. *de Traditio-*
nibus non scriptis, earumque necessitate, & authoritate §. VIII. ubi verba
S. Augustini fusiori calamo describuntur.

(*b*) Dixi: nemo *saltem Catholicorum*. De Protestantibus enim mirum non est,
quod plurimi illorum ejusmodi veritates de facto repudient, dum a Li-
brorum symbolicorum authoritate, & a receptis Majorum suorum abs-
que ullo piaculo recedunt, ad castra Socinianorum passim transeuntes.
Inde & tot orthodoxorum Protestantium quærelæ. Conf. Steph. WIEST
Historia Religionis Protestantium Tom. III. Item Briefe eines reisen-
den Juden über den gegenwärtigen Zustand des Religionswesens unter
den Protestanten und Katholiken. 3te Ausgabe 1778. Item Lehrbuch für
die neueste Polemik sup. cit.

(*c*) Loca illa ex S. Augustino CHEMNITIUS ap. Bellarminum Lib. IV. *de ver-*
bo Dei non scripto Cap. VII., sollicite collegit, ut Traditionum necessita-
tem impugnaret. Ad quæ Bellarminus l. cit. p. 190. ita respondet: *Augusti-*
num ibi adferre conjecturas ex Scripturis, quæ post definitionem Concilii,
& exploratam Traditionem non scriptam aliquid valent ad veritatem con-
firmandam, per se autem non sufficiunt. In quo a Bellarmino non diffi-
demus, ingenue fatentes, illa e *solis* sacris literis convincenter probari
non posse, omni Traditione seclusa. Quod de *Pædobaptismo*, v. g. plu-
res quoque, qui a communione nostra alieni sunt, non obscure docent
1) Joan. LIGTFOOT Theologus Anglus in *horis hebraic.* ad Cap. 3. Matth.
2) Sam BASNAGIUS in *Annal. polit. eccles.* ad an. 29. 3) Auctores Diarii
theologici (Danzig. Berichte :c. auf das Jahr 1777. 66. Stück S. 421.)
ajunt:

insimul e scripturis eruere passim conantur? Ac *primo* quidem
Baptismum ab hæreticis, imo *a quocunque*, dummodo debitis cum
conditionibus collatum sit, validum, adeoque non reiterandum esse,
communiter sic probant: CHRISTUS est, *qui baptizat in Spiritu*
sancto JOAN. I. 33., valor itaque Baptismi (ajunt) non dependet a
persona Ministri. *Quid tibi facit malus Minister ubi bonus est Do-*
minus? inquit S. Aug. Tract. V. in JOAN. Ut cætera taceam, quæ
BERTI Lib. cit. Cap. XIV. e scriptura adducit. *Secundo: Bap-*
tismum Parvulis prodesse ad salutem, quidam colligunt ex verbis Chri-
sti ad Nicodemum dicentis JOAN. III. 5.: *Nisi quis renatus fuerit ex*
aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Alii cum
Patribus Tridentinis (Sess. V. Can. IV.) id demonstrant ex illis
textibus, ex quibus *peccatum originale in omnes Adami posteros, etiam*
infantes, propagari vulgo concluditur. Nempe dum PAULUS ad
Rom. V. 12. scribit: *Per unum hominem peccatum intravit in mun-*
dum, & per peccatum mors: & ita in omnes mors pertransiit, in quo
omnes

---

ajunt: „Selbst einige unserer wohlmeinenden Gottesgelehrten fangen an
„zu behaupten, man könne aus der heil. Schrift, und den ältesten Kir-
„chenvätern die Kindertaufe nur wahrscheinlich machen, aber nicht be-
„weisen.“ — De cætero DD. Censores Quedlinburgenses, Theologi pro-
testantici docent, Parvulis nihil obesse ad Salutem, si sine Baptismo de-
cedant; ajunt enim (Allgem. Bibliothek der neuesten deutsch. Theolog.
Litteratur. Quedlinburg 1784. 1. Band. S. 12.) „Alle unsere Theologen
„sind doch jezo darin einstimmig, daß die Kinder, wenn sie auch unge-
„tauft sterben, dadurch an ihrer Seligkeit nichts verlieren, und ein großer
„Theil derselben siehet es wohl ein, daß die Taufe eigentlich nichts an-
„ders, als eine Einweihungs-Feyerlichkeit, und öffentliches Be-
„kenntniß des Christenthums seyn solle.“ — In eandem Sententiam con-
spirat Jo. Christ. DOEDERLEIN *Instit. Theol. christ.* Lib. II. *de Baptismi ne-*
cessitate §. 350. dicens: „Eo necessitatis genere Baptismum constringi,
„ut, qui eo careat, necessario Salutis suæ jacturam faciat, id non mo-
„do, nullo nec rei argumento, nec Scripturarum edicto, nec testimonio
„Traditionis (quæ potius *procrastinantes* baptismum plurimos ostendit) de-
„monstrari potest, verum etiam haud sine detrimento statuitur.“ Et quam-
vis §. 352. de *Pædobaptismo* loquens, Baptismum *juste*, & *utiliter* conferri
Parvulis persuadeat, ejus tamen *necessitatem* neque e mandato Christi, nec ex
usu sat antiquo demonstrari posse contendit. Conf. quoque Jo. David MI-
CHAELIS Dogmatik. Art. 14. von der Taufe. §. 181, & 183.

omnes peccaverunt. Quod confirmant ex altero ejusdem P[…] co II. ad Cor. V. 14. 15. *Si unus pro omnibus mortuus est[…] omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus.* Ex[…] loco iterum AUGUSTINUS etiam *Parvulos* peccato Originali inf[…] esse inferebat, ad Julianum Lib. VI. Cap. 9. dicens: *Nega C[…] stum etiam pro Parvulis mortuum, ut eximas eos de numero mort[…] rum, hoc est de contagio peccatorum, si autem & pro ipsis mortu[…] est, ergo & ipsi mortui sunt* (a).

Non me fugit, præter hæc & plura alia assignari Religionis no[…] stræ capita, quorum *expressum* in sacris literis vestigium frustr[…] quæsiveris, quæque idcirco Ss. Patres, Concilia, & cum illis Theologi nostri e Traditione derivant. Qualia sunt: *perpetua beata Mariæ Virginitas, descensus Christi ad inferos, numerus septenarius Sacramentorum, Invocatio Sanctorum, Ss. Imaginum & Reliquiarum Cultus &c.* Hæc tamen omni destitui scripturarum fundamento, nemo dicat, nisi qui S. Scripturam, verbis quidem arctam, sensu autem amplissimam, penitus exhauserit. Verum *quis est hic, & laudabimus eum?*

Procul dubio Apostoli doctrinam Christi, quæ compendio his scriptis continetur, multo pluribus verbis, populis, ad quos destinati erant, exposuerunt, & explicarunt; quæ uberior scripturæ interpretatio ab Apostolis facta, si integra per totum, ad nos usque pervenisset, plura forte præsto essent scripturæ argumenta, atque certiora illis, quæ pro hujusmodi veritatibus a Nostris nunc proferri solent. Ecclesiæ definitione nondum existente, quæstiones multæ, *olim* e solis S. Literis finiri non poterant, eo quod, an, & ubi illorum, de quibus controversia erat, in illis fundamentum existeret, merito dubitabatur; nunc vero, postquam Ecclesiæ declaratio accessit, dubium istud tollitur; & scripturæ explicatæ a Concilio, firmius, certius, atque uberius probant id, quod antea non probant, nec hodiedum probare videntur illis, qui Ecclesiæ authoritatem rejiciunt (b). Libros tantum in-

(a) Conf. Joan. JUNG. Diss. *de Lapsu Adami.* Mog. 1784. Cap. IV. §. 3.

(b) Ita sensisse videtur S. AUGUSTINUS. Nam posteaquam (Lib. I. Cap. VII. cont. Donatistas) dixerat: *Jam ne videar humanis argumentis agere,* sub-

inspice Theologorum, dogmata singula percurre, & nullum, quod non aliquo modo (jure vel injuria) ab iis e scriptura probatum sit, invenies. Quibus tacite innuunt, omnia nostra dogmata in S. Literis præcontineri.

COROLL. 1.) *Traditiones igitur, de quibus loquuntur Ss. Patres, aut disciplinares sunt, aut si dogmaticæ, in Scriptura fundamentum habent.*

COROLL. 2.) *Dari proin dogmata, quæ sola voce ad nos pervenerunt, minus recte ex authoritate Ss. Patrum concluditur.* Vid. Canones Ss. PP. sup. p. 23.

COROLL. 3.) *Traditiones quoque vulgo jactatæ, non sunt Traditiones dogmaticæ mere-Orales.*

§. 20.

Traditionum Declarativarum Necessitas.

QUÆRES: *Cur igitur Patres in rebus dogmaticis, in scriptura licet contentis, ad Traditionem provocarunt, tantaque in illa ad Catholicam fidem tenendam, momenta voluerunt?* Ratio ex IRENÆO in promptu est: *quia Traditio est ab Apostolis.* Patres enim satis deprehendebant, non nudum ipsum scripturarum contextum, sed ipsarum scripturarum intelligentiam, in quæstionibus Religionis dijudicandis adhibendam, & consulendam. *Primo,* quia non omnia, quæ docuerunt Apostoli, hæc scriptis *clare & perspicue* mandarunt, sed latius vivæ vocis oraculo exposuerunt, & explicarunt: *Tum* etiam, quod hæreses, quæ mox ab Apostolorum e vita excessu extiterunt, cum pleræque scripturam ipsam jam ab omnibus receptam, negare non possent, de intelligentia tantum scripturæ, quæstionem movebant. Quare non verbis, quæ illis cum ortho-

subjunxit, (quod CHEMNITIUS, verba hæc S. Augustini citans, omisit) *quoniam quæstionis hujus obscuritas compulit magnos viros diu fluctuare, donec plenario totius orbis Concilio, quod saluberrime sentiendum erat, remotis dubitationibus firmaretur;* Et tunc demum addit: *Ex Evangelio profero* CERTA *documenta.*

orthodoxis communia erant, sed vera intelligentia, & [illegible] divinarum literarum confutandi erant: quæ intelligentia p[illegible] da erat, a communi consensu, & publico testimonio omnium Ecclesiarum, quibus doctrinam a Christo acceptam, tanquam depositum quoddam, Apostoli commendarunt (*a*). Firmissimum hinc, & ineluctabile argumentum! Nam qui nobis initio veram hanc, & germanam esse Christi, & Apostolorum doctrinam, quæ iis scriptis continetur, suo testimonio approbarunt: iidem sane & mentem ipsam, & intelligentiam eorundem Scriptorum, quam ex viva ipsa, & amplissima Apostolorum doctrina acceperant, posteris tradiderunt. Jure quapropter ac merito, si in Ecclesia dogma quoddam proponitur, quod scripturis aut fulciri, aut impugnari satis non potest, illud ad Ecclesiarum traditionem exigendum est: si cum ea consentiat, id Apostolis acceptum referendum est; si dissentiat, illico rejiciendum, & damnandum. Cum enim Ecclesiæ omnes, vel ab Apostolis ipsis, vel ab eorum discipulis, aut successoribus fundatæ sint; qui primi ad eas Ecclesias regendas ordinati sunt Episcopi, eorum omnium, quæ a Christo tradita, & accepta docuerant, vel explicuerant Apostoli, notitia probe instructi accesserunt: *valde enim perfectos*, (inquit IRENÆUS loc. cit.) *& irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse Apostoli, quos & Successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes.* — Ii vero Apostolorum successores, quæ ab Apostolis acceperunt, suis vicissim successoribus tradiderunt, & crediderunt, hi aliis, donec per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos Traditionem, & doctrinam Apostolicam ipsi accepimus (*b*). Non inepte igitur VIN-CEN-

(*a*) *Non oportet* (inquit IRENÆUS Lib. 3. adversus hæreses Cap. IV.) *adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere; cum Apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in eam contulerint omnia, quæ sunt veritatis, ut omnis, quicunque velit, sumat ex ea potum aquæ &c.* Conf. Gottf. LUMPER *Hist. theologico-critica.* Tom. III de *Traditionis authoritate.* p. 318., & Dominicus SCHRAM *Analysis operum Ss. Patrum*, egregii S. Irenæi Vindices.

(*b*) *Quid autem* (Apostoli) *prædicaverint, id est, quid Christus illis revelaverit, & hic perscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando tam viva,* (quod ajunt) *voce, quam per Epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis matricibus, & originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit: omnem vero doctrinam,* de *mendacio præjudicandam, quæ sapiat* contra *veritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi, & Dei.* TERTULL. Lib. de Præscript. Cap. XXI.

CENTIUS LIRINENSIS, qui sub ætatem S. Augustini vixit, cum jam multæ & variæ hæreses Ecclesiam vexarant, & exercuerant, eum qui se adversus hæreses omnes munitum, & tutum esse velit, hæc duo sibi proponere debere confirmat, *Canonicam Authoritatem*, & *Catholicam Traditionem*: non quin canonica authoritas sufficiat: sed quod scripturæ verba, in varias sententias distrahi, variisque modis eludi possint. Hinc ad quæstionem sibi propositam: *Hic forsitan requirat aliquis, cum sit perfectus Scripturarum Canon, sibique ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est, ut ei ecclesiasticæ intelligentiæ jungatur authoritas?* sic respondet, Commonit. I. Cap. II.: *Quia Scripturam sacram pro ipsa sua altitudine non uno eodemque sensu universi accipiunt, sed ejusdem eloquia aliter, atque aliter, alius atque alius interpretatur: ut pene, quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur. Aliter namque illam Novatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Jovinianus, Pelagius, Cælestius, aliter postremo Nestorius.* (Addam ego: aliter Lutherani, aliter Reformati, aliter Sociniani, alii iterum aliter). *Atque idcirco multum necesse est, propter tantos tam varii erroris anfractus, ut Propheticæ & Apostolicæ interpretationis linea, secundum ecclesiastici & catholici sensus normam dirigatur* (*a*).

Hæc ratio erat, ac finis, cur Ss. Patres, Concilia ad Traditionem provocarunt, non quasi quædam darentur dogmata, in sacris Literis nullo modo præcontenta, sed ut de vero ac genuino S. Scrip-

(*a*) Idem antea dixerat Eusebius CÆSAR: contra Marcellum ANCYR. Cap. I.: *Hæc . . . præterquam quod sunt divinis literis consignata, sunt etiam adhuc majorem in modum confirmata per Traditionem catholicæ Ecclesiæ Dei a finibus terræ; quæ ex non scripta Traditione sacrarum scripturarum testimonia confirmat, atque obsignat.*

S. Scripturæ ſenſu certius conſtet, erroresque oppoſiti, detegerentur, atque efficacius proſcriberentur. Atque hæc quæ *Catholica Traditio*, & veritas *non ſcripta* a nonnullis app tur; quamque Eccleſia in definiendis fidei dogmatibus, to conſulere conſuevit, ac debuit, quoties doctrinam fidei ex ſcr tura non ſat clara, definire voluit (*a*). Quanquam in iis, quæ fidei quæſtiones attingunt, nihil eſt, quod ſcripturis ſacris non aliquo modo contineatur: *Cum hæc Traditio*, ut notat CASSAN DER (*b*) *nihil aliud ſit, quam ſcripturæ ipſius explicatio & interpretatio: ita ut non inepte dici poſſet, ſcripturam eſſe implicatam quandam, & obſignatam traditionem; traditionem vero eſſe Scripturam explicatam, & reſignatam.*

Hanc CASSANDRI ſententiam, Author quidam Anonymus egregie vindicat, magisque confirmat, loco infra citato (*c*) dicens:

(*a*) Hac methodo proceſſit STEPHANUS R. P., qui antiquitati inſiſtens, baptismum ab hæreticis collatum, validum eſſe declaravit, CYPRIANO opponens: *nihil innovetur, niſi quod traditum eſt.* Traditionis argumento refutati ſunt in Conc. *Nicæno* Ariani; in *Epheſino* Neſtorius, in *Chalcedonenſi* Eutyches. Præcedentium Conciliorum veſtigiis inſiſtens Conc. *Oecumen. V.* ſeu *Conſtantinopolit. II.* definiviſſe ſe docet, *quæ tradita ſunt tam a divinis ſcripturis, quam a Sanctorum Patrum doctrina*; & Can. IX. anathematizavit *Neſtorianos*, autumantes Verbum incarnatum, adorandum non eſſe eadem adoratione, *ſicut ab initio Dei Eccleſiæ traditum eſt.* In Synodo *Conſtantinop. III.* diſcuſſa ſunt omnium præcedentium Patrum teſtimonia, ad profligendam hæreſim *Monothelitarum*. *Synodus VII.* contra Iconoclaſtas non minus Traditione pugnavit dicens: *Regiam viam incedentes, & Sanctorum noſtrorum, & divinorum Patrum doctrinæ inſiſtentes, & catholicæ Eccleſiæ, in qua S. Spiritus inhabitat, traditionem obſervantes, definimus &c.* *Synodus VIII.* inquit: *Sanctiones Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ per Traditiones acceptas, ſervandas, cuſtodiendasque profitemur.* Quantam denique vim (ut alia Concilia prætercam, *Tridentinum* in Traditionis argumento poſuerit, nullus eſt, qui neſciat, Conf. MURATORIUS *de ingeniorum moderatione* Lib. I. Cap. XI. Joſ. Ant. A RIEGGER Diſſ. cit. Steph. WIEST Tom. III. §. 80.

(*b*) Edit. omnium Opp. Paris. 1616. in fol. *De officio pii, ac publicæ tranquillitatis vere amantis viri.* p. 782.

(*c*) *Defenſio inſontis Libelli, de officio pii viri, adverſus iniquum, & importunum caſtigatorem.* Edit. mox cit. p. 820.

cens: „Cum in judicandis controverſiis, non nudus ſcripturæ „contextus, ſed ejus intelligentia proponitur, *non propie duo di*„*verſa proponuntur*: nam quod dicitur ſcriptura, & ejus vera in„telligentia, perinde valet, ac ſi dicas, ſcriptura recte, & ſane „intellecta (*a*). Eamque fuiſſe mentem auctoris, colligi potuit „ex eo, quod ſubjicitur, ſcripturam eſſe implicatam Traditionem, „& Traditionem eſſe explicatam ſcripturam. *Intelligentia ergo* „*ſcripturæ, quæ ex Traditione percipitur, non eſt ab ipſa ſcriptura ſe*„*paranda, cum in ea contineatur, vel tanquam definitio in definito: vel* „*tanquam concluſio in præmiſſis.* Idem ſignificat libellus, cum inquit, „in fidei præſertim quæſtionibus nihil eſſe, quod non in Scrip„tura contineatur. Atque hoc eſt, quod inquit NAZIANZENUS: „*Quædam eſſe, & dici in ſcripturis, quædam vero eſſe in ſcripturis, ta*„*metſi non dicantur.*

COROLL. 1.) *Salva igitur authoritate tum Scripturæ S., tum Ss. Patrum negari poteſt, dari Traditiones dogmaticas* MERE-ORALES.

COROLL. 2.) *Quia tamen non omnia dogmata, in ſcriptura clare & perſpicue continentur, inque varias ſententias diſtrahi, variisque modis eludi poſſunt, indiget idcirco Scriptura ſacra, interpretatione.*

COROLL. 3) *Scripturæ interpretatio, ut legitima ſit, tum Ideæ, quam hagiographi habuerunt, tum ſenſui, quem ipſi intendebant, conformis ſit oportet. Quare illi optime ſcripturas interpretari poſſunt, quibus ſenſus, quem hagiographi intendebant, notus eſt.*

COROLL. 4.) *Quo poſito infertur, eos ſcripturas optime interpretari poſſe, qui ſenſum, quem hagiographi intendebant, illorum ore explicatum audierunt.*

COROLL. 5.)

(*a*) ZALLWEIN Lib. cit. p. 160. equidem contendit, Traditionem *declarativam*, Traditionem eſſe *propriiſſimam*, eoquod interpretatio legis diſtincta eſſet a lege, quam interpretatur. Nihilominus recte, ut puto, inquit Sam. BASNAGE Diſſ. cit. §. VIII. p. 544.: *Nullus ſane adeo vecors eſt, qui, dum locum celeberrimum,* HOC EST CORPUS MEUM, *explicando illuſtrat, contendat ſe de doctrinam non ſcriptam mentibus inculcare, cum interpretatio ſcripturæ ſit ipſiſſima ſcriptura evoluta, & clarius propoſita.*

Coroll. 5.) *Qui sensum, quem hagiographi intendebant, ... ere explicatum audiere, erant Christiani ipsis coævi, hi proin ... scripturas interpretari poterant.*

Coroll. 6.) *Unde & hodie ii scripturas optime interpretantur, qui eas interpretantur ad mentem hagiographis coævorum, eorque ... mediate subsequentium, qui a coævis eundem sensum intellexere.*

Coroll. 7.) *Quod cum fieri non possit, nisi mens hagiographorum, eorque subsequentium, Traditione continua ad nos propagetur, infertur, scripturas eos optime interpretari, qui eas ex Traditione interpretantur.*

Coroll. 8.) *Idcirco & Patres & Concilia in rebus dogmaticis, ... cet in scriptura fundatis, jure, ac merito ad Traditionem provocarunt.*

Coroll. 9.) *Cum itaque interpretatio scripturarum, optime ope Traditionum fiat, intelligitur ad rite interpretandas sacras Scripturas, Traditiones esse necessarias.*

Coroll. 10.) *Ab omnibus proin admitti oportere Traditiones, quas* Nellerus *vocat* declarativas.

Coroll. 11.) *Quia Traditio declarativa disertius explanat, quod scriptura breviter, aut minus clare docet, nil oberit, si* Basnagio *concedamus, Traditionem declarativam, esse ipsam scripturam uberius propositam, cum hujus explicatio, ex ipsius scripturæ fontibus hauritur.* De vocibus in lites coire, quid attinet?

Dari Traditiones dogm. mere-Orales multi negant.

D. de Camus

§. 21.

Multi Catholicorum libenter concedunt, omnia ad salutem scitu scituque necessaria, vel expresse, vel implicite in S. Scriptura præcontineri. Atque hanc ipsam opinionem jam dudum D. de Camus, *Episcopus Bellicensis*, suo inseruit opusculo, infra citato (a), ubi hæc habet:

dicunt

(a) Cui titulus: *Appropinquatio Protestantium ad Ecclesiam Catholico-Romanam: ubi demonstratur, quam facillime conciliari posse Adversantium placita, ex sobria & pacifica discussione eorum dogmatum, de quibus tam acriter controvertitur.*

dicunt Protestantes: non dari Traditiones omnibus necessarias. *Si hoc velint, sacram Scripturam,* sive explicite, sive implicite *illud totum continere, quod omnibus est necessarium ad salutem,* Catholicos habebunt consentienets.

Fratres de Walenburg.

Camo adstipulantur Fratres de Walenburg, qui & præclarum istud opusculum pridem ediderunt, quod postmodum insertum fuit Thesauro theologico Tom. I. sic autem Tract. VI. *de testimoniis, seu Tradit. non scriptis* Cap. IV. n. XXIX. p. 784. inquiunt: *Quando Protestantes conantur probare; S. Scripturam continere omnia dogmata, quæ sunt omnibus necessaria ad salutem; frustranео plane nisu fatigantur: neque enim Catholici hoc negant, aperte profitentes, articulos omnibus & singulis ad salutem necessarios S. Scripturis contineri.* Et p. 782. n. XV. ibidem: *Quando dicit* Calixtus *& alii: Non dari Traditiones omnibus necessarias: explicanda est propositio. Nam si velint, per nullam Traditionem proponi articulum omnibus necessarium, qui non sit propositus in scriptura;* recta est eorum Sententia *sin autem velint, non dari traditionem Apostolicam, quæ testetur de vero sensu articulorum omnibus necessariorum; & veritati contradicunt, & sibi ipsis; qui fatentur ejusmodi Traditionem dari.*

Rupprecht.

Ejusdem sententiæ præter Bossuetum, Cassandrum, Vincentium Lir. supra citatos, fuit Theod. Mar. Rupprecht, qui Lib. V. Decretalium Tit. VII. *de hæreticis* §. 1. p. 225. ait: *Quamvis existentiam Traditionum* mere-oralium innocue *quoque negent quidam catholici Theologi, prætendentes singula fidei nostræ dogmata, implicite saltem, & obscure in sacris Literis contineri.*

Nellerus.

Nellerum autem præ cæteris, apertius Traditionum dogmaticarum *mere-Oralium* existentiam negasse, liquet ex ejus verbis in *Proemio* relatis. Acerbe quidem hunc locum traducunt Jos. Gautier l. cit. p. 41., Franc. Staidelius l. cit. p. 29., Corbinianus Luydl l. c. p. 443. *sed mitius explicari potest*, (inquit Georg. Weiss) (a): „Nam hæc quæstio, an dentur Traditiones dogmaticæ,

(a) Diss. *Systema Traditionum divinarum contra Protestantes.* Mog. 1779. cit. §. XI.

„ticæ, quarum ne obscura quidem mentio habetur in faci „nis, duplicem habere sensum potest. Vel enim illa o „mentio ita intelligitur, ut res in sacra Scriptura contenta „do, & efficaci argumento exinde deduci possint; vel ita, „cet mentio aliqua rerum traditarum habeatur in Ss. paginis, „men inde erui non possint, nisi per conclusiones longas, „difficiles valdeque distortas. ‹ Prima quæstio, quæ adfirma „omnes veritates dogmaticas in scriptura ita contineri, ut folid „& efficaci argumento inde deduci queant, continet ipsissimum „Protestantium errorem. (vid. SCHUBERT in Theol. polem. p. 360.) „Altera quæstio, quæ licet adstruat, omnes veritates dogmati „cas obscure in Ss. paginis contineri, adfirmat tamen earum „plures nonnisi per conclusiones difficiles, & detortas inde ex„sculpi posse, *mere Scholastica est*, ut fatetur ipse ZALLWEIN impugna„tor NELLERI. Jam autem NELLERUM virum Catholicum, quæ„stionem primo in sensu intellexisse, persuadere mihi non possum, „quidquid sentiant ejus adversarii. Nam comparat ibi hanc quæ„stionem cum altera omnino scolastica, scilicet utrum materia „creverit ab Adamo usque ad Christum? quamque citra notam „hæreseos problematice defendi posse adfirmat. Sicut ergo illi „authores, qui materiam fidei crevisse negant, voluntque om„nia N. L. dogmata implicite in V. L. fuisse contenta, hoc non „intelligunt eo sensu, quasi omnia dogmata N. L. solido, & fir„mo argumento ex V. L. deduci queant; sic etiam NELLERUS, „cum dixit omnes veritates dogmaticas implicite in scriptura con„tineri, id tantum voluit innuere, quod quidem omnes ad scrip„turam reduci possint, ea tamen ratione, ut earum plures non„nisi per longas, & difficiles conclusiones inde erui possint, quæ „quidem quæstio est scolastica &c."

§. 22.

Argumentum principale.

Veruntamen audiatur & altera pars, ut apertius videatur, quænam sententia, firmioribus argumentis nitatur. Scripserat NELLERUS Lib. cit. Cap. II. §. XI.: *Mihi videtur, vix ostensum iri* DOGMA *aliquod* PRAGMATICUM, *&* FUNDAMENTALE *Religionis Christianæ, quæ Traditione* MERE-ORALI *nitatur.* Ad quæ Jos. GAUTIER in

Animadv.

Animadv. cit. Cap. I. Art. IV. §. 1. sequentia reponit dicens: „Numquid dogma *pragmaticum*, & *fundamentale* christianæ Reli„gionis est, non modo, *quod existant aliquæ Scripturæ divinæ, sed* „*quod ex his præcise libris, iisque genuinis & incorruptis vere, & ex* „*toto contineantur?* An porro hoc *Dogma tam necessarium*, ut loqui„tur BELLARMINUS *de verbo Dei* L. 4. C. 4. *Traditione* MERE-ORALI „*non nititur?* Qua igitur? Non *Inhæsiva*.., sed *neque*, ut mihi vide„tur, nititur istud dogma Traditione solum *declarativa*. . . *Nam* „*cuperem edoceri, ubi scriptura vel breviter, & minus etiam clare,* „*sive sub terminis implicitis, istud Pragmaticum, & fundamentale dog*„*ma nos edoceat.* . . . Et vero qua ratione *per regulas veræ conse*„*quentiæ, aut interpretationis ex scriptura deducet* (NELLERUM putat) „*dari quatuor, & non plura genuina Evangelia, & nostra non esse* „*spuria instar tot aliorum*". Ad authoritatem BELLARMINI dein GAUTIER provocat, qui adserit, *quæ sit Scriptura divina*, NULLO MODO *posse haberi ex scripturis* (a). Denique GAUTIER sic concludit: „Si igitur universæ scripturæ Authentia, non nitatur Traditioni „*mere-Orali*, cum *neque* nitatur *inhæsiva*, *neque sola declarativa*; „*nulla Traditione nititur*, *adeoque suo custode destituitur*. *Unde ergo* „*certi reddemur, non modo Quatuor nostra Evangelia, sed universa* „*Biblia non esse Spuria, instar tot aliorum, sed purum Dei Verbum* „*continere?* Quandoquidem de ejusmodi dogmate certi non red„mur, *nisi ex Traditione Majorum*".

STAIDELIUS quoque, alter NELLERI impugnator, similiter judicat, multa dogmata solius Traditionis fonte ad nos promanasse, quorum in sacris Literis *ne minimum* appareat vestigium. *De divinitate sacrorum Librorum* (inquit loc. cit. p. 30.) *res sic manifesta est, ut probatione non egeat. An hoc jurgium Scholasticum appelletur?*

Simi-

(a) Quomodo enim (inquit BELLARM. loc. cit.) *colligemus ex Scriptura, Evangelia Marci, & Lucæ esse vera Evangelia: Thomæ, & Bartholomæi esse falsa? . . Et unde colligam, Epistolam ad Romanos esse vere Pauli, Epistolam ad Laodicenses, quæ nunc circumfertur, non esse Pauli. . . . Oportet etiam credere, hoc Evangelium, quod nunc legitur nomine Marci, esse illud verum, & incorruptum, quod scripsit Marcus, quod certe ex Scripturis haberi non potest.*

Similia Greg. Zallwein loc. cit. §. IV. p. 167. Bas[illegible] regerit, dicens: „Sed nec desunt exempla veritatum fidei „*obscure* in Script. præcontentarum. Ubinam vel litera, vel „scripta legitur de *Canone*, de *Authentia* scripturæ? Qua ratio„per regulas veræ consequentiæ, aut legitimæ interpretation„ex Scriptura demonstrabis, dari quatuor & non plura Evange„lia, Evangelia Marci, & Lucæ esse vera, Thomæ & Bartho„lomæi falsa, epistolam Pauli ad Romanos esse genuinam, ad „Laodicenses esse spuriam? Ubinam scriptum legitur, quod nec „Petrus, nec Paulus falli potuerit in regulis fidei, & morum a „se traditis"? — En Achillem, quem & cæteri Traditionis propugnatores opponunt (*a*).

Quodsi porro quæras ex illis: Unde ergo constat hæc illa ipsa esse, quæ ab Apostolis sunt scripta, & non potius illorum nomine dolose supposita? Respondent: *Sola Ecclesiæ infallibilis authoritate. Secus*, (inquit Zallwein Lib. cit. p. 113.) *fluctuabit sano ratio, & fides vacillabit.* Quinimo exinde inferunt: Exceptis Catholicis neminem certum esse se veram divinamque Scripturam habere (*b*); fidemque Protestantium divinam non esse, sed mere humanam

(*a*) Sic ait Baronius An. 53. n. 10. apud Basnagium, Diss. cit. §. IX.: *Unde acceperunt hæc illa ipsa esse, quæ ab Apostolis, & Evangelistis sunt scripta, & non potius illorum nomine dolose supposita, nisi auctoritate Ecclesiæ, quæ sancito tandem Canone, quænam illa essent, & a quibus scripta, in Nicæno Concilio promulgavit. . . Hæc Apostolorum esse germana, non aliunde, quam Ecclesiastica traditione potuit d dicisse* — Jo. Adam. Brandmeyer, licet in nostram multum inclinet sententiam, Traditiones tamen de *Canone & Authentia* S. Scripturæ inter mere Orales referre videtur, dum in *Princip. Cathol. in univ. Theol. christ.* §. 143. p. 123. hæc habet: „Sane demonstratu difficile est, eorum, quæ „sola Traditione constant, *si excipias veritates, quinam libri sint cano„nici, quænam partes librorum authenticæ &c.* nullum prorsus ex scrip„turis vestigium indicari posse".

(*b*) Sic Paul. Opfermann in Tom. III. cui titulus: *Religionis catholicæ Veritas*. Mog. 1779. p. 151. inquit: *Orthodoxi sunt infallibiliter certi, veram se divinamque scripturam habere.* Et pag. seq.: *Protestantes non sunt infallibiliter certi de Scripturarum divinitate.* Et sæpe laudatus Steph. Wiest,

manam atque fallibilem, eoquod testimoniis mere-humanis nitatur (*a*).

Discutitur.

Vereor tamen, ne universa hæc disputatio ex verborum ambiguitate, & non sat determinata *fidei Analysi*, profecta sit. Quare materia isthæc fusiori explicatione digna est, ut argumento proposito, plenius satisfaciamus. Inquiramus ergo 1.) *Unde de scripturæ existentia & authentia certi reddamur.* 2.) *Num Scripturæ divinitas e caracteribus scripturæ intrinsecis probari possit.* 3.) *An scripturæ canon ab Ecclesia constitutus fuerit, & num Traditio isthæc divina sit.* Demum 4.) *Quid discriminis sit Catholicorum inter & Protestantium fidem.*

§. 23.

Scripturam novimus e Traditione.

Scripturam sacram ad nos transmisit Traditio, cui tuto fidimus, etiamsi divina non sit. Unde enim certi redderemur e. g. quatuor Evangelia nostra non esse spuria instar tot aliorum, quæ recenset *Can. 3. Dist.* 15. nisi ex Traditione Majorum? — *Cæsaris* v. g. commentarios genuinos esse, unde scimus? Nonne ex proxime con-

Wiest, Tom. III. inter consectaria, quæ ex *Principiis Acatholicorum* deducit, primo loco sequens reponit p. 247.: *Acatholici absque erroris periculo & infallibiliter non sciunt, neque etiam secundum principia, quæ sequuntur, scire possunt, an habeant veram S. Scripturam, sive genuinum verbum Dei, & in quibus libris illud præcise contineatur.*

(*a*) *Consectarium II.* quod Steph. Wiest L. cit. p. 249. ex Principiis Acatholicorum deducit, ita sonat: *Fides, qua credunt Acatholici, non auctoritate divina infallibili, sed auctoritate mere humana fallibili nititur.* En rationes, quibus id probat: „Cum enim (inquit) Acatholici „pro principio probandi veritatem Religionis, unico & adæquato, prout „ipsimet fatentur, assumant S. Scripturam, ex qua unice sua dogmata „depromant; cumque absque erroris periculo, & infallibiliter non sci„ant, an fundamentum, quo nititur eorum fides, scilicet S. Scriptura, „quam habent, sit genuinum verbum Dei, & quot libri sint sacri, ut„pote illam habentes ab hominibus; qui falli, & fallere possunt; Cum „porro ex altera parte infallibilis Judicis auctoritatem in hac re non „agnoscant, clarum est, quod eorum fides non authoritate divina infal„libili, si fidei fundamentum spectemus, sed auctoritate humana fallibili „nitatur".

consequentium ætatum, aliorumque iis succedentium conft testimonio? — Jam vero si hujusmodi Traditioni, nemo unus dem derogare audet, nisi cum Scepticis insanire velit; q fronte, quis Scripturæ sacræ authentiam, atque integritate impugnabit? Cum nullus liber exstet, neque a Deistis scripturam negantibus, allegari possit, pro cujus authentia, plura pugnent testimonia, ac pro libris sacris tum V. tum N. Testamenti (a).— Unde merito S. AUGUSTINUS contra eos, qui ausi sunt Evangeliorum, aut aliorum N. T. Librorum authentiam, & integritatem in dubium vocare, ita contra Faustum Manichæum conclusit Lib. 33. Cap. 6.: *De quo libro certum erit, cujus sit, si literæ, quas Apostolorum dicit Ecclesia, ab ipsis Apostolis propagata, & per omnes gentes tanta eminentia declarata, utrum Apostolorum sint, incertum est; . . . Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque ejusmodi auctorum libros, unde noverunt homines, quod ipsorum sint, nisi eadem temporum sibimet succedentium contestatione continua?* Atque ita pergit exemplis demonstrare, ex ecclesiastica Traditione indubie evinci, omnes libros Canonicos esse iis auctoribus tribuendos, quibus semper a fidelibus communi consensu tributi fuerunt (b).

Veritas hæc tam luculenta est, ut ipsi Protestantet hic non multum repugnent. Idcirco ipse CHEMNITIUS cum aliis Protestantibus admittit *necessitatem Traditionis alicujus generalis*, qua nempe

(a) Qua de re plura dabunt HUETIUS *Demonstr. Evang. Prop.* I. & IV. GOLDHAGEN *Introd. in S. Script.* P. I. Quæst. III. & IV.

(b) Evangeliorum *authentiam*, plures quoque ex modernis impugnare conati sunt; ut Auctor de *l'Analyse de la Relig. Chrét.* Item des Questions *Encyclopediques &c.* Præcipue Nic. FRERETUS, sive alius quidam, qui sub ejus nomine an. 1767. edidit opus inscriptum: *Examen critique des Apologistes de la Religion Chrétienne;* in cujus primis capitibus, demonstratum nunquam fuisse contenditur, Evangelia esse genuinos eorum, quorum nomina præferunt fœtus. Hunc librum illico confutavit BERGIER in opere: *La certitude des preuves du Christianisme.* Parisiis 1767. Post autem peculiariter Evangeliorum authentiam contra FRERETUM confirmandam susceperunt duo celebres Dominicani, P. Vinc. FASSINI, Liburni 1775., & P. Anton. VALSECCHI, Patavii 1776.

nempe constet, *hos illosve libros olim insertos fuisse canoni scripturarum* (a). Quinimo Protestantes Librorum sacrorum, quos nobiscum ut canonicos venerantur, existentiam, atque authentiam, ex iisdem fere argumentis probant, quibus Catholici contra Deistas utuntur (b).— Cum porro Catholici, hujusmodi argumentis, utpote moraliter certis, tantum roboris atque efficaciæ inesse contendant, ut nemini veritatis amanti, integrum sit, iisdem negare adsensum; fateantur, necesse est, etiam seclusa Ecclesiæ infallibilitate, de scripturæ veritate certo constare posse. Enimvero nonne quæstio hæc demonstranda, ac vindicanda erit, si cum Deistis certamen instituitur? Verum eo casu, Ecclesiæ infallibilitas, ad probandam scripturæ veritatem non erit auxilio, cum ea vel ruente, vel ignorata, cadat una, pereatque Ecclesiæ authoritas, quæ in illa innititur. Daret certe Atheo, vel Ethnico ludibrium ille, qui ex Pontificium R. Conciliorumque decretis, Trinitatis, aut Incarnationis mysterium demonstratum iret. Ridiculum similiter ex altera parte foret, Scripturæ Existentiam atque authenticitatem, argumentis *metaphysicis*, aut *geometricis* ostendere, cum illa, quia ad *quæstiones facti* pertinent, probationibus facto propriis id est via, ac methodo testimonii, probari debeant. Nihil igitur superest, nisi ut ad argumenta moralia, ac potissimum ad consentientis antiquitatis autoritatem recurramus, quæ in hoc judicio omnino gravissima est, etiamsi testimonium ejus, ut *mere humanum* spectetur. Enimvero si isthoc, in dubium vocare liceat, quæ inde perturbatio? quæ confusio in republica oriretur? Nonne sic pessime constitutum foret genus humanum? Nihil tunc certi ex omnibus retro actis sæculis habebitur, actum erit de omni historia Ecclesiastica, ac prophana, merusque pyrrhonismus, in orbem universum subintrabit. Præclare ad scopum nostrum Gottf. LESS. (c): „Will „man

(a) Conf. BELLARM. & WALENBURG loc. cit.

(b) Conf. Gottf. LESS. Lib. cit. Authentie des N. T. §. 1—13. Jo. Dav. MICHAELIS Einleitung in die göttlichen Schriften des neuen Bundes. T. I. Jo. Christ. DOEDERLEIN Lib. cit. P. I. pag. 59. seqq.

(c) Lib. cit. Einleitung §. 6.

„man die christliche Religion (die heil. Schrift) deswegen verwerf
„weil wir sie nicht mathematisch beweisen können: so wird man
„grösten Theil der menschlichen Erkenntniß aufheben, und für fa
„halten müßen. Es wird alsdann unvernünftig seyn, etwas zu gla
„ben, was die Geschichte und Physik lehret! Keiner wird behaup
„dürfen, daß ein Amerika in der Welt sey, der nicht selbst da gew
„sen! Ja, auch unsern eigenen Sinnen dürfen wir alsdann nicht me
„trauen. Wir werden läugnen müßen, daß wir von Eltern gebohr
„worden; wir werden unser ganzes Daseyn verwerfen müßen; wen
„ich nicht glauben darf, was historisch oder moralisch erwiesen wo
den" (a).

COROLL. 1.) *Sacrorum æque, ac non sacrorum Librorum authentia, e Traditione potissimum probanda est.*

COROLL. 2.) *Etiam seclusa Ecclesiæ infallibilitate, de Scripturæ authentia moraliter certo constat.*

COROLL. 3.) *Certitudini morali in rebus, quæ nonnisi hominum testimonio ad nos perveniunt, fidem denegare, viro prudenti non licet.*

COROLL. 4.) *Adeoque Protestantes de scripturæ Authentia, certi esse possunt, etiamsi de cætero Ecclesiam, ceu infallibilem fidei judicem, non agnoscant, omnemque Traditionem divinam repudient.*

§. 24.

S. Scripturæ Divinitas e notis intrinsecis probari potest.

Librornm sacrorum, de quorum authentia constat, Divinitas, e qualitatibus, quæ scripturæ natales sunt, & ingenitæ, probari potest. Dum quæritur: num Libri Ss. sint divinitus inspirati? Quæstio eo potissimum redit: num doctrina, quæ in hisce libris traditur, a Deo revelata sit, seu Deum ipsum authorem habeat? Hoc sensu Scripturam S. divinitus inspiratam esse, fideles omnes conveniunt (a).

(a) Conf. PET. DAN. HUETII *Demonstr. Evang. Axiom. II.* Edit. Venet. 1754. p. 13. MURAT. *de Ingen. Moderat.* Lib. I. Cap. VII. p. 66.

Idque etiam, supposita scripturæ authentia & veritate, ex notis S. Scripturæ intrinsecis, & ex argumentis ab Ecclesiæ infallibilitate independentibus, probari posse, manifestum est. Quin & ipsi Theologi nostri, in qualitatibus, quæ scripturæ inhærent, multum confidunt, dum Deistæ directa, & positiva petunt exhiberi argumenta, scripturarum inspirationem evincentia. — Sic ipsemet ZALLWEINIUS Lib. cit. p. 113. Scripturæ S. existentiam & divinitatem, probat, *primo* Argumento ab authoritate *Traditionis* petito, cui nemo fidem denegare audeat. *Dein* ad notas

(a) De inspirationis vero ratione, Theologi inter se minime conveniunt. Varias variorum Sententias referunt Aug. CALMET Diss. *de divina Librorum sacrorum inspiratione* Artic. II. GOLDHAGEN *Introduct. in S. Script.* P. I. Sect. I. Quæst. III. Felix Ant. BLAU Diss. *de Regula fidei catholicæ* Cap. I. Ex quibus tamen disputationibus, ad pietatem christianam parum, ut puto, lucri redundat. Modum enim actionis ipsius, qua Deus rexit Apostolorum memoriam, ingenium, sensus & orationem declarare, ductisque quasi limitibus finire, quænam partes Apostolorum fuerint in compositione Librorum & Epistolarum, quænam Spiritus Sancti, inutile judico, nisi quis conjecturis, quarum semper ferax fuit Theologorum ingenium, indulgere malit. Idcirco Patres non multum erant solliciti de gradu inspirationis cognoscendo, adeoque nec Apostoli de eo Ecclesiis, quibus Scripta communicabant, revelando, cum sine illius cognitione, & Dogmatum divinitas, & reliquarum omnium certitudo integra staret. Vocant quidem Patres, Scripturas *sanctas*, *Verbum Dei*, *divina oracula*, *divino Spiritu scriptas*; at omnes illæ expressiones verum plane sensum habent, licet generalem inspirationem non probent: Scripturæ enim plura continent divina oracula, Dogmata sc. revelata, quæ sunt proprie Verbum Dei; ipsi etiam Scriptores Prophetæ, vel Apostoli fuere divino Spiritu imbuti, an vero ea, quæ divinitus antea didicerant, sint rursus sub Scriptionem inspirata, aut an aliqua ad Religionem non pertinentia, fuerint etiam ad scribendum revelata, id Patrum eloquia non declarant. Neque etiam Scriptura S., neque Ecclesia generalem & strictam singulorum, qui in Canonem relati sunt, Librorum inspirationem ullibi determinant. Conf. STATTLER *de Locis theol*, §. 22. seq. BLAU Diss. cit. §. XIV. Sufficiat tenere, doctrinam, quæ Libris sacris traditur, divino beneficio obtigisse hominibus, & Scriptores sacros, ne quid falsi in rebus, quæ ad Religionem spectant, immiscerent, fuisse extrinseca saltem Spiritus S. assistentia directos. Qui ulterius sapere ausint, periculum est, ne rem implicatam impediant magis, quam expediant.

tas S. Scripturæ intrinsecas confugit, L. cit. dicens: „Atque „puritas, & sanctitas doctrinæ in iis contenta, sublimitas myste„riorum, qualia excogitare omnem intellectum humanum, quantum„& quantacunque cogitandi vi ac perspicacia præditum superant, „mirabilis harmonia, & constantia inter doctrinas, præcepta „morum sanctissima, nonnisi ad pietatem, sapientiam & sancti„tem collimantia, nonne apertissimi sunt judices doctrinæ indu„biæ, non ab homine excogitatæ, sed a supremo Numine reve„latæ? Mirabilissimus eventus tot mirabilium vaticiniorum ad „amussim adimpletorum, annon manifestissimum signum est digiti „Dei, non per ipsum, sed per suos Scriptores ipso inspirante „scribentis? innumera miracula in confirmationem scripturæ fa„cta, quibus omnem fidem denegare, vel ea in causas mere na„turales refundere velle, hominis nonnisi delirantis, effrontis, „ac pertinacissimi foret, tot quasi linguæ sunt, quæ latentem di„vinitatem loquuntur". Alii alia superaddunt argumenta, ut scripturæ divinitatem eo efficacius probent (a). Nonne hoc facto Catholici sat innuunt, scripturæ divinitatem e notis S. Scripturæ intrinsecis probari posse? Quibus argumentis, si nihil inesse virium Nostri contendant, proprio gladio se jugulabunt, atque arma suppeditabunt Deistis, ut in neganda Scripturæ divinitate, eo tenacius insistant.

COROLL. *Proinde articulus ille de Divinitate Scripturæ S. ad eas Traditiones non pertinet, quæ sola voce ad nos pervenerunt.*

§. 25.

Traditio de Canone, divina non est.

Librorum sacrorum Numerus, sive Canon, e Traditione ecclesiastica quidem certius innotescit; veruntamen Traditio hæc, Divina non est. Multum profecto interest scire, quinam & quot sint libri divinitus inspirati. *Tangit enim*, ut Protestantium non ignobilis Theologi, Joan. Petri REUSCHII verbis loquar (b), *principium cognoscendi*

(a) Conf. CALMET Diss. cit. *de divina Libr. Ss. inspiratione* Art. I. GOLDHAGEN *Introd. in S. Script.* P. I. Sect. I. Q. 1. & 2. Steph. WIEST Tom. II. *Demonstrat. Relig. christ.* §. 207. p. 362.

(b) *Theol. polemica.* Jenæ 1754. in 4. p. 3.

noscendi dogmata revelatæ Religionis. Quod si sumitur lubricum, salutis œconomia vacillabit, atque homo de salutis mediis, eoque de beatitudine sua in præcipitia atque incertitudinem adducitur. Verum quæstio hæc e sola S. Scriptura decidi non potest. Caracteres enim §. præcedente assignati, neque in omnibus & singulis scripturæ S. Libris sunt obvii, neque singulis scripturam sacram legentibus, ita statim perceptibiles, ut singulorum divinitas evidenter appareat; multo minus DEUM authorem tam necessario, tamque manifesto supponunt, ut humani ingenii vires simpliciter superare videantur, atque sic omnis formido oppositi evanescat (a). Inde tot Protestantium controversiæ de canone Librorum sacrorum (b). Sed hoc pendet ab evidentia facti, de quo testari tantum possunt vel ipsi Scriptores sacri, vel illi, qui Libros divinos sub hoc nomine, e manibus eorum acceperunt, utpote soli requisita dexteritate instructi; quales sunt fideles, sive Ecclesiæ, quibus sua scripta commiserunt Apostoli (c).

Falso interim ludimur conceptu, si putemus *Ecclesiam condidisse libros canonicos*, aut Traditionem hanc ecclesiasticam, *divinam esse*. Non ea enim potestas Ecclesiæ concessa est, ut librum, qui natura sua divinus non est, divinum reddat: Canonicum declarare potest, facere non potest. Quippe constitutio Canonis, gemina censeri potest, *divina* scilicet, & *Ecclesiastica*: illa Canonem facit, hæc declarat agnitum. A Deo ipso Canon habet, quod

(a) Conf. STATTLER *de Locis theol.* Cap. 1. §. II. p. 18. & seqq.

(b) Sub initia modo Reformationis Andr. CAROLOSTADIUS, Tractatum vulgavit vernacula lingua: welche Bücher biblisch seyen. 1520, 4. & alium *de canonicis Scripturis* eod. anno, quibus occasionem, ut videtur, simultatis cum Luthero exortæ dedit. Hodierni quoque Protestantes circa Canonem & a Catholicis, & inter se plurimum dissident. De quibus Controversiis legi meretur Engelberti KLÜPFELII *Commentatio historica sistens Lutheranorum novissim. dissidia de Canone.* Constantiæ 1780. 8. Conf. & M. Paul. Casp. DÜRR, cujus hac de re Historia inserta est Christ. Wilh. Fr. WALCHII *Historiæ Religionis recentissimæ.* Neueste Religionsgeschichte 7. Theil. S. 241. und folg.

(c) Conf. §. 20. supra pag. 51.

quod regula sit veri & falsi, secundum quam de Religionis co troversiis est judicandum. Ex quo igitur Libri sacri conditi a viris Theopneustis, illico ad Canonis autoritatem ascende Mysteriis Christianorum adjungi fides, præceptis mos geri buit, neque absque errore libri alicujus authoritas ignorari p tuit, qui a Deo sapientissimo exaratus est, ut normæ esset Eccle siis ad componendam Religionem.— *Ecclesiastica* autem Canonis constitutio ea est, quæ libros sacros agnoscit, probatque, ut normæ sint fidei, & morum. Partes Ecclesiæ, in ea re solum sunt declarare, quinam Libri olim in Canonem relati sint, quinam non. Quæ Ecclesiæ declaratio vel maxime utilis, ac necessaria est, *tum* ne vel repudiato alicui fieret injuria, vel apocryphus aliquis, sacris insereretur non sine fidei periculo, *tum* ut de scripturæ Canone, certius cuilibet constet (*a*).

(a) Quo sensu Protestantes hac in re testimonium Ecclesiæ acceptent, Sigismund. Jacob. BAUMGARTEN ap. WIEST Tom. III. p. 189. declarat. d n ad objectionem: Daß selbst die Göttlichkeit der einzelnen Bücher, und die canonische Annehmung derselben aus dem Zeugnis der Kirche, und Kirchenlehrer zu beweisen, und herzuleiten: ita respondet: „1. Nicht die Göttlichkeit eines Buches, sondern die historische „Nachricht, daß ein Buch wirklich in der Sprache geschrieben sey, darin „wir es haben, folglich keine Uebersetzung sey; und daß es denjenigen „zum Verfasser habe, dem wir es beylegen, folglich von dem Altertum „sey. Dazu brauchen wir die Zeugnisse, und Erzälungen der Kirchenvä- „ter. Daß es aber göttlich sey, dazu ist eine Untersuchung der innern „wesentlichen Kennzeichen der nähern göttlichen Offenbarung unentber- „lich. 2. Wir nehmen nur die erste Kirche und deren Lehrer zu diesem „Beweis an; auch blos als menschliche glaubwürdige Zeugen, die im „Stande gewesen, diese Stücke zu wißen, und denen auch daran gelegen „gewesen, die richtige Nachricht davon einzuziehen, und fortzupflanzen. „Sie werden darin nicht als Kirche, sondern als glaubwürdige Zeugen „angesehen. Die Kirche der folgenden Zeiten hat damit gar nichts zu „thun. 3. Es gehöret dieses Zeugniß, wenn es seine höchste Richtigkeit „hat, nur zum historischen wahrscheinlichen Beweis, der aber nicht im- „mer an sich die höchste Gewißheit, und Ueberzeugung hervorbringt, noch „weniger aber zum göttlichen Beifall, und zur untrieglichen Ueberzeu- „gung hinreicht. 4. Wir gebrauchen solches Zeugniß zum Mittel der „Erkenntniß, und nicht zum Grund derselben. Durch das Zeugniß der „Kirche wissen wir die Beschaffenheit dieser Bücher, aber wir glauben sie „nicht

Cum

Cum autem de inspirationis ratione, scissæ sint Catholicorum sententiæ, & neque Scriptura, neque Patres, neque Ecclesia controversiam hanc dirimant, merito infert BLAU Diss. cit. p. 29 dicens: *Tot numero libros esse a Scriptoribus S. confectos, & in Canonem referendos, sola Traditio ecclesiastica determinat, estque veritas pure Catholica.* Per veritates autem *pure Catholicas*, intelligit illas, quæ licet universali nitantur Traditione, proprie tamen divinæ, ac revelatæ non sunt. Ad hanc classem (inquit quoque HOLDEN) (*a*), pertinet veritas hæc universim recognita; nempe *ipsammet scripturam esse verbum Dei.*

COROLL. 1.) *Librorum Ss. Canon, nonnisi Traditione interveniente, certo innotescere potuit.*

COROLL. 2.) *Traditio Ecclesiastica divina non est, sed tantum est Ecclesiæ de Canone testimonium* (vid. sup. §. 2.)

COROLL. 3.) *Tot numero Libros esse a Scriptoribus S. confectos, & in Canonem referendos, Traditio divina non est.*

§. 26.

„nicht um dieses Zeugniß willen." Vid. ejus Untersuchung theologisch. Streitigkeiten 3. Band. S. 47. Editionis cum notis SEMLERI. Halle 1764. in 4. Dicit porro Vir laudatus Lib. cit. in notis p. 45.: „Diese Tra- „dition enthält nichts weiter, als daß dieß, und jenes Buch von der al- „ten Kirche für göttlich erkannt worden. Und diese Nachricht ist nicht „Verbum Dei, sondern Verbum hominum de Verbo Dei. Unser Glaub „aber, sowohl in Deum, als de Verbo Dei muß nicht auf dieser Aus- „sage beruhen, sondern auf dem Inhalt dieser Schriften selbst. Folglich „ist es ein sehr gezwungener Schluß, daß wir alsdann keinen Glauben „haben, wenn die Nachricht der Kirche nicht Verbum Dei selbst sey. Er „(intelligit Bellarminum) setzt das probandum voraus, fidem niti Tra- „ditione. Muß fides niti Verbo Dei, so muß er nicht niti Traditione ut „fundamento congruo & sufficiente, sondern Traditio muß nach den „Schriften selbst geprüft werden. (Porro additur) Wenn alle Menschen „Lügner sind, d. i. irren können, so giebts unter ihnen weder interpre- „tem, noch Traditionem inerrabilem, muß also der Grund des Glau- „bens sehr schwach seyn, wenn er zuletzt auf menschliche Aussage be- „ruhen soll."

(*a*) *Divinæ fidei Analysis* Lib. 1. Cap. IV. p. 43. Edit. Colon. 1782.

§. 26.

Discrimen inter fidem Catholicorum & Protestantium.

Fide Divina credi possunt dogmata a Deo revelata, dummodo de facta revelatione moraliter certo constat. Distingui ante omnia hic oportet *Motivum* nostri assensus ab ejus *adplicatione. Motivum fidei*, seu vera & principalis causa nostri assensus, est authoritas Dei revelantis. Sicut enim fides omnis authoritati, ita & fides divina, authoritati divinæ immediatius nititur. Neque enim *Deum* v. g. *esse trinum in Personis*, fide divina crederemus, nisi hoc Deus revelasset. Cum porro, Deum in revelando nec falli, nec fallere posse, certo persuasi simus, fide quoque *infallibili* credere dicimur ea, quæ Deus revelavit. Medium autem, quo mihi constat, hoc vel illud a Deo actu revelatum fuisse, *adplicatio motivi* dici solet. Non equidem sufficit, ut credens existimet utcunque, seu leviter judicet, fidei suæ assensum inniti Dei revelantis authoritate, sed oportet etiam, ut de medio, quo auctoritas hæc ipsi applicatur, certo constet. Certitudo infallibilis, si hic haberi possit, quidem optima foret; moralem tamen certitudinem de facta revelatione sufficere, prudens nemo negabit. Cum enim Deus dogmata sua non cuilibet immediate revelet, sed per homines edoceri, ac propagari voluerit (§. 12.), certitudo morali major, ultimato haberi non potest. Nihilominus fides nostra ratione *objecti*, est & manet fides divina & infallibilis. Et quemadmodum Apostoli, *certitudine* tantum *physica*, ex visis scilicet miraculis de divinitate Christi certi, fide divina infallibili, hanc divinitatem Christi, ejusque doctrinam crediderunt, ita quoque res a Deo revelatæ, fide divina & infallibili credi a nobis possunt, quamvis de revelationis existentia, certitudinem tantum moralem habeamus, cum æque ineptum foret certitudini morali, in rebus, quæ nonnisi hominum testimonio ad nos perveniunt, fidem & assensum denegare, quam negare, quæ oculis cernimus, aut quæ geometrice demonstrata sunt (§. 23.). Profecto si nihil fide divina & infallibili, credi possit, nisi ex authoritate infallibili, illud actu revelatum fuisse, prius constiterit, vereor, ne & fides Catholicorum (id quod Protestantibus sæpius exprobrant) *mere humana*, ac *fallibilis* sit, cum & illorum fides de *infallibilitate Ecclesiæ* ulti-

ultimato, authoritate nonnisi humana nitatur. Quod ut magis pateat, videamus, quid discriminis sit inter fidem Catholicorum & Protestantium? Id DD. CENSORES MOGONI in Ephemeridibus Literariis (a) tam recte assecuti videntur, ut aptius nihil dici possit. Asseruit nempe, ut supra vidimus, Steph. WIEST, *exceptis Catholicis, neminem scire, an habeat veram S. Scripturam, sive genuinum verbum Dei, & in quibus libris illud præcise contineatur, fidemque Protestantium authoritate mere humana fallibili niti.* In quod WIESTII assertum, laudati Censores sequentia loc. cit. p. 931. reponunt: „Der Hr. Verfasser erlaube uns hier, „den Satz, der dem Protestanten sehr auffallen muß, daß sein Glaube nur „menschlicher, trüglicher Glaube sey, ein wenig zu beleuchten; welches „hier am rechten Orte geschehen mag, weil der Hr. Verfasser selbst den so „oft unserm Systeme gemachten Vorwurf, als drehen wir uns im Zirkel „herum, indem wir die Schrift aus dem Zeugnisse der unfehlbaren Kir„che, und die Unfehlbarkeit von dieser aus der Schrift bewiesen, zu be„günstigen scheint".

„Welches ist denn nun der Unterschied zwischen dem Glauben des „Katholiken und Protestanten? Nach unserer Einsicht kein anderer, als „der, daß der Protestant alle seine Glaubenssätze aus der Schrift, der „Katholik nur diesen, "daß die allgemeine, allzeit sichtbare Kirche in „ihren Dogmen, die sie für göttliche Offenbarung hält, nie irren wer„de", beweisen müße. Nun wollen wir die Gewißheit des beiderseiti„gen Glaubens bis auf ihre ersten Principien zergliedern. Der Katho„lik und Protestant nehmen aus denselbigen Gründen an, daß die Lehre „Christi von glaubwürdigen Zeugen aufgezeichnet sey, daß diese schät„baren Bücher in der Haupsache rein und unverfälscht zu uns gekom„men, daß dasjenige, was als Offenbarung darin steht, wirklich Offen„barung sey. Bis daher ist Alles einerley. Nun forschen Katholik „und Protestant in der Bibel. Der Katholik findet klare Verheißun„gen, daß die allgemeine Kirche in ihren Lehren nie irren werde: er „folgt der Kirche in Auslegung der Schrift und aller andern Glaubens„lehren; nun ist der Katholik fertig. Fragt man den Protestanten, „der das Ansehen der Kirche nicht für untrüglich hält, sondern seinen „eige-

(a) Mainzer Monatschrift von geistlichen Sachen. Zweiter Jahrgang. Eilftes Heft. November 1786.

„eigenen Einsichten traut, warum er z. B. an die Gottheit Ch „glaube? so antwortet er, weils in der Schrift geoffenbaret ist. W „her weißt du aber, daß die Worte der Schrift diese Bedeutung hab „Er wird erwiedern: Weil sie nach allen Auslegungsregeln keinen and „Sinn haben können. Der Katholik sezt noch hinzu: Weil die nach d „Verheißungen Christi unfehlbare Kirche ihren Traditionen gemäß es s „erklärt. . . Also bey allen einzelnen Dogmen hat der Glaube des Ka„tholiken mehr Leichtigkeit, und mehr Gewißheit; denn er hat sich schon „aus der Schrift überzeugt, daß die Lehren der Kirche nie Afterlehren „sein werden. Der Protestant hat aber keine göttliche Verheißung für „sich, daß seine Schriftauslegung die wahre sey. — Seine hermeneuti„sche Ueberzeugung kann nur moralische subjective Gewißheit seyn. — Doch „ist sein Glaube an die nothwendigen Dogmen immer noch göttlicher Glau„be in Rücksicht auf das Object seines Glaubens. — Verhält sichs aber „mit dem Glauben des Katholiken an die Unfehlbarkeit der Kirche zu„lezt nicht auch so? Glaubt er nicht aus dem Grunde daran, weil er sich „nach vernünftigem Gebrauch der Auslegungsregeln aus der Schrift da„von überzeugt? denn die unfehlbare Kirche darfs ihm nicht sagen, „daß sie unfehlbar sey, ohne einen Zirkel im Beweise zu begehen. Auch „der Katholik muß es aus andern Gründen, als dem Ausspruche sei„ner Kirche, wissen, daß eine göttliche Offenbarung, und wo sie existi„re; er muß aus Gründen, die vom Ansehen der Kirche unabhängig, und „bekannter als diese sind, sich davon überzeugt haben. Seine hermeneu„tische Gewißheit kann auch auf keinen andern, als solchen Gründen „beruhen, die moralische Gewißheit gewähren. — Also hat denn doch „auch der Glaube des Katholiken in seinen lezten Principien nur mo„ralische, trügliche Gewißheit für sich? . . Hier antwortet der Katho„lik: Daß die Kirche untrüglich sey, weiß ich aus klaren Schriftstellen; „daß diese Schriftstellen diesen Wortverstand haben, weiß ich nicht nur „aus der richtigen Anwendung der Auslegungsregeln, sondern auch daher, „weil immer die Kirche, die überall verbreitete große Gemeinde, von den „ersten Zeiten ihrer Stiftung bis izt in dem wichtigen, fundamentalen, „unwandelbaren Puncte beständig das Zeugniß gegeben hat, daß sie die „untrügliche Richterin in Glaubensstreitigkeiten sey. Dieß allgemeine, „öffentliche Zeugniß in einem Factum, worin weder Unwissenheit, noch „bösartige Verfälschung befürchtet werden kann, soll mich dieß nicht be„ruhigen? Doch betrachte ich hier das Ansehen der Kirche noch nicht, als

„wenn

„wenn es durch göttliche Verheissungen bestätigt wäre, sondern nur noch „von solchem Werthe und moralischer Gewißheit, welche die oben be„rührten Gründe ihm geben. Hälts du aber moralische Gewißheit für „trüglich? — so gibts für den Menschen keine Gewißheit! so müßen „wir Erdensöhne auf immer in den Finsternissen des trostlosen Skep„ticismus herumtappen! Willst du größere Gewißheit von der Wahr„heit deiner Religion, als von der Existenz Gottes, oder der Körper„welt? — und selbst diese ist nach langem Streben zulezt keine andere, „als moralische. Es ist Pflicht, Naturtrieb, der moralischen Gewiß„heit seinen Beifall zu geben. — Dein addunt: Hierüber lese man auch „den §. 384, und man wird finden, daß die Ideen des Herrn Verfas„sers mit unserer Bemerkung sich leicht verbinden lassen." (a)

COROLL. 1.) *Quæ a Deo revelata non sunt, fide divina & infallibili credi non possunt.*

COROLL. 2.) *Protestantium æque ac Catholicorum fides, ratione* OBJECTI, *divina & infallibilis est: ratione vero* MEDII, *quo de re revelata constat, authoritate nonnisi humana, ultimato nititur.*

COROLL. 3.) *Dogmata, de quorum existentia moraliter certo constat, fide divina & infallibili credi possunt, ac debent.*

COROLL. 4.)

(a) Ibidem nempe Steph. WIEST ad objectionem: *De Ecclesiæ infallibilitate, infallibiliter Catholicis non constat, ergo fide divina infallibili credere non possunt ab Ecclesia ad credendum proposita*: inter alia respondet 1.: Fidem divinam & consequenter infallibilem esse, si constet, idipsum, quo fides nititur, a Deo vere esse profectum; & fidem divinam pro objecto non habere ipsam cognitionem seu *notitiam*, qua mihi de re constat, sed *motivum fidei* seu auctoritatem, propter quam creditur. 2. Non obesse, atque etiam non requiri, ut notitia de infallibiltate Ecclesiæ, quæ *adplicatio motivi* dici posset, sit infallibilis certa, sed sufficere, ut hæc notitia sit moraliter certa. 3. Repugnare, ut cognitio de revelatione auctoritatis Ecclesiæ, sit divina, & infallibilis, cum rursus an hæc cognitio divina sit in posita hypothesi, nova requireretur revelatio, sicque daretur progressus in infinitum. Denique sic concludit: *Ergo plane ultimato sufficit certitudo humana moralis, atque si in hoc sensu, systema catholicum fide humana tantum niti dicant Acatholici, non est, cur id negemus.*

CAROLL. 4.) *Quodsi igitur Protestantes de rebus a Deo revelatis, in Scriptura S. contentis, certitudinem moralem habeant; fide divina & infallibili credere illas possunt.*

§. 27.

Conclusio ex dictis.

Ergo seclusa Ecclesiæ definitione invicte, ac convincenter probari non potest, dari Traditiones DOGMATICAS MERE-ORALES. Enimvero Christus suam, quam proposuit Doctrinam, sola *Testimonii* authoritate propagari voluit (§. 12.); an *scripto* potius, an *tradito* Religio christiana, posteris communicari debuerit, a *priori* demonstrari nequit (§. 13.). Scimus quidem sub Religionis christianæ initium, Doctrinam omnem, per plures annos, sola vivæ vocis Traditione, os ad os traditam, postea etiam quædam Literis consignata fuisse (§. 14.); constat quoque, Apostolos, nullum a suo Magistro scribendi præceptum accepisse, nec etiam omnes & singulas fidei veritates, saltem clare, transcribere voluisse (§. 15.); inde tamen non sequitur, existere quædam dogmata, quorum omnino *nullum* in sacris literis vestigium reperiatur (§. 16). Id profecto neque e S. Scriptura (§. 17.), neque e Ss. Patribus (§. 18. & 19.) erui posse ostendimus. Fatemur equidem, quædam esse ad salutem scitu factuque necessaria, quorum expressum in sacris literis vestigium frustra quæsiveris (§. 19); illa tamen nullo modo in illis fundata esse, persuaderi non possumus, *tum* quia multi Catholicorum id negant (§. 21.), *tum*, quia Traditiones vulgo jactatæ (§. 22.), non sunt Traditiones *dogmaticæ mere-Orales* (§. 23, 24, 25). Fateamur igitur necesse est, seclusa Ecclesiæ definitione *invicte*, & *convincenter* probari non posse, dari Traditiones *Dogmaticas mere-Orales*. SOLO *Ecclesiæ testimonio* (inquit MURATORIUS Lib. cit. p. 101.) *id exploratum fieri potest, & per ejus sententiam hujusmodi controversia dirimi.* Videamus, num id ab Ecclesia definitum fuerit?

CAPUT III.

Quid Fides Catholica doceat de Traditionibus?

§. 28.

Definitio Conc. Trid. de Traditionibus.

Ad authoritatem Concilii Tridentini, Theologi potissimum provocant, ubi Sess. IV. *de Traditionibus* sequentia leguntur: „*Sacrosancta, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus . . . hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur: quod promissum ante per Prophetas in scripturis sanctis, Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, proprio ore primum promulgavit; deinde per suos Apostolos tanquam fontem omnis, & salutaris veritatis, & morum disciplinæ, omni creaturæ prædicari jussit: perspiciensque hanc veritatem, & disciplinam contineri in libris scriptis, &* SINE SCRIPTO TRADITIONIBUS, *quæ ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris, quam novi Testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non Traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia suscipit, & veneratur*". Ac demum, post enumeratos singillatim libros Canonicos, subjungit: *Siquis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia legi consueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit*, ET TRADITIONES PRÆDICTAS SCIENS, ET PRUDENS CONTEMPSERIT; ANATHEMA SIT.

Variorum Crisis in hoc Decretum.

Ant. Marinari.

Decretum hoc Tridentini a variis varie impugnatum fuit, quin & in ipso consessu, suos adversarios invenit. Quodsi enim Pet. SUAVIS seu potius Paulo SARPIO fides sit; Ant. MARINARUS, Ord. Carmel., a Traditionum mentione abstinendum censuit, atque in hac materia ad decisionem primi articuli, prius constituendum, utrum

quæstio facti sit, an juris; id est: utrum doctrina Christiana duabus constet partibus, una, quæ divina voluntate fuit scripta; altera quæ eadem voluntate, vetita est scribi, viva tantum voce docenda: an vero universo doctrinæ corpori, per accidens evenerit, ut quæ tota fuerit publicitus prædicata, ejusdem aliqua pars scripto consignata non fuerit. Verum hæc Carmelitæ opinio paucis arridebat. Cardinalis POLUS asperioribus eam verbis excipiens dixit: digniorem esse colloquio Germaniæ, quam Ecclesiæ Concilio universali (a).

Walchii. Ex ordine Protestantium memorandus a nobis venit Jo. Georg. WALCH, qui in Lib. cit. Jenæ 1734. Patres Tridentinos ob hoc Decretum, nimis acerbe traducit, §. XIII. p. 344. inquiens: „Hiemit hat man nur eine Decke vor die päbstische Irrthümer suchen wollen, damit das zeitliche Interesse des römischen Stuhls keinen Schaden leide. Die heilige Schrift hingegen, der vortrefliche Schatz des göttlichen Worts hat sich unter die Füße müssen stecken lassen. Aber wie elend sind die Leute dran, und wie werden sie in der That bey der Nase herumgeführet. Sie müssen sich auf die Traditiones verweisen lassen, und man kann ihnen doch nicht zeigen, daß dasjenige, was man dafür ausgiebt, auch in der That eine richtige Tradition sey. Entweder soll mans auf den Credit der Geistlichen hinnehmen, und das ist was einfältiges, als hätte mans mit Leuten zu thun, die ohne Sinnen und Vernunft wären; oder man soll sie in den Büchern der Kirchenväter suchen. Hiezu sind gemeine Leute nicht geschickt, und haben Gelehrte genug zu thun, sich darein zu finden. Nimmt man sich auch die Mühe, und will dasjenige, was die Papisten wollen, darinnen suchen, so kann man es nicht antreffen ꝛc."

Mode-

(a) Dixi: si *Pet.* SUAVIS *fides sit*. Ea enim, quæ de *Marinaro* SUAVIS refert, PALLAVICINUS suspecta habet, dum in *Hist. Conc. Trid.* Lib. 6. Cap. XI. n. 14. ait: *Ex his mendaciis, quorum hic* (Suavis) *aperte convincitur, merito mihi licet conjicere, æque plane commentitia esse, quæ ille de multorum sententiis colorat, præsertim vero Lunelli Franciscanorum Præsidis, ac Marinari Carmelitarum* (Hist. Conc. Trid. Lib. II. p. 132.) *quarum rerum & in Actis, & in Literis Legatorum ad Farnesium Cardinalem, & in aliis copiosis monumentis, quæ apud me sunt, ne vestigium quidem comperio, prout absque dubio comperissem.*

Buddei. Moderatior est Crisis Jo. Franc. BUDDEI dum *Institut. Theol. dogm.* sup. cit. Lib. I. Cap. II. §. 33. p. 203. in hoc Tridentini Decretum ita glossatur: „*Cum illi Tridentini Doctores de Traditionibus loquantur, tum ad fidem, tum ad mores spectantibus, iisque vel oretenus a Christo, vel a Spiritu sancto dictatis, & continua successione in Ecclesia Catholica conservatis;* ostendere quoque debuissent, quænam istæ Traditiones sint? unde nobis constet eas oretenus vel a Christo, vel a Spiritu sancto dictatas? qua ratione continua successione in Ecclesia, aut propagatæ sint, aut propagari potuerint? Cumque facile fieri queat, ut spuriæ Traditiones iis, quæ pro genuinis venditantur, admisceantur, quæ ratio sit, has ab illis discernendi? Hæc autem omnia cum ita comparata sint, ut nihil solidi ad ea responderi queat, simulque evincant, Traditiones non posse, non longe esse incertissimas, magnopere deciperet seipsum, qui eas pro cognoscendi principio adsumere vellet &c."

Petri Suavis. Pet. SUAVIS in hist. Conc. trid. Lib. II. p. 143. refert, observasse quosdam in eo Tridentini Decreto, nec magni esse momenti, nec strictæ admodum obligationis; quam quidem observationem a SUAVI quoad hoc punctum comprobari manifestum est. *Solum*, ait hic, *statutum erat Traditiones esse recipiendas, sed absque declaratione, quænam illæ essent, & absque discerniculo proposito, quo dignoscerentur; Quandoquidem nullum ad eas recipiendas præceptum urgebat, sed solum vetitum erat, ne quis sciens volensque eas adspernaretur. Unde decretum minime infringeret is, qui reverenter ac modeste eas omnes rejiceret.*

Nelleri. Eadem sub diversis licet verborum involucris, l. cit. §. II. regerit NELLERUS, dum ex eo, quod Protestantes solum inficientur, existere præter scripturam genuinas Traditiones, arguit: Anathema illud Tridentini aut vagum esse, aut inefficaciter fulminare Protestantes: *Cum nemo illorum dicat, Traditiones ipsius Christi ore ab Apostolis acceptas, a se scienter & prudenter contemni. Consimili fere ratione, qua Catholicus in thesi credens Reliquias Sanctorum esse venerandas, si neget has individuas Reliquias esse veras. Nam sicut multitudo pseudo-Reliquiarum ipsas adeo genuinas reddidit suspectas, ita innumeræ fabu-*

læ,

læ, veris Traditionibus mixtæ, harum existentiam iis, qui duræ sunt credulitatis, fecere ambiguam.

Nemo equidem Catholicorum, quantum scio, in hanc NELLERI Sententiam condescendit, auctoritati utpote Concilii Tridentini nimis præjudiciosam, inque sequelis absurdam; disceptant tamen inter se, aut saltem subdubitant de vero, ac germano hujus Trid. Decreti sensu. Quem nunc pro ea, quæ ingenuum Theologum decet, libertate declaratum imus, sequentes stabiliendo propositiones.

§. 29.

Propositio 1ma.

Vi hujus Tridentini de Traditionibus decreti, certum est & fide Catholica credendum, Traditiones dogmaticas, si existant, pari pietatis affectu, ac reverentia, ut verbum Dei scriptum, suscipiendas, ac venerandas esse. Nam sana ratio dictat, Deo esse credendum, aut parendum, sive ejus verbum per schedam, sive per vivam internuncii divini vocem. Nec motivum credendi est *litera*, sed *authoritas loquentis*. Nihil interest, unde sciatur voluntas Dei, modo sciatur. *Cur enim* (inquit MURATORIUS) (*a*), *iisdem Apostolis, Christi nomine scribentibus, credamus, loquentibus non credamus? Deinde, quæ ab Apostolis scripto mandata sunt, eadem antea ab ipsis viva tantum voce tradita fuisse constat, & pari obsequio a fidelibus accepta.* Indubitatum quapropter est, doctrinam Christi, sive ore, sive literis consignata sit, ejusdem esse auctoritatis; Cumque Tridentini Decretum ad minimum intelligi debeat, de Traditionibus, *si existant*, patet, fide quoque Catholica credendum, Traditiones dogmaticas, si existant, pari pietatis affectu, ac reverentia, suscipiendas, ac venerandas esse.

§. 30.

Propositio 2da.

Quanquam indubitatum sit, Traditiones dogmaticas, si de illis certo constet, æqualem habere cum verbo Dei scripto authoritatem: quidam

tamen

(*a*) De Ingen. Moderat. Lib. I. Cap. XI. p. 100

tamen de Novatoribus tempore Concilii Tridentini id negare, alii in dubium vocare visi sunt. Fuerunt quippe e Novatoribus, qui etiam *Juris* litem, Ecclesiæ Catholicæ, hoc in puncto movere videbantur, dum contenderunt, Scripturæ S. nihil æquari posse. LUTHERUS putat *Sacrilegium* esse, *Traditiones paris authoritatis cum scripturis novi & veteris Testamenti credere. Insignis audacia est*, inquit CHEMNITIUS, ap. BELLARM. de verbo Dei non scripto Lib. IV. Cap. III.: *Majestati & authoritati scripturæ Canonicæ aliquid æquare.* Et BRENTIUS ap eundem L. cit. Catholicos reprehendit, quod jactitent, *Apostolos multa tradidisse posteris sermone, quæ non minorem habent authoritatem, quam quæ scripto mandata sunt.* Quid? quod nonnulli etiam e Tridentinis Patribus, PALLAVICINO teste p. I. Lib. 6. Cap. XIV. n. 3. & 4., visi sint ea in opinione, vel certe dubitatione versari, quod noluerit Deus tantam impertiri Traditionibus firmitatem, ac venerationem, quantam sacris Literis; atque idcirco minus ipsis initio probarentur illa decreti verba, quibus Scripturas sacras, ac Traditiones, *æquali pietatis*, *ac reverentiæ affectu* declarabatur. Talis æquatio quibusdam, ac præsertim *Bertano* Phanensi Episcopo haud probabatur. Quamquam enim (inquiebat) a Deo procedant, quod cuique veritati commune est, non sequitur, quod pari veneratione recipiendæ sint: alias sequeretur, quæcunque vera sunt, perinde ac sacras Literas venerandas esse. Addebat: noluisse Deum tantam impertiri Traditionibus firmitatem, cum aliquæ desierint, adeoque nec tantam pariter venerationem. Acerbius in hujusmodi æqualitatem invectus est *Naclantus* Clodiensis Episcopus, dixitque eam *impiam* sibi videri; nec obstare decretum, quod proferebatur velut Florentinæ Synodi, quod nihil ad eam spectat; cum postrema ipsius Sessio habita fuerit anno 1439. Decretum vero sit editum 4. Febr. an. 1441. (*a*).

COROLL. I.) *Quodsi jam Concilium Tridentinum quæstionem solum* JURIS *definire voluisset; non tamen exin* NELLERUS *inferre poterit*, *Anathema illud Tridentini vagum esse;* cum uti ex mox dictis constat,

plures

(*a*) Conf. PALLAV. Hist. Conc. Trid. Lib. 6. Cap. XIV. NATAL. ALEX. in Hist. Eccl. Sect. XVI. Diss. XII. de S. Synodo Trid. Art. II.

plures tempore Conc. Trid. fateri noluerint, Traditionibus divinis eandem deberi indubitatam fidem, quæ verbo Dei, ſi literis conſignatum fuerit, debetur.

Coroll. 2. *Jure quapropter, ac merito iſthoc* Nelleri *adjectum* (teſte Luydl Lib. cit. p. 378.) *ex Edit. Poſter. Vien.* 176[illegible] *diſpunctum fuit, quod in priori Francoſ.* 1746. Cap. II. *ſcripſerat.*

Scholion. Cur Tridentina Synodus illi ſolum Anathema dixerit, qui Traditiones prædictas *ſciens*, ac *prudens* contempſerit, ratio ſequens erat: Cum Traditionum pleræque, ritus, aut morum diſciplinam ſpectent, in quas interdum ex ignorantia, vel imbecillitate peccatur abſque ſacrarum hujusmodi legum, & obſervantiarum contemptu; noluit Synodus, quoscunque earum violatores, Anathemate ferire, ſed tantum protervos contemptores, qui ſe ad eas ſervandas minime obſtringi profitentur, & qui eas velut humanas adinventiones, aut ſuperſtitioſas obſervantias abjiciunt, & conculcant; ſicut graviori pœna plectuntur perduelles, qui Leges Principum conculcant, & minori fideles ſubditi, qui leges ipſas, quas reverentur, interdum ex imbecillitate violant. Traditiones porro ſingillatim enumerare in hocce decreto, neque tempus, neque opportunitas patiebantur, ſed Eccleſiæ judicio, in his dignoſcendis ſtandum eſſe, ſacra Synodus ſupponebat. Decretum ſeptimæ Synodi imitata eſt, quo Traditiones generatim acceptæ ſunt, & commendatæ, non particulatim recenſitæ, & explicatæ. *Nimius itaque* (recte inquit Nellerus loc. cit. §. III.) fuit in petendo Molinæus, *poſtulans indicem omnium Traditionum, hic enim duorum menſium ſpatio, quo Seſſionis quartæ, diverſa, & profundiſſimæ indaginis capita ventilabantur, a Theologis confici haud poterat. Suffecit in* Thesi *ſtabilitam fuiſſe authoritatem Traditionis, atque in* Hypothesi *per decurſum Concilii unam, alteramve, quæ ad rem faciebat, proponi.* Conf. Pallav. & Nat. Alex. locis citatis.

§. 31.

§. 31.

Propoſitio 3tia.

Duo potiſſimum Conc. Tridentinum definire voluit, ſcil. 1. præter S. Scripturam admittendas eſſe Traditiones ad eruendum verum S. Scripturæ ſenſum. 2. Apoſtolicas Traditiones, ac ritus recipiendos, nec pro libitu variandos eſſe.

Quid Tridentinum definire voluerit, vel maxime ex illa, quam tunc temporis Novatores *de Scriptura*, & *Traditionibus* tenuerunt, ſententia colligi oportet. Temere enim, aut parum conſiderate, errores fuiſſe a Concilio proſcriptos, ne exiſtimes; Cum potius (quemadmodum Pet. Suavis Lib. II. p. 131. refert) mandaverit, ut articuli controverſi, cum fide orthodoxa pugnantes, e Novatorum libris colligerentur, & darentur Theologis, qui iisdem diligenti ſtudio examinatis, opiniones ſuas ſinguli promerent, dein materia ad eum modum præparata, decreta formarentur, quibus in Congregatione propoſitis, & a Patribus diligenter excuſſis, pro ratione ſuffragiorum iſtud ſtabiliretur, quod in Seſſione poſtmodum evulgandum eſſet (*a*). Quod ad

(*a*) Illud quoque in hoc Concilio obſervatum fuiſſe, Didacus Payva Theologus Luſitanus, qui in Concilio præſens erat, teſtatur, Lib. I. *Defenſio Trident. Fidei* Edit. Col. 1580. 8. p. 165. inquiens: „Teſtari certe „ipſe poſſum, nihil fuiſſe a Patribus magis exoptatum, a Legatisve vi„gilantius procuratum, quam ut nihil in eo non libere, non pacate, at„que legitime fieri certiſſimus argumentis conſtaret. Et paulo poſt ad„dit: Ne vero quicquam in Concilio temere, aut parum conſiderate fa„ctum fuiſſe exiſtimes (Kemnici!) rem ut geſta eſt, jam auſculta. Cum „nihil fuerit Tridentinis Patribus antiquius, quam ut apud univerſum „terrarum orbem teſtatum relinquerent, facta omnia in Concilio integer„rime, & incorruptiſſime fuiſſe, optarentque, ideo vehementer, ut fun„damenta, quibus portentoſum iſtud Evangelium eſt conſtitutum, om„nibus eſſent Patribus maxime nota, & explorata: . . . diligentiſſime „procurarunt, ut eorum libri, qui ſe nuper ab Eccleſia Romana totos „abalienarant, & Lutheri . . . aliorumque ſimilium perfidiæ adjunxe„rant, Tridentum undique comportarentur, quos, qui aderamus certa„tim & comparavimus, & perlegimus, ut cauſam a vobis callide, & „veteratorie deſertam, ſcriptis ſaltem coram tanto conſeſſu defendere„tis, & tueremini. Neque enim puto plura a vobis coram dici potu„iſſe, quam veſtris ſint ſcriptis comprehenſa. Atque fuiſſe nos ſæpius

L „ab

ad *Scripturam*, & *Traditiones* spectat, sequentes Articuli, (teste eodem Pet. SUAVIS loc. cit.) e libris Lutheri desumti fuerunt:

I. *Doctrinam universam fidei christianæ necessariam, sacræ Scripturæ libris comprehendi: & figmentum esse humanum, Traditiones non scriptas, tanquam a Christo, atque Apostolis Ecclesiæ relictas, ad nos vero continua Episcoporum successione derivatas adjungere; imo sacrilegium esse, eandem ipsis authoritatem cum veteris ac novi Testamenti libris tribuere.*

II. *Inter veteris Testamenti libros non alios recensendos, quam qui in canone Judæorum sint; nec in novo Testamento hos sex: Epistolam, quæ Divi* PAULI *nomine circumfertur ad Hebræos, D.* JACOBI II., *D.* PETRI II., *D.* JOANNIS III., *& unam D.* JUDÆ. *Item Apocalypsin.*

III. *Ad verum ac genuinum sacræ Scripturæ sensum eruendum, aut ad ipsa verba citanda, necessario recurrendum ad contextum ea lingua, qua primum fuit conscripta; vulgatam vero latinam versionem rejiciendam, ut erroribus refertam.*

IV. *Sacram Scripturam facillimam esse, & admodum perspicuam; atque ad ejus intelligentiam neque glossam, neque commentarios esse necessarios, sed sufficere spiritum ovicularum Christi.* En doctrinam LUTHERI, cæteris tunc temporis perquam familiarem.

Alter Lutheranorum error in eo consistebat, quod Traditionibus antiquis Ecclesiasticis, non scriptis, neminem Christianorum adstringi, sed pro libitu admitti & rejici illas a quolibet posse, dicerent. Sic LUTHERUS tum in aliis locis, tum præcipue in Opp. Lat. Jen. 1557. Tom. II. fol. 551. docuit, dicens: *Neque enim ego vel usum, vel auctoritatem hominum in totum negavi, sed libera esse volo, & indifferentia, quæcunque extra Scripturas sanctas scripta sunt, tantum articulos fidei necessarios fieri recuso in hominum verbis. Tolerari volo, quæ bene dicuntur, & geruntur citra Scripturæ*

„ab integerrimis legatis familiariter admonitos, omni asseveratione affirmare possum, ne minori diligentia vestras, quam sanctorum Patrum lucubrationes evolveremus &c.“

turæ testimonium, tolerari autem libere. Et paulo post: *Si autem ejus usum vel authoritatem hominum allegat, quæ non pugnent scripturis, non damno, sed tolerari volo, hoc tantum adjecto, ut libertas christiana salva sit, & in arbitrio nostro sit, ea sequi, tenere, mutare, quando, ubi, & quomodo placuerit.* Utrumque hunc errorem Synodus Tridentina laudato de Traditionibus Decreto, proscribere voluit, prout testis nobis est PALLAVICINUS scriptor coævus, qui in Hist Conc. Trid. Part. I. Lib. VI. Cap. 18. n. 7. ait: *Duo per illam Sanctionem intendit Synodus:* ALTERUM, *palam facere, fidei Catholicæ fundamenta non modo esse divinas literas, quod recentes hæretici pertinaciter contendebant; sed non minus etiam Traditiones, a quibus denique dependet, quidquid certi obtinemus de legitima ipsarum scripturarum auctoritate.* ALTERUM, *profiteri, Apostolicos ritus, ad hanc usque ætatem nobis per manus haud interrupte traditos, recipi ab Ecclesia, nec esse variandos, ut audebant hæretici. Ei vero, qui in hisce generalibus articulis dissentiebat, anathema infligi.* Unde manifesta est posita propositio.

COROLL. 1.) *Traditiones, ex quibus dependet, quidquid certi habemus de scripturarum auctoritate, nonnisi declarativæ sunt.*

COROLL. 2.) *Licet præter scripturam necessarias esse Traditiones, Concilium Tridentinum definiverit; has tamen a scriptura distinctas esse, & traditionis stricte talis nomen mereri, non declaravit.*

COROLL. 3.) *Traditiones quidem Apostolicæ & Ecclesiasticæ pro ratione temporum mutari, aut etiam omnino aboleri possunt* (§. 3.); *ipsis tamen usu vigentibus reverentia & obedientia debetur.*

§. 32.

Traditionum Dogmaticarum MERE-ORALIUM *existentiam Synodus Tridentina definire, nec voluit, nec debuit.* Perpetua namque ac prudens Oeconomia hæc semper Ecclesiæ fuit, ut, dum jus suum in decidendis fidei controversiis exercet, eo nonnisi parce admodum, urgente summa vel utilitate, vel necessitate utatur: neque ultra definire soleat, quam rerum circumstantiæ, *Propositio 4ta.*

scopus,

scopus, & necessitas exigant. Idcirco Ecclesia nullas dirimit quæstiones Scholasticas; Et quamvis Conciliorum decretis, sen-tentiæ, de quibus inter Scholas Catholicas huc & illuc innoxie con-trovertitur, nonnumquam immisceantur; has tamen synodi judicio, prolata in alterutrum sententia condemnatoria, defini-re haud quaquam intendit, prohibente, quæ cum ipsius potestate conjuncta est, *prudentia* (a). Propterea Patres Tridentini, plus simplici vice professi sunt, se non ad finiendas *Scholasticorum* con-troversias coivisse, sed id solum sibi perpetuo ante oculos pro-posuisse, *ut sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conser-vetur* (b). Inde evenit, quod complura, data opera ab illis indecisa relinquantur (c).

(a) „Innumeræ apud *scholasticos* sunt quæstiones (inquit laudat. MURATO-RIUS Lib. cit.) quas absque *errandi* periculo dirimere Ecclesia po-„test, sed tamen ab iis dirimendis temperare prudenter debet... Dirime-„re potest, quia sive in unum, sive in alterum sensum, tametsi contra-„rium inclinet Christianorum Theologorum sententia, nihil officitur „scientiæ morum a Christo traditæ, & præcipuis, *expressis*, ac recep-„tis scripturarum, Traditionisque documentis nulla vis infertur... Si „Ecclesia in animum induceret, quibuscumque natis, ac nasciturís quæ-„stionibus finem *irrevocabili* decreto imponere; supervacaneam sibi, in-„credibilemque crearet molestiam, & exiguum ingeniis immoderate cu-„riosis beneficium deferret. Ecquando enim tantum opus illa absolve-„ret? Et quorsum tantos labores devorare, & in immensum proferre „decreta fidei? ... Neque sic deterreret ab excitandis *novis* quæstioni-„bus gentem litibus, & disputationibus unice addictam, iisque æternum „pascendam". Addit porro vir Cl., sicut non pauca sunt levis admo-dum momenti; quæ in controversiam vocantur, ita esse alia, quæ tam difficile referri possunt aut ad apertam scripturarum mentem, aut ad Traditionis antiquitatem, ut sane præstet verisimilia relinquere, quam vera, aut falsa decernere.

(b) Trid. Sess. IV.

(c) Hujus *Moderationis* superabundant exempla. Sic Conc. Trid. eam dispu-tationem, utrum *Residentia Episcoporum* sit *juris divini*, an *Ecclesiastici* duntaxat, eoque pacto *dispensationem* vel excludat, vel admittat, *inde-cisam* reliquit Sess. XXIII. *de Reform.* Cap. I. Similiter & illas *de con-tritione vel attritione formidolosa*, *de circumstantiis peccatorum notabili-ter adgravantibus*, *in confessione explicandis*; *de Ministro Sacramenti Matrimonii*. Item de *Purgatorio*, quod ita existere definivit Sess. XXV., ut tamen de *pœnis*, deque *modo*, quo animæ separatæ purgantur, & cruciantur, nihil decerneret &c. &c.

Porro cum Concilia novos fidei articulos non condant, sed quinam olim ut tales habiti sint; solum declarent; conse-quens est, ut in controversiis ad fidem orthodoxam, & mores christianos spectantibus, decisionis norma, seu *Regula* non alia esse possit, præterquam *S. Scriptura, & Traditio.* Ex quo fluit, doctrinam, quæ ejusmodi fundamentis non innititur, in censum *dogmatum divinorum*, quibus sub fidei jactura adsentiendum sit, *referri minime posse* (a).

In eo quoque conveniunt omnes, quod doctrina, quæ cre-denda omnibus proponitur, *dogma* fidei tunc *solum* sit, si Eccle-siæ Propositio *determinata, certa*, atque *clara* accesserit (b)

Nec denique silentio prætereundum, quod recte observat Dominicus GRAVINA loc. cit. apud Fratres de WALENBURG (c): UT QUÆ DE FIDE NON SUNT, NON ASSERANTUR AD FIDEM PERTI-NERE. ET QUÆ DE FIDE SUNT, UT AD FIDEM NON PERTINENTES, EXCLUDANTUR A FIDEI REGULA. *Periculosa sane res est, periculosa pro certis asserere, Religionis dogmata proprio judicio fingere, quæ non sunt: ac proinde hæresis notam alicui affigere.* Non incongrue hinc monet PALLAVICINUS (d): *ut aliquis articulus tanquam fidei* dog-

(a) Eleganter more suo Vincentius LIRINENSIS in *Commonit.* Cap. 32.: *Christi Ecclesia*, inquit, *sedula, & cauta depositorum apud se dogma-tum custos, nihil in iis unquam permutat, nihil minuit, nihil addit... Denique quid unquam aliud conciliorum decretis nisa est, nisi ut, quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur; quod antea lentius prædicabatur, hoc idem postea instantius prædicaretur; quod antea securius colebatur, hoc idem postea solicitius excoleretur. Hoc, inquam, semper, neque quicquam præterea, hæreticorum novitatibus ex-citata, conciliorum suorum decretis catholica perfecit Ecclesia, nisi, ut quod prius a Majoribus sola traditione acceperat, hoc idem posteris eti-am scripturæ Chirographum consignaret.* Conf. Jo. OPSTRÆT de Locis Theol. Diss. IV. Quæst. 5. §. 2.

(b) Conf. Felix Ant. BLAU *Regula fidei catholicæ.*

(c) De *unitate Ecclesiæ* Lib. VII. Cap. X. n. 1.

(d) Hist. Conc. Trid. Lib. 1. Cap. XXI. n. 4.

dogma statuatur, & summa necessitas urgeat oportet, & exactissima trutina examinetur. Demum dictum sibi Theologi omnes semper putent, quod inter Sæculi sui Theologos insignis vir, Joannes Major in 3. Sent. Dist. 27. Q. 26. apud Becker (a) ait: *Non minus est hæresis, asserere aliquid esse de fide, quod nullatenus de fide est, quam negare aliquid de fide, quod est de fide.*

Singulares istæ observationes sunt, quibus rite perpensis, patebit pauciores longe esse articulos, quam censet passim scholasticorum cœtus; liquidum quoque erit, ac manifestum, quæstionem de Traditionibus *divinis mere-oralibus*, neutram in partem decisam fuisse.

Etenim 1*mo* neque utile, neque necessarium erat, ceu dogma fidei definire, dari quædam dogmata, in scripturis *nullo modo* præcontenta. Lutherani namque cum Magistro suo ab initio docuere, omnia ad fidem moresque necessario *diserte* ac *perspicue* in sacris literis contineri, ac proin nullis opus esse Traditionibus. De intelligentia equidem scripturæ, quin necessaria sit, non contendebant: verum eam ex scripturis ipsis, non *ex Traditione* eruendam affirmabant, cum, Luthero docente, Scriptura *per se* esset *certissima*, *facillima* & *apertissima sui interpres.* (b) Jam vero cum ex altera parte certum sit, Scripturam non ita per se claram esse, ut ex illa, quivis facili labore haurire possit veritates, scitu factuque ad salutem necessarias, nec tam completam, ut sine operosiori consecutionum deductione veri-

(a) De *moderatione servanda in ferendis censuris Theologicis* Cap. I. §. 6. p. 20. Mog. 1784.

(b) Durum hoc absurdumque Lutheri assertum subinde a posteris ejus adseclis emolitum, temperatumque fuit. Nam ex Gretsero Lib. I. p. 1534. primum Lutherani dixerunt, omnia ad fidem, moresque necessaria diserte in Scriptura inesse non modo quoad sensum, sed etiam quoad verba. Postea dicere cœperunt contineri expresse saltem quoad sensum, cumque nec hoc constanter defendere possent, devolvuntur ad tertium, nempe aut expresse contineri, aut necessario, seu ut Hunnius in colloquio Ratisbonensi loquebatur, *per bonam & evidentem consequentiam* inde deduci.

veritates salutares inde derivari queant, eoquod aliquæ earum vix aut ne vix in Scriptura revelatæ videantur; idcirco tridentina Synodus docet, atque decernit: præter Scripturam, necessarias quoque esse Traditiones, eo potissimum ex capite, *ut ex iis verus, ac genuinus Scripturarum sensus eruatur, atque sine errore cognoscatur.* Plus certe ad profigendum Lutheranorum errorem non requirebatur. Traditiones enim *dogmaticas mere-orales* siquis negaverit, nihil inde detrimenti patitur christiana fides: quin singulorum dogmatum veritas, integra stabit atque immota, dummodo verum scripturæ sensum, e *Traditione* potissimum petendum esse, cum Tridentino ultronee fateatur. Jure quapropter ac merito Patres Tridentini quæstionem hanc, indecisam reliquerunt. Et qua ratione *2do* litem hanc dirimere potuissent, cum pro Traditionum *dogmaticarum mere-oralium* existentia, nullum certum suppetat vel in scriptura, vel in Traditione fundamentum? Quod porro *3tio* Conc. Tridentini definitio, hac de re, non sat *determinata*, neque *certa*, neque *clara* sit, Theologorum dissensus abunde loquitur, quorum multi Traditiones *dogmaticas mere-orales*, absque ullo piaculo negant (§. 21.). Quinimo Gautier sibi non satis constans, asserit, de Traditionibus *dogmaticis mere-oralibus*, *quarum ne obscura quidem fiat mentio in sacris paginis*, litem nunquam fuisse motam, ait enim L. c. p. 41.: *Ubinam Ecclesia, vel quis Catholicorum ea super quæstione rixas movit Protestantibus?* Tridentinum igitur Traditionum *dogmaticarum mere-oralium* existentiam definire nec voluit, nec debuit.

Coroll. 1.) De *fide non est dari traditiones dogmaticas mere-orales. Cavendum hinc, ne ejusmodi existentiam pro articulo fidei venditemus.*

Coroll. 2.) *Proin controversia cum Protestantibus desuper institui non debet.*

Coroll. 3.) *Adeoque reprehendendus non venit* Nellerus *præcise ex eo, quod Loc. cit. §. X. scripserit: An dentur Traditiones dogmaticæ mere-orales, a verbo Dei scripto plane separatæ, quarum ne obscura quidem mentio fiat in sacris paginis? quæstio est pure scholastica, quæ tantas rixas haud meretur.*

§. 33.

§. 33.

Propoſitio 5ta.

Definitionem Concilii Tridentini de Traditionibus non eſt, cur re-pudient Proteſtantes. Plurimum profecto intereſt ſcire, quis verus ſit & orthodoxus S. Scripturæ ſenſus: ex illa enim tanquam fonte dogmata fidei hauriuntur; Scripturæ autem (ut ait Hilarius) non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtunt; quare illi Scripturam noviſſe dicendi ſunt, non qui ejus verba tantum, ſed ſenſum & intelligentiam tenent. Porro cum Scriptura S. multis in locis, etiam ad fidem & mores pertinentibus obſcura ſit, & in alienam & contrariam ſententiam trahi facile poſſit, conſequens eſt, Scripturam S. interpretatione indigere (§. 20.), quam Tridentinum e *Traditione* repetendam eſſe docet, atque declarat. Quid quæſo in hoc abſurdi? Nonne & Proteſtantes, dum dogmata in Libris eorum ſymbolicis contenta, ab aliis impugnantur, eo potiſſimum nomine, quod in Scriptura totidem verbis expreſſa non leguntur, cum Catholicis ad veterum Eccleſiarum teſtimonia, & quod inde conſequitur ad Traditionem confugere coguntur? Nonne & ipſimet *pari* fidei integritate ea amplectuntur, atque ea quæ literis prodita ſunt? jure quapropter Tridentinum quoque docet, ejusmodi *Traditiones pari pietatis adfectu, ac reverentia cum verbo Dei ſcripto ſuſcipiendas ac venerandas eſſe*, cum a verbo Dei ſcripto diſtinctæ non ſint. Nihil enim aliud ſunt, quam diffuſiores explicationes & interpretationes eorum, quæ in Scriptura non ſat clare continentur; quæ interpretationes & ante Evangelium ſcriptum viva voce pleræque traditæ, & ab auditoribus obſervatæ, Eccleſiis quoque, quas Apoſtoli inſtituerunt, commendatæ, magna dein ex parte *tum* in monumentis priſcorum Scriptorum *tum* primariorum Conciliorum decretis proditæ fuerunt. Inde ulterius conſtat hujusmodi Traditiones non tam facile potuiſſe obliterari, immutari, aut contrarias induci. Sed Proteſtantes, ut videtur, inanis metus percellit, ne ſub hujusmodi Traditionum prætextu, hominum placita obtrudantur. Aſt noverint, haud leviter ab Eccleſia credi, quidquid Auctores nonnulli tanquam Traditionem venditant. Regulæ exſtant, quarum ope Traditio divina a non divina di[illegible]ur. Nam ut notas

tas illas a Vincentio Lirinensi, aliisque (a) commemoratas ſeponamus (ob certos enim fines fuſius excurrere haud licet) adferre juvat Martini Buceri verba, queis univerſalis conſenſus vim, & inſignem notam, quo impia commenta a veris dogmatibus diſcernantur, oſtendit. Nam ſententiam *de perpetua B.M. Virginitate* probans, *Comment. in Matth. Cap.* 2., Cassandro teſte loc. cit. ita loquitur: *Ad quod credendum conſenſus perpetuus Eccleſiæ, momentum præcipuum adfert. De quo ſane dubitare, dum nullum id cogit certum Scripturæ oraculum, non eſt eorum, qui, quid ſit Chriſti Eccleſiæ, didicerunt. Ex hoc vero conſenſu nemo vereatur, ut impia ſibi hominum commenta obtrudantur: illa enim ſemper deprehendes cum expreſſis Scripturæ oraculis pugnantia e diametro.* Tandem, dum *Traditioni catholicæ*, ſeu *veritati non ſcriptæ*, in eruendo vero Scripturæ ſenſu, & in dijudicandis fidei controverſiis, authoritas tribuitur; nihil ipſi Scripturæ detrahitur. Quemadmodum enim cum in Scriptis legibus, ubi de Republica conſtituenda agitur, ipſum aliquando verbum in controverſiam venit, ita ut verborum ſenſus, & ſententia inſpicienda ſit, atque ex ea judicandum; nihil tamen authoritati legis detrahitur, ſed omnis authoritas penes leges manet; ita cum dicimus nudam ut propoſita eſt, Scripturam, quæ in alienum ſenſum facile trahi poſſit, non ſufficere ad Scripturam debite intelligendam, & ad omnes fidei controverſias dijudicandas, ſed ejus mentem atque ſententiam eſſe ſpectandam, nulla in re Scripturæ auctoritas imminuitur: nam Scriptura S. (ut jam aliquoties dictum eſt) non eſt ipſe literarum & ſyllabarum contextus, ſed ipſa intelligentia, quæ in iis continetur. Igitur Concilium Tridentinum *proprie* duo diverſa non proponit: nam quod dicitur verbum Dei aliud *ſcriptum*, aliud *non ſcriptum*, non ita intelligendum eſt, quaſi verbum *non ſcriptum aliud* ſit, hoc eſt, *diverſum*, & *alienum a ſcripto*; ſed ideo (ſæpe enim repetendum eſt) non ſcriptum dicitur, *quod quamvis ſententiam ſcripti contineat, ſcripto tamen non ſatis exprimatur*. Cum hæc ita ſe habeant, cauſam non video, cur Conc. Trid. de *Traditionibus* decretum Proteſtantes repu-

(a) Conf. Gottf. Lumper Lib. cit p. 348.

§. 33.

Propositio 5ta.

Definitionem Concilii Tridentini de Traditionibus non est, cur repudient Protestantes. Plurimum profecto interest scire, quis verus sit & orthodoxus S. Scripturæ sensus: ex illa enim tantum fonte dogmata fidei hauriuntur; Scripturæ autem (ut ait Hilarius) non in legendo, sed in intelligendo consistunt; quare illi Scripturam novisse dicendi sunt, non qui ejus verba tantum, sed sensum & intelligentiam tenent. Porro cum Scriptura S. multis in locis, etiam ad fidem & mores pertinentibus obscura sit, & in alienam & contrariam sententiam trahi facile possit, consequens est, Scripturam S. interpretatione indigere (§. 20.), quam Tridentinum e *Traditione* repetendam esse docet, atque declarat. Quid quæso in hoc absurdi? Nonne & Protestantes, dum dogmata in Libris eorum symbolicis contenta, ab aliis impugnantur, eo potissimum nomine, quod in Scriptura totidem verbis expressa non leguntur, cum Catholicis ad veterum Ecclesiarum testimonia, & quod inde consequitur ad Traditionem confugere coguntur? Nonne & ipsimet *pari* fidei integritate ea amplectuntur, atque ea quæ literis prodita sunt? jure quapropter Tridentinum quoque docet, ejusmodi *Traditiones pari pietatis adfectu, ac reverentia cum verbo Dei scripto suscipiendas ac venerandas esse*, cum a verbo Dei scripto distinctæ non sint. Nihil enim aliud sunt, quam diffusiores explicationes & interpretationes eorum, quæ in Scriptura non sat clare continentur; quæ interpretationes & ante Evangelium scriptum viva voce pleræque traditæ, & ab auditoribus observatæ, Ecclesiis quoque, quas Apostoli instituerunt, commendatæ, magna dein ex parte *tum* in monumentis priscorum Scriptorum *tum* primariorum Conciliorum decretis proditæ fuerunt. Inde ulterius constat hujusmodi Traditiones non tam facile potuisse obliterari, immutari, aut contrarias induci. Sed Protestantes, ut videtur, inanis metus percellit, ne sub hujusmodi Traditionum prætextu, hominum placita obtrudantur. Ast noverint, haud leviter ab Ecclesia credi, quidquid Auctores nonnulli tanquam Traditionem venditant. Regulæ exstant, quarum ope Traditio divina a non divina discernitur. Nam ut notas

tas

tas illas a Vincentio Lirinensi, aliisque (a) commemoratas seponamus (ob certos enim fines fusius excurrere haud licet) adferre juvat Martini Buceri verba, queis universalis consensus vim, & insignem notam, quo impia commenta a veris dogmatibus discernantur, ostendit. Nam sententiam *de perpetua B.M. Virginitate* probans, *Comment. in Matth. Cap. 2.*, Cassandro teste loc. cit. ita loquitur: *Ad quod credendum consensus perpetuus Ecclesiæ, momentum præcipuum adfert. De quo sane dubitare, dum nullum id cogit certum Scripturæ oraculum, non est eorum, qui, quid sit Christi Ecclesiæ, didicerunt. Ex hoc vero consensu nemo vereatur, ut impia sibi hominum commenta obtrudantur: illa enim semper deprehendes cum expressis Scripturæ oraculis pugnantia e diametro.* Tandem, dum *Traditioni catholicæ*, seu *veritati non scriptæ*, in eruendo vero Scripturæ sensu, & in dijudicandis fidei controversiis, authoritas tribuitur; nihil ipsi Scripturæ detrahitur. Quemadmodum enim cum in Scriptis legibus, ubi de Republica constituenda agitur, ipsum aliquando verbum in controversiam venit, ita ut verborum sensus, & sententia inspicienda sit, atque ex ea judicandum; nihil tamen authoritati legis detrahitur, sed omnis authoritas penes leges manet; ita cum dicimus nudam ut proposita est, Scripturam, quæ in alienum sensum facile trahi possit, non sufficere ad Scripturam debite intelligendam, & ad omnes fidei controversias dijudicandas, sed ejus mentem atque sententiam esse spectandam, nulla in re Scripturæ auctoritas imminuitur: nam Scriptura S. (ut jam aliquoties dictum est) non est ipse literarum & syllabarum contextus, sed ipsa intelligentia, quæ in iis continetur. Igitur Concilium Tridentinum *proprie* duo diversa non proponit: nam quod dicitur verbum Dei aliud *scriptum*, aliud *non scriptum*, non ita intelligendum est, quasi verbum *non scriptum aliud* sit, hoc est, *diversum, & alienum a scripto*; sed ideo (sæpe enim repetendum est) non scriptum dicitur, *quod quamvis sententiam scripti contineat, scripto tamen non satis exprimatur.* Cum hæc ita se habeant, causam non video, cur Conc. Trid. de *Traditionibus* decretum Protestantes repu-

(a) Conf. Gottf. Lumper Lib. cit p. 348.

M

repudient, et hujusmodi Traditiones cum Catholicis adm nolint; cum hæc ut posita est Traditionis explicatio, nihil beat incommodi, nec absurdi, si commode, ac debite inte tur.

§. 34.

Conclusio. Quam facillime igitur circa capitale hoc dogma de Scri tura & Traditione cum Catholicis conciliari posse Protestante recte putat laudatus CAMUS Loc. cit., ubi hæc habet: „Dicun „Protestantes: *non dari Traditiones omnibus necessarias. Si hoc* „velint, *Sacram Scripturam, sive explicite, sive implicite illud totum* „*continere, quod omnibus necessarium est ad salutem, Catholicos habe-* „*bunt consentientes.* Verum inter utrosque facile convenit, *Sa-* „*cram Scripturam non complecti verbis aut æquivalentibus, in sensu evi-* „*denti & necessario, quidquid omnibus est necessarium ad salutem.* „Ideoque fatentur nonnulli Protestantes, opus esse consequen- „tiis & interpretationibus: Catholici etiam fatentur verum „sensum necessariorum accipiendum esse ex Traditione. Ita „difficultas tota in hoc terminatur: *an privatis cujuscunque in-* „*terpretationibus & consequentiis, quæ omnibus necessaria sunt, ex S.* „*Scripturis sint determinanda, an vero per Traditionem Apostolicam ab* „*Ecclesiis acceptam, in Ecclesiis conservatam, per Concilia generalia,* „*& praxin universalis Ecclesiæ propositam.* Judicent D.D. Prote- „stantes, quid sit æquius, quid certius, quid solidius, vel pri- „vatis interpretationibus & consequentiis fidere, vel consenti- „enti Authoritati inde ab Apostolis ad nos usque pervenienti."

PARER-

PARERGA SELECTA
EX
THEOLOGIA DOGMATICA.

I. Existit Deus, rerum omnium Author, qui sapienter ac juste omnia gubernat, minimis æque ac maximis providet.

II. Homines ad colendum vera Religione Deum, veritas est, quam Philosophia luculenter probat, atque omnium sæculorum docet historia.

III. Religio naturalis, quam ratio sana docet, sanctissima quidem est; medium tamen de se insufficiens ad veram felicitatem.

IV. Revelatio igitur divina, quæ ostendit, qua ratione felicitatem hujus & alterius vitæ obtinere valeamus, humano generi utilissima est, & res summe exoptanda.

V. E pluribus Religionibus, quæ divinam Revelationem prætendunt, nonnisi una vera est, omni quoque fide digna, etiamsi veritates proponat, captum humanum transcendentes.

VI. Omnes, etiam *Catholici*, in Religionis, qua nati & educati sunt, veritatem inquirere tenentur.

VII. Examen hoc dudum ante 18vum ætatis annum institui debet. Contra ROUSSEAU.

VIII. Veræ Religionis characteres sunt: Doctrinæ præstantia, Prophetiæ & Miracula, quæ a Naturalistis male ad impossibilia amandantur.

IX. Revelatio necessario admittenda est ab iis, ad quorum aures pervenit. Inde fluit, quid de salute *Gentilium* dicendum.

X. Religio revelata, mundo fere coæva, per Moysen clarius proposita fuit, quem impostorem dicere, historia vetat.

XI. Judaici cultus forma, divina quidem, sed imperfecta, cessit institutis Christianis multo præstantioribus.

XII. Quorum Author fuit Christus, VERUS FILIUS DEI, FACTUS HOMO, cui omnes MESSIÆ characteres conveniunt in V. T. prænunciati; quem proin Judæi frustra exspectant venturum.

XIII. Religio Christiana cæteris, quæ in orbe sunt, Religionibus præferenda.

XIV. Christianæ Religionis historiam, atque veritatem, optime discimus ex scriptis Apostolorum, & Evangelistarum, quæ integra & incorrupta ad nos pervenerunt.

XV.

XV. Sola S. Scriptura non est medium aptum ad componendas fidei contro-
versias inter Christianorum societates.

XVI. Ad eruendum verum scripturæ sensum Traditiones declarativas admi-
oportet, quæ tamen a scriptura distinctæ non sunt.

XVII. Dari Traditiones dogmaticas *mere-orales* convincenter probari non p-
test. Quas si negaveris, nil inde absurdi.

XVIII. Licet argumenta *ab admiranda Christianæ Religionis propagatione &
ex constantia & fortitudine Martyrum* deprompta, magnam vim proban-
habeant; de se tamen convincentia non sunt.

XIX. Nullius fere roboris est argumentum, quod sumitur *a morte infeli-
hostium Christianæ Religionis*; quo usus est omnium primus LACTANTIUS
in Lib. *De mortibus persecutorum.*

XX. Nulla quoque vi ad hominis intellectum convincendum pollet sic dictum
argumentum a tuto, quo statuitur: *multo fructuosius atque tutius esse, susci-
pere Religionem Christianam, quam eam aversari, & rejicere.*

XXI. Sed est tamen, ubi illud argumentum commode adhibetur. Qua de re
coram.

XXII. Quando argumentum e *silentio scriptorum*, in Theologia non infrequens,
probandi vim habeat, & quando non, declarabimus requisiti.

XXIII. Christus Judæorum ideas, Religioni nocivas nunquam adprobavit, sed
potius illas opportuno tempore correxit.

XXIV. Ecclesia est societas Fidelium Religionem Christianam, secundum insti-
tutionem Christi, sub Hierarchia unanimiter profitentium.

XXV. Inter Ecclesiæ ministros eminent Episcopi, qui jurisdictionem habent
immediate a Deo.

XXVI. Ad conservandam in Ecclesia pacem, centrum quoddam unitatis admitti
oportet, quod in romano Pontifice agnoscimus.

XXVII. Quodsi Protestantes doctrinam Catholicorum *de cultu & invocatione
Sanctorum, de veneratione Reliquiarum, atque Imaginum*, rite perpende-
rint, non erit, cur illam repudient. De abusibus multum obviis ipsimet
conquerimur.

XXVIII. Baptismi susceptio a Christo præcepta est, adeoque necessaria; Infan-
tes tamen sine baptismo decedentes non damnamus.

XXIX. Christus vere præsens est in Sacramento Eucharistiæ.

XXX. Indulgentia ex primæva sui institutione, non est, nisi relaxatio pœnæ
Canonicæ. Notione hac admissa vix ulla erit Catholicos inter & Prote-
stantes controversia.

1791

THESES
SCRIPTURISTICÆ
EX
MOYSIS PENTATEUCHO
EXCERPTÆ
QUAS
LITTERALITER, POLEMICE, HISTORICE,
CHRONOLOGICE
DELINEATAS

PRÆSIDE

P. LUCHESIO SCHMAL

Ord. F. F. Min. S. Francisci Recollectorum S. Scripturæ
Lectore publico ord.

AMICÆ SCRIPTURIPHILORUM CRISI EXPONENT

Reverendus ac Religiosi Sacerdotes

R. D. XAVERIUS LAHAYE, Can. Regul. S. Crucis.
F. HERLUINUS VOSSEN.
F. PRIMUS EICH.

S. Script., Ss. Can. & Ss. Theol. Auditores.

Aquisgrani in Aulâ publica Gymnasii Mariani Die 29. Augusti
anni 1791. mane ab 8 — 10 post merid. à 2 — 4.

AQUISGRANI,
Typis Joannis Wilhelmi Ferdinandi Müller.

APPROBATIO.

Hæ Theses Scripturisticæ nihil exprimunt fidei aut bonis moribus adversum. Dat. Leodii 8. Augusti 1791.

F. Nicolaus Velars Exam. Synod.

Permittimus impressionem. Datum Leodii 9. Augusti 1791.

H. Comes de Rougrave, Vicarius generalis.

Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus. Jos. C. 1. v. 8.

THESES PROLOGETICÆ.

I. Non modo possibilem esse, sed dari de facto aliquam Scripturam divinam certum est.

Existentiam hujus comprobant Libri exstantes genuini, non nisi vera continentes ac divini, qui ratione temporis in libros V. & N. Testamenti, ratione materiæ in legales, historicos, sapientales & prophetales, ratione authoritatis in canonicos & apocryphos dispescuntur.

II. Scriptura sacra, cujus appellatio est varia, est verbum Dei ipso inspirante scriptum, & in Bibliis contentum.

Ad rationem sacræ Scripturæ inspirationem rigidam non exigimus; res enim, quas Scriptores sacri nullo sensu perceperunt, quæque à nullo eventu, actuque humano dependebant ab historicis, & ab iis, quæ viderant, distinguimus.

III. Genuinum S. Scripturæ Criterion non est privatus cujusque spiritus: non authoritas ipsiusmet Scripturæ S. nec quatuor notæ characteristicæ Dordracensium: sed definitivum Ecclesiæ veræ judicium, quo uti possumus, quin circulum committamus.

Omnes proin recipimus libros, quotquot Concilium Trid. Sess. IV. ad Canonem Librorum divinorum pertinere decidit. Utpote qui alius est Hebræorum, Christianorum alius.

IV. Textus S. literarum originarius hebræus, græcus, chaldaicus.

Textus hebraicus, quem de facto habemus, in rebus fidei & morum ex perfidia Judæorum corruptus dici non potest.

V. Versiones S. Scripturæ exstant plurimæ, inter græcos eminet versio LXX; quorum historia merito in dubium vocatur.

Inter latinas celebriores sunt Itala, qua præcipue usa est Ecclesia Romana, ac versio S. Hier. qua confecta promiscue & hæc & illa adhibebantur, donec tandem ex utraque una conflata sit, quam vulgatam dicimus.

VI. Vulgata nostra latina in rebus fidei & morum solemni Conc. Trid. decreto Sess. 4. declarata est authentica.

Hoc Decretum si diligenter examines, nullum argumentum contra textus hebraici authentiam ex eo desumi posse observabis.

VII. S. Scripturæ sensus est veritas per verba ex intentione spiritus S. significata; estque alius *literalis proprius* vel *improprius*, alius *mysticus*, qui vel *allegoricus*, vel *tropologicus*, vel *anagogicus* esse potest.

Sensus à Spiritu S. uno eodemque dicto intentus aliquando literalis simul & mysticus est; igitur & hic ad probandum efficax. Porro pro investigando genuino S. Scripturæ sensu Canones assignabimus petenti.

PENTATEUCHUS.

VIII. Ex etimologia quintuplex volumen, quinque libros Moysis significat, continetque historiam ab orbe condito usque ad mortem Moysis per 2492. annos contin uatam.

Effrons Voltairus, aliique impossibilitatem scribendi Pentateuchum probare conantur; at principia assumunt partim incerta, partim male applicata: quid miri, si sequelæ ex iis deductæ non sint legitimæ? Pentateuchi authorem ex variis argumentis nos veneramur Moysen, qui ultimâ vitæ suæ quadragenâ Libros hos exaravit.

GENESIS.

I. *In principio*, i. e. initio temporis, & quidem *verni* creavit Deus cœlum & terram.

In Hebr. BARA ELOHIM non latet quidquam mysterii; facilius tamen & præcipue secundum SS. PP. mysterium Ss. Trinitatis erueretur ex Gen. 1 v. 26. Per Cœlum & Terram v. 1. Moyses in compendio exhibet totum aspectabilem mundum, suisque, ut nunc cernitur, ornatibus instructum. Nullius specialis entis proin creatio hic intimatur.

II. Per Spiritum *Dei*, qui v. 2. ferebatur super aquas, optime intelligitur *mens* seu *contemplatio* Dei, adinstar artificis mundum fabricantis.

III. *Factumque est vespere & mane dies unus.* Dies creationis non metaphorici, sed naturales & realiter distincti fuerunt.

Moyses in texendo dierum creationis opere contra Physicam non impegit.

IV. *Lux* die prima, nobis dominicâ, facta, fuit moles vastissima ignea, ex qua in partes divisa quarta die fabricata fuerunt astra proprio fulgore splendentia.

Per Firmamentum secunda die à Deo fabricatum non intelliguntur soli cœli syderei, sed insuper cœlum aëreum. Aquæ, quas supra Firmamentum positas v. 7. narrat Moyses, haud aliæ sunt, ac nubes in aëris regione suspensæ. Pisces & aves genesin suam eidem debent materiæ. Hæretici moderni denique ex v. 28. nil probant ad intentum.

V. C. 2. V. 6. *Sed fons ascendebat*, præplacet isthic negatio, & fons non ascendebat.

Paradisus die tertia conditus locus fuit terræ nostræ habitabilis; à tempore tamen Diluvii & nomen & amœnitatem amisit. Locus Paradisi dicitur esse in regione Eden: ubi autem hæc regio sita sit, qualesque sint quatuor illi Fluvii, in quos fluvius paradisiacus divisus dicitur, quantum conjecturare licet, exponemus. Quæ v. 22. de formatione Evæ narrantur, in sensu litterali intelligenda sunt.

VI. Serpens tentator naturalis fuit, simul equidem energumenus, qui Evam primum dolosè, hæc dein Adamum scandalosè in prævaricationem induxit præcepti divini.

Prima C. 3. v. 15. de venturo Messia extat prophetia. Mulier, de qua ibi, Deipara Virgo est, semenque ejus Christus Dominus. Hujus seminis gratia proto-parentes æternaliter salvatos non ambigimus. Loco ipsa legendum esse remur ipse.

VII. Signum, quo Abelis sacrificium discrevit Deus, probabilius fuit ignis de cœlo descendens.

VIII. *Nonne si bene egeris &c.* ex his Dei verbis ad Cainum recte infertur, libertatem moralem hominis, nequaquam Adami peccato deperditam esse.

v. 8. *Vulgata bene legit*: egrediamur foras, licet in hebræo moderno non habeatur. Timor Caini, ne ab obvio quovis inventus occideretur v. 14. minime probat, fuisse tum temporis alios homines in terra, qui ab Adamo non descenderent. Millenos enim posteros tunc forte numerabat Adam. Caini & Sethi mentionem tantum fecit Moyses, plures tamen habuit, sed illos subticuit. Cur? ipsum interroga. Ætatem habet. Lamech primus Polygamus contra primævam peccavit Matrimonii institutionem. Vere dicitur v. 26. iste cœpit invocare nomen Domini.

IX. Anni primorum Patriarcharum similes nostris fuerunt; ac in iis computandis rejecto computu LXX. sequimur textum hebr. ac vulgatam.

Semo concedimus primogenituram inter recensitos v. 31.

X. Per filios Dei C. 6. v. 2. descendentes à Seth: per filias hominum à Cain genitas intelligimus. v. 3. præfinitur tempus pœnitentiæ à Deo concessum usque ad Diluvium, utpote quod fuit universale.

Contra assertionem hanc grandiloqui hujus ætatis, naris nondum emunctæ, Critici oggerunt: levi interim flatu omnia in fumum abeunt.

XI. Noe C. 9. V. 21. à peccato ebrietatis excusatur à plurimis: verum, an ideo reipsa immunis? nos eum non accusamus, sed neque quo excusari possit invenimus.

Usum vini ante Diluvium non fuisse vix credimus. Carnium esum ante Diluvium minime licuisse ex S. Paginis probabilius colligimus.

XII. C. 10. Qui hic v. 8. Nemrod nominatur, idem est, quem historici profani Belum vocant, Monarchiæ Assiriorum fundatorem. --- divisio linguarum occasione Turris Babylonicæ contigit in nativitate Phaleg, anno circiter 100. post diluvium.

Vixit Arphaxad 35. annis, & genuit Sale, quin media Cainani generatio locum habeat. Item Abram anno Patris sui Thare 70. fuisse natum verius judicamus.

XIII. C. 12. Abraham semel in Ur Chaldorum à Deo vocatus, ac profectus anno ætatis suæ 75. Patris 145. mundi 2022. de Haran in Chanaam. Hinc ob famem ire compellitur in Ægyptum, quam ingressurus vitæ suæ licite consulit dicens uxori suæ: *dic, obsecro te, quod soror mea sis.*

Fuit Sara proprie ipsius soror ex eodem immediato Patre, non ex eadem Matre. Hic insuper incipiunt anni 430. Exod. 12. specificati.

XIV. Melchisedech, à Sem filio Noe distinctus, Rex Jerusalem & Sacerdos Dei altissimi proferens panem & vinum verum obtulit Sacrificium illius, quod jugiter offerimus, præfigurativum.

Rhetorico sermone de Melchisedecho multa recenset Apost. in Epist. ad Hebr. quæ suo sensu sunt vera ; de Sacrificio altum silet, nec inconsulto.

XV. Pater credentium Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam C. 15. quid credidit? id sane quod de futuro semine Deus pronuntiaverat.

Erui ergo ex hoc nil potest pro fide Hæreticorum sola justificante. Ismael porro legitimus Abræ filius erat, sicuti & mater ipsius Agar legitima uxor erat.

XVI. Circumcisio non fuit ab Ægyptiis ad hebræos translata, sed à Deo instituta, per consequens non superstitiosa, & primo Abræ pro se suisque posteris specialiter à Deo electis sub gravi pœna præscripta fuit tam pro adultis quam infantibus.

Hanc institutione sua peccatum originale delevisse nullibi est expressum.

XVII. C. 19. v. 8. *habeo duas filias* &c. si justus Lot has serio effrænæ Sodomitarum libidini obtulit, sane nimium hospitalis fuit.

V. 24. Igitur Dominus pluit. Plurimi hic agnoscunt tantum Hebraismum. Nomine Sodomæ & Gomorrhæ comprehendi etiam duas alias Civitates, Adamam scilicet & Seboim aperte discimus ex Deut. 29. v. 23. Ab ipso Lot abstergimus culpam incestus, non intemperantiæ; Filias autem à nefandis sceleribus prorsus inexcusabiles arbitramur.

XVIII. Alter Saræ raptus C. 20. delineatus, minime propterea suspectus est, quod Sara jam nonagenaria est.

Arahamo centenario toties promissus nascitur Isaac, à cujus nativitate initium suum desumunt 400. anni, de quibus Gen. 15. v. 13.

XIX. Rebecca Isacco luctantes in utero Jacob & Esau geminos parit, quorum minor à Deo præfertur majori, qui primogenita sua minori vendidit.

Per jus Primogenituræ tria intelligenda ex Scriptura discimus; quid autem ex his vendiderit Esau, nobis incertum est. Sunt, qui attento jure Primogenituræ Simoniæ labe spurcant Esavum, dum lentis edulio vendidit primogenita sua; sed immerito; & inconsequenter loquuntur, dum excusant Jacobum, qui quoque non sine mendacio pernicioso Fratri suo benedictionem paternam præripuit.

XX. Jacob initio secundi septennii servitutis licite matrimonio sibi junxit & Liam & Rachel.

Laban & Lia hocce in negotio à culpa non erant immunes. Joseph natus est anno servitutis Jacob 14. proin Patris sui 91. Modus, quo pecus suum multiplicavit Jacob, non fuit Labano injuriosus, an omnino naturalis? sciscitanti satisfaciet D. Defendens.

XXI. C. 32. Vir cum Jacob vere & realiter luctans non filius Dei, sed certo angelus erat.

Verum an malus an bonus? bonus asseritur, & quidem probabiliter Esavi custos.

XXII. Simeon & Levi par nobile fratrum ex multis titulis, puta: utero & nequitia, in vindictam stupri depopulantes Sichimam multimodis deliquerunt.

Connubium Judæ cum Filia Suë venditionem Joseph præcessisse probabilius judicamus.

XXIII. Facta Josephi, quæ recensentur à C. 40. usque ad C. 47. sine caussa arrodunt Morganus, reliquusque deistarum senatus.

C. 46. v. 15. relata ad animas nominatas v. 26. & 27. atque hos versus cum v. 14. Act. 7. ita componimus, ut omnis apparens dissipetur Antilogia.

XXIV. C. 49. Gloriosum de Messia habemus vatcinium, quo judæi de adventu illius convincuntur.

Joseph in Ægypto moritur anno ætatis suæ 110, Vocationis Abrahæ 286, Diluvii 652? In cujus morte definit Liber Geneseos 2308. annorum res gestas exhibens.

EXODUS.

I. Mira Hebræorum multiplicatio non miraculo; singulari tamen Dei providentiæ adscribenda venit.

Deus benignitatem mentis, non iniquitatem mentientium obstetricum Sephoræ & Phuæ remuneravit. Adhæc 90. circiter annis in Ægypto servitutem durasse judicamus.

II. Exod. 2. Egressus est vir Nomine Amram filius Caath & accepit uxorem stirpis suæ, nomine Jochabed, quæ peperit Moysen ante exitum 80. triennio post fratrem Aaronem.

Moyses neutiquam est persona allegorica, ut delirando edicunt Libertini, sed vere extitit. Fuit origine Judæus, à Deo miro modo conservatus, ac in Aula Pharaonis enutritus. Quem porro occidentem Ægyptium S. Stephanus Act. 7. noxæ immunem declarat, ergo & nos cum excusemus oportet.

III. Omnes apparitiones in V. T. solo angelorum ministerio peractas esse defendimus.

Per consequens Angelus vicem Dei gerens erat, qui C. 3. Moysi in rubo apparebat.

IV. Veri Dracones seu Serpentes fuere, in quos C. 7. versæ leguntur magorum virgæ.

Quo sensu cor Pharaonis dicatur induratum, sicuti & particularia de 10. plagis quærenti exponemus.

V. Minister agni Paschalis erat quilibet Pater-familias.

Legem de sanctificandis primogenitis, uti & eam de Paschate, à tempore, quo primum ferebatur, Hebræos obligasse remur.

VI. Israelitæ per mare rubrum de littore ad littus oppositum via recta non semicirculari transierunt.

Hic transitus, quidquid demum omniscii nostri sæculi Pseudo-Philosophi obganniant, non refluxui maris, sed miraculo adscribendus venit. Admirandum porro profecto est, quod doct. David Michaelis de admirabili hocce transitu ejusmodi pessimæ opinionis sit: sic enim palam contra Voltairium, qui illum incredibilem censet, ait: der mir zwar nicht unglaublich vorkömmt, wenn bey einem der Fluth entgegen wehenden Winde Ebbe über Ebbe gekommen seyn sollte ; denn das rothe Meer ist an einigen Orten nicht tief.

VII. Israelitis in deserto fame sitique vexatis succurrit Deus, aquam
dulcem concedendo, ac largiendo Coturnices & Manna.

Hoc verisimiliter die dominico primo pluit, ac solis justis præbuit illa omnis saporis sua-
vitatem.

VIII. Murmuratio ob defectum aquarum, earumque è petra eductio
diversa est ab illa Num. 20. Jethro C. 18. erat Sacerdos Dei veri, qui
tempore hoc, quo ea sine prolepsi narrantur, venit ad Moysen.

IX. C. 10. Dies quinquagesimus, quo data est Lex, computandus est
à die 15. mensis Nisan exclusive, quo Israel egressus est de Ægypto.

Dignissima Legis Judaicæ portio sunt præcepta Decalogi, divisio eorum in decem optime
institui videtur, si præceptum de non faciendo sculptili separetur ä præcepto non habendi
Deos alienos; nam Sculptilia Judæis interdicta erant, etsi in iis verum Deum adorare vo-
luissent. Lex talionis non fomes, sed limes erat vindictæ.

X. Sacrorum fabricam incipit Deus ab Arca fœderis, in qua præter
tabulas Legis nihil amplius continebatur. Propitiatorium erat immedia-
tum Arcæ operculum.

Quid Tabernaculum, quænam ejus structura, Altaris, Labrum æneum factum de speculis
mulierum, vestes tam summi Sacerdotis, quam inferiorum Sacerdotum. notio URIM &
THUMIM, de quibus omnibus à Cap. 25. ad Cap. usque 31. agitur, exponentur data ansa.

XI. Aaron à gravi peccato excusari non potest, dum vitulum conflati-
lem fecit. Vulgatam nostram v. 28. ubi legit cecidisse quasi 23000. ho-
minum, mendosam esse ac legi debere 3000. verisimiter judicamus.

Priores Tabulas Angelum, posteriores vero ipsum Moysen scripsisse, probabilius nobis ap-
paret, Desinit Exodus continens gesta annorum 145.

LEVITICUS.

I. Sacrificia V. L. conjuncta cum devotione offerentis Deo placuisse cer-
tum est.

Sacrificiorum tres erant species magis famosæ. Eas inter holocaustum perfectissimum.

II. Levit. C. 3. v. 16. *Omnis adeps Domini erit*, probabile est, quod ju-
dæi potuerint manducare adipem omnium animalium mundorum, etiam
immolabilium, seu eorum, quæ ad sacrificium assumi poterant.

Lex Hostiæ pro peccato non tantum ad præcepta ceremonialia, sed & ad naturalia exten-
debatur. In sacris piacularibus ad obtinendam peccati veniam, distinctam ejus Sacerdoti
fieri debuisse confessionem ex v. 5. non ostenditur. Per peccatum C. 7. intelligitur culpa
scienter, per delictum vero ignoranter commissa.

III. Prima die mensis primi anni secundi ab exitu de Ægypto cœpit
consecratio Aarons, quo die octavo primitias celebrante ignis de cœlo des-
cendens, holocaustum absumens signum erat tum Sacerdotii, tum sacrificio-
rum à Deo approbatorum.

Nadab & Abiu offerentes coram Domino ignem alienum, ob liberaliorem probabiliter
vini haustum, igne consumpti sunt Æternali tamen igni addictos non putamus.

IV. C. 12. Lex puerperis statuta neutiquam tangebat Virginem Matrem.
Sacrificia ibidem præscripta tam pro prole, quam pro matre offerenda erant:

Festum expiationis institutum noscitur diu post datam remissionem peccati Idololatriæ
Altare, de quo C. 16. erat Altare Holocausti.

V. Non omnes gradus consanguinitatis vel affinitatis C. 18. jure naturali
dirimunt Matrimonium.

Judæis legem observantibus v. 5. promittebatur tantum vita temporalis prospera. Nec
Pontifices, nec Sacerdotes adstricti fuerunt ad ducendas solas filias ex tribu Levi. Uxores
porro Sacerdotum poterant licite de sanctificatis manducare.

VI. Præter Sabbathum *hæ sunt Feriæ Domini* C. 23. Pascha, Festum azimo-
rum, Pentecostes, tubarum, Expiationis, Tabernaculorum, Cœtus & Collectæ.

In Sabbatho & Festo expiationis præter opera servilia prohibitum erat cibos coquere;
ignemve accendere.

VII. C. 25. describitur Annus sabbathicus & jubilæus, incipientes à mense
Tisri, non, nisi post divisam Canaan. Jubilæus ipse erat quinquagesimus,
ideoque Jubilæus præcedens excludendus erat.

C. 17 Agitur de voto, ejus redemptione & consecratione rei absoluta, quæ, ut dicitur v. 29.
morte morietur vel civili, vel propria. Tota hujus Libri historia contigit intra unum mensem.

NUMERI.

I. Numeratio populi C. 1. ex præcepto divino facta, antequam de Sinai,
ubi integro anno, demptis 13 diebus hæserat, migraret Israel, alia est ab illa
Exod. 38.

Ex C. 3. ordinem hierarchicum L. V. divinitus institutum esse evincitur. panes pro-
positionis in deserto erant semper in mensa, etiam cum portaretur per desertum.

II. Lex Zelotypiæ nil superstitionis continebat; secus olim erat circa usum
ferri candentis jure à sacris Canonibus reprobatum.

Ex votis & abstinentiis Nazaræorum discant HH. vota Religiosorum non esse superstitiosa,
sed Deo accepta. Injuste ac immerito pariter carpunt Ecclesiæ benedictiones, contra v. 24.
& 25. ejusd. C.

III. C. 9. v. 10. *Homo, qui immundus, faciat phase Domino in mense secundo*;
neutiquam tamen, si impedimentum durabat mense tertio aut quarto.

Murmuratio, quæ C. 11. propter laborem itineris, & quæ narratur v. 4. facta propter de-
fectum carnium est una & eadem. Et tu dicis, dabo v. 22. non dubitantis, inquiunt non-
nulli, sed admirantis verba sunt, Verum Moysen hic quid humanum passum esse, literalius
arbitramur.

IV. Exploratores missi sunt ex mansione 15, quæ vocatur Cadesbarne,
non ex 33. Unde Cades hic non est idem locus cum illa Cades, de qua C. 20.

Pœna v. 29. & 30. inflicta præter Josue & Caleb non comprehendebat Levitas, sed solos milites C. 1. numeratos.

V. Core igne devoratus, Dathan, Abiron à terra absorpti ob arrogatum sibi jus Sacerdotii.

Virga Aaron C. 17. quæ floruit, non fuit virga Moysis tot miraculorum operatrix.

VI. Moyses & Aaron ad aquas contradictionis deliquerunt, & ob id prohibiti sunt ab ingressu in terram promissam.

An mortaliter, vel venialiter? an peccatum illud fuerit dubitatio de potentia, vel de Voluntate Dei, sciscitanti dicemus. Conversi ad serpentem æneum C. 21. animis in Messiam erectis, sanabantur per ipsum omnium Salvatorem. Sap. 16.

VII. Balaam, à Balac evocatus C. 22, cultor ac Propheta veri Dei extitit, licet postmodum mercede iniquitatis corruptus sit.

Omnes Prophetiæ C. 24. objecti characteres in unum Jesum Christum ita conspirant, ut nemini alteri conveniant.

VIII. Promissio divina Phinees C. 25. v. 13. facta subsistit, licet Pontificatus postea ad familiam Ithamar fuerit translatus.

Ex C. 35. v. 19. non eruitur fuisse licitum cognatis occisi, occidere homicidam absque Judicis sententia.

IX. Lex C. ult. v. 8. *Omnes Viri* &c. intelligenda est de solis Filiabus, ut Filiæ *Salphaad*, paternorum bonorum hæredibus.

Acta hujus Libri ad 38. annos & 9. menses excurrunt.

DEUTERONOMIUM.

I. Moyses 40. anno 11. mense ab egressu de Ægypto non solis principibus sed toti populo. viva voce promulgavit.

Non sequitur ex v. 1. Moysen Jordanem transiisse. Etiam non peccavit C. 3. v. 23. postulando ingressum in terram promissam. Sequelam porro ex C. 4. v. 2. omnimode detestamur.

II. C. 7. V. 3. *Neque sociabis cum eis &c.* Conjugia non prohibentur cum Chananæis ad veram fidem conversis. Neque ex illis verbis: *non erit apud te sterilis utriusque sexus*, prohibitur Cœlibatus.

III. Deuter. C. 17. V. 8. & 9. *Si difficile & ambiguum judicium esse conspexeris; venies ad Sacerdotes &c.* ex quibus ad Statum Sacerdotalem pertinuisse ultimatam decisionem non tantum in causis sacris, sed etiam civilibus, haud obscure videmus.

Et tale summi Sacerdotis judicium erat irrefragabile. A quo juxta v. 12. neque ad dexteram, neque ad sinistram declinare licitum erat. Qui autem ex superbia hoc præsumpserat, & decreto Judicis non fuit contentus, homo ille morte auferendus erat tanquam malum de Israel v. 13. ibid.

IV. Prophetam de gente judaica prænuntiatum esse Christum, testimoniis D. P. Apost. Act. 3. & S. Steph. Act. 7. convincimur.

V. Maledictus a Deo, qui pendet in ligno, interrogati explicabimus.

V. *Libellus repudii Deut 24. permissus dissolvebat ipsum matrimonii vinculum.*

Non sunt attrita vestimenta &c. in proprio & literali sensu intelligenda sunt, per consequens verum miraculum hic agnoscimus.

VI. Tandem Moyses Anno post egressum ex Ægypto 40. circa initium mensis 12. & vitæ suæ 120. sanctissime moritur & ministerio angelorum sepelitur in valle terræ Moab contra Phogor.

Hic liber sistit tantum Historiam duorum mensium.

SCHEMA CHRONOLOGICUM

sistens

Annos Patriarcharum in Pentateucho contentorum. 1. Quo anno mundi geniti sunt. 2. Quo Anno vitæ suæ quisquis genuit. 3. Quot annos vixit, postquam genuit. 4. Quam diu quisque in totò vixit. 5. Quo anno mundi quilibet mortuus est.

I. *Anni Patriarcharum ante-diluvianorum.*

	1. a. M.	2. a. g.	3. post. gen.	4. v. in toto.	5. a. M. q. m.
ADAM.	1	130	800	930	930
SETH.	130	105	807	912	1042
ENOS.	235	90	815	905	1140
CAINAN.	325	70	840	910	1235
MALALEEL.	395	65	830	895	1290
JARED.	460	162	800	962	1422
ENOCH.	622	65	300	365	987
MATHUSALAM.	687	187	782	969	1656
LAMECH.	874	182	595	777	1651
NOE.	1056	500	450	950	2006

II. *Anni Patriarcharum post-Diluvianorum*

	1. a M.	2. a. g.	3. post gen.	4. v. in toto	5. a. q. mor. u.
SEM.	1556	100	500	600	2156
ARPHAXAD.	1657	35	303	338	1995
SALE.	1692	30	403	433	2125
HEBER.	1722	34	430	464	2186
PHALEG.	1756	30	209	239	1995
REU.	1786	32	207	239	2025
SARUG.	1818	30	200	230	2049
NACHOR.	1848	29	119	148	1996
THARE.	1877	70	135	205	2082
ABRAM.	1947	100	75	175	2122
ISAAC.	2047	60	120	180	2227
JACOB.	2107	91	56	147	2254
JOSEPH.	2198	—	—	110	2308
MOYSES.	2372	—	—	120	2492

O. A. M. D. G.

EXERCITIUM BIBLICUM
SISTENS
difficultates tam primæ, quam secundæ Mundi ætatis,
AC
POSITIONES PROLOGETICAS
IN
PENTATEUCHUM.

DIAGRAMMA CHRONOLOGICUM DE VITA ET REBUS GESTIS MOUSIS.

A.M	
2372	*Moyses*, rectius, *Mouses*, vel *Moses* nascitur in Ægypto.
2412	*Moses* 40 an. (Act. 7. 23.) occiso Ægyptio, fugit in Madian.
2452	80. an. Deus apparet in rubo ardente. Incipiunt plagæ Ægypti. Exod. 3. & 4.
—	Mense *Abib* deinde *Nisan* dicto, die 15. mensis h. e. 5ta Maji Ægypto cum Israelitis egreditur Exod. 12.
2453	Legem à Deo in monte *Sinai* acceptam populo promulgat. Tabernaculum erigit. Longi itineris spatio Pentateuchum conscribit.
2492	Moritur Aaron annos natus 123. cui substituitur Eleazarus.
—	*Moses* mense 10 *Josuam* Successorem sibi confirmat, & mense 12. in monte Nebo annos natus 120. è vivis excedit.

PO.

POSITIONES PROLOGETICÆ.

I. Moses potuit literis exarare quinque priores S. Scripturæ libros. — II. Hos etiam revera scripsit in lingua hebraica sine punctis vocalibus, aliisque notis Masoreticis III Hæc post tempora S. Hieronymi à RR. Tiberiensibus sunt addita. IV. Ideo, licet sint magnæ utilitatis, non tamen sunt divinæ authoritatis. V. Post & non ante promulgatam in Sinai legem suos exaravit libros Moses. VI. Et quidam 1. *Exodum*, uti & libros subsequentes; *Genesin* & *deuteronomium* ultimo vitæ suæ anno. VII. Divisio Pentateuchi in *Genesin* &c licet antiquissima, ab ipso operis authore non est repetenda. VIII. Pentateuchus hic integer ad nos pervenit. — Cur porro in hoc *Moses* de Ss. Trinitatis Mysterio; — de animarum immortabilitate. — Pœnarum & præmiorum æternitate apertis verbis, disertè nunquam mentionem fecerit? — rationem silentii petenti dabimus.

EX GENESI.

I. *In pricipio* C. 1. v. 1. h. e. *initio temporis* hoc totum quod aspicimus *cælum*; universam hanc, quam inhabitamus, *terram*, atque omnia quæ in iis sunt, produxit *Deus*.

Corol. 1. Ergo datur Deus rerum omnium conditor, ac Dominus. 2. Ergo mundus non fuit ab æterno,

II.

II. In verbis *Bara Elohim* nil scrutamur mysterii sed merum hebraismum agnoscimus, cui conguit hæc translatio: Am Anfange erschuf Gott Himmel und Erde. Minime vero ista: Am Anfange haben die Götter gemacht

Corol. Male ergo è textu heb. infert auctor dict. Philos. *Mosen* participasse erroribus *Phænicum*.

Sch. Sanchoniathon ducentis minimum annis post *Mosen* vixisse, communis historicorum sententia est.

III. *Factum est vespere, & mane Dies unus* v. 5. Dies Creationis non Metaphorici, sed naturales & realiter distincti fuere. — *Moses* porro in texendo dierum Creationis opere contra Physicam non impegit.

IV. *Faciamus hominem* v. 26. ex hac phrasi prisci Judæi intellexerunt, Deum summo artificio, & majori in perfectione, quam cætera, condidisse hominem.

Sch. PP. Communi ore hunc versum *faciamus hominem*, nec non alios V. t. vv. de Ss. Trinitate exponunt. Rabbini recentiores hunc explicant per Anthropopatheian. Scribebat quidem rudi populo *Moses*; sed præter ea, quæ ipsi pro genio suo intelligere poterant, plus aliquid sæpius intendisse, quis ambigat?

V. *Ad imaginem & similitudinem nostram* h. e. ad imaginem simillimam, quæ Deum inter & hominem potissimum fundatur in libero arbitrio, quodque in cætera dominari possit. — Item partim consistit in natura animæ; partim in accidentali, ut ajunt, & quadem superaddita perfectione.

VI.

VI. *Crescite, & multiplicamini* v. 28. nullam plane in his verbis latet præceptum rei conjugalis.

Corol. Frustra ergo de injuria hominibus illata queruntur multi, ubi libera voluntate, quod nullo præcepto vetitum, sed prophetarum oraculis, beati Christi Encomiis, Apostoli consiliis tam splendide commendatum est, eligunt.

VII. *Sed fons ascendebat* C. 2. v. 6. negationem præcedentis versus & huic inserendam esse suadet contextus.

VIII. Quæ v. 22. de mulieris formatione ex Costa Adæ referuntur, historice, & secundum literam sunt intelligenda.

IX. C. 3. Serpens tentator naturalis fuit, simul equidem energumenus, qui Evam primum dolose, hæc dein Adamum scandalose in prævaricationem induxit præcepti divini, hinc v. 14 duplici maledictionis fulmine ictus.

X. *Inimicitias ponam inter te* diabolum, *semen* illius totam diabolorum catervam; *Mulierem* B. V. Mariam & *semen illius* Christum literaliter respicere, credimus.

XI. *Ipsa, ipse* legendum esse remur, *conteret caput tuum* h. e. plenam de te victoriam obtinebit.

XII. *Et tu insidiaberis Calcaneo ejus*, i. e. Conaberis bene coepta pervertere. Vel *Calcaneo ejus* h. e. Corpori Christi, tamquam parti minus excellenti, salvo capite, nocebis; dum tu interim, contrito capite penitus interibis.

Corol.

Corol. Prima, ergo ac illustris de venturo Messia hic extat prophetia.

Sch. Inepte & impie de serpente, ejusque pœna & tota lapsus humani historia fabulantur multi, dum allegorice-mythologice omnia explicant.

XIII. *Nonne si bene egeris, recipies: sin autem.* C. 4. v. 7. recte infertur, libertatem moralem hominis, nequaquam Adami peccato deperditam esse.

Sch. Siquis in secundo Hemi-Stichio relativa *ejus*, *illius* ad Abelem referre voluerit, non vehementer repugnabimus.

XIV. *Egrediamur foras* v. 8. hæc, etsi in modernis Codicibus hebraicis desunt, olim tamen in iis extitisse probatur.

XV. *Omnis qui invenerit me, occidet me* v. 14 timor hic Caini, ne ab obvio quovis inventus occideretur, & Civitas *Henoch* ab eo ædificata, minime probant, fuisse tum temporis alios homines in terra, qui ab Adamo non descenderint.

XVI. *Iste cœpit invocare nomen Domini* v. 26 non bene Luth. Zu derselbigen Zeit fieng man an zu predigen des Herrn Namen. Nulla Crisi ipsius *prædicare* fulcitur.

XVII. C. 5. Anni primorum Patriarcharum similes nostris fuerunt; ac in iis computandis rejecto computu LXX. sequimur textum hebr. ac vulgatam.

Sch. Caussam longævitatis Patriarcharum adfert *Josephus* lib. I. Antiqq. C. 4. nostra sensa hac super re edicemus sciscitanti.

XVIII.

XVIII. *Et non apparuit, quia tulit eum Deus* v. 24. ℞℞ hæc de beata, ac suavi Henochi morte exponunt, quibus non subscribimus.

XIX. *Fac tibi Arcam* C. 6. 24. quæ ad finem intentum erat aptissima. — In quam ingressus est cum suis *Noe* anno vitæ suæ 600 mense 2do 17 die mensis 2di. — In qua mansit integro anno ac diebus decem. — Prima hic sistit mundi ætas numerans usque ad diluvii exordium 1656. annos. — Juxta LXX. 2242. Consequenter 586. plures.

Sch. Futilia sunt, quæ ad impugnandam totius historiæ veritatem ex arcæ spatio, structura ac &c. &c. conglomerant varii.

XX. *Omne quod movetur.. erit vobis in cibum* C. 9. v. 3. ex hoc, Carnium esum ante diluvium minime licuisse, probabilius colligimus.

XXI. *Bibens vinum inebriatus est.* v. 22. certo perfecte, ut ex sequentibus v. v. patet.

Sch. *Noe* à peccato ebrietatis excusatur à pluri-mis: verum an ideo reipsa immunis? nos eum non accusamus, sed neque quo excusari possit, invenimus. Porro usum vini ante diluvium non fuisse vix credimus. *Erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes* Math. 24. 37. Luc. 17. 27. Sed an solam aquam? quid in eo piaculi? & si biberint liquores alios; cur non illud, præcipue ad potandum homini à natura oblatum.

XXII. *Ipse cœpit potens in terra* C. 10. v. 8. *Nemrod* veri similiter idem est, quem historici profani *Belum* vocant Monarchiæ Assiriorum fundatorem.

XXIII.

XXIII. *Ecce unus est populus, & unum labium omnibus* C. 11. 6. ante Babelicam confusionem una & hæc hebraica erat omnium hominum lingua.

Corol. Ergo singularis hac in re *Philostrii* sententia est rejicienda.

XXIV. *Confundamus linguam eorum ut non audiat unusquisque vocem proximi sui* v. 7. id non accipiendum de singulis hominibus, sed de singulis saltem cognationibus.

Sch. Quot ergo hinc linguæ enatæ? certo definiri non potest. Aliqui 72. 70. alii prodiisse credunt. Inter omnes tamen penè convenit *hebræam, græcam, Latinam, teutonicam* & *illiricam* esse linguas matrices è confusione Babelica ad nos usque traductas & ex his linguas cæteras prodiisse. Interim *de hoc & similibus multum contendere superflum est; nullum enim ex eo pietatis detrimentum accedit, sive hoc, sive illud recipiamus.* Theod. q. 61. in Gen.

XXV. *Sem... genuit Arphaxad biennio post diluvium* v. 11. biennium istud à diluvii principio est computandum.

Corol. Ergo nihil est, cur *Semo* primogenituræ dignitatem invideamus.

XXVI. *Porro Arphaxad vixit 35 annis: & genuit Sale.* Consonant hebr. Chald. &c. LXX. Cainanum interserentes ceu mendosos hic rejicimus. — Sed quid ad authoritatem S. Lucæ, qui C. 3. v. 36. dicit: *qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad*? interrogan-ti respondebimus.

XXVII

XXVII. *Vixit Thare 70 annis & genuit Abram &c.* annum hunc Abræ natalem statuimus.

Sch. Incidit vocatio Abræ in annum M. 2022. d. 366. --- LXX. hic iterum excessivi.

O. A. M. D. G.

DEFENDENT

R. P. CONSALVUS LANDAU, Ord. Min. Recoll. Studii Theolog. Assistens.
D. QUADFLIEG, } Aquisgranenses.
D. DEGIVE, }

OPPONENT

R. D. SCHOLL, Sacerdos Sæcularis.
R. F. LEOPOLDUS STASSEN, Sacerd. Ord. Min. Rec.
D. SMETS, Aquisgranensis.

S. Scripturæ, ac Ss. Theologiæ Auditores.

Aquisgrani in Conventu P.P. Recollectorum
Die Februarii Anno 1796.
horis à mane consuetis.

DIATRIBA BIBLICA
DE
DIFFICULTATIBUS
tertiæ, ac quartæ mundi ætatis usque ad mortem Mosis.

I. Abram an M. 2022. de Haran in Chanaan, ac dein ob famem ire compellitur in Ægyptum, quam ingressurus sibi prudenter consulit dicens uxori suæ : *dic, obsecro te, quod soror mea sis* C. 12. v. 13.

Fuit *Sarai* vere ac proprie ipsius Soror ex eodem immediato patre, non autem ex eadem matre C. 20. v. 12.

II. C. 14. v. 18. *at vero Melchizedech chananæus*, regulus Civitatis *Salem*, quæ nunc *Jerusalem* proferens panem & vinum, verum obtulit Sacrificium illius, quod jugiter offerimus, præfigurativum.

Illudit illustri huic typo hæc translatio : Melkizedeck der König von Salem ließ Brod und Wein heraus bringen. Dieser war ein Priester des höchsten Gottes. -- Rhetorico Sermone de Melchisedecho multa recenset Apost. in Ep. ad heb. quæ suo sensu sunt vera, de sacrificio altum silet, nec inconsulto.

III. *Dixit*, Sarai, *marito suo.* C. 16. V. 2. *ingredere ad ancillam meam.* Ancilla hæc Agar

vera ac legitima, ſecundaria tamen uxor erat, permiſsâ tunc uxorum pluralitate.

IV. C. 17. v. 10. *Circumcidetur ex vobis omne maſculinum*, circumciſio non fuit ab Ægyptiis ad habræos translata ſed à Deo inſtituta in ſignum fœderis Deum inter & Abram, ejuſque ſemen.

Utrum circumciſio pronoxâ originali delenda inſtituta fuerit, ex Moſe exploratum non eſt. -- Abram hic mutatum à Deo nomen, ex nunc appellandus *Abraham*.

V. C. 19. v. 8. *Habeo duas filias... educam... abutimini eis..* mira propoſitio! ſi Lot has ſerio effreni ſodomitarum libidini obtulit, ſane nimium hoſpitalis fuit.

VI. C. 19. v. 24. *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham*, Adamam & Seboim: ſegor Loti precibus indultum eſt, *ſulphur & ignem a Domino de cælo*. Hebraiſmum his in verbis agnoſcimus.

Cauſſas naturales ad hoc horrendum excidium plurimum conferre potuiſſe, non diffitemur.

VII. v. 26. *Reſpiciens que uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Perperam RR. Lothe Frau aber ſah zurück und ihr iſt ein Salzhaufen zum Denkmale aufgerichtet.

Plura de hac ſtatua *ſalis*, quam ſua adhuc ætate vidit *Joſephus*; ſi tamen bene vidit, dicemus interrogati.

VIII. C. 20. v. 3. *Miſſit Abimelech & tulit eam.* Alter hic Saræ raptus, minime propterea ſuſpectus eſt, quod Sara jam nonagenaria eſt,

IX. Abrahamo centenario toties promiſſus naſcitur Iſaac, à cujus nativitate initium ſuum deſumunt 400 anni, de quibus Gen. 15. v. 13.

X. C. 25. Rebecca Iſaaco luctantes in utero Jacob & Eſau geminos parit, quorum major in ſuis poſteris, ſerviet minori, ac primogenita ſua prodige divendidit.

XI. C. 34. Simeon & Levi par nobile fratrum ex multis titulis, in vindictam ſtupri depopulantes Sichimam multi modis deliquerunt.

Factum hoc ad mortem uſque execratus fuit Jacob, eosdem *vaſa iniquitatis bellantia jure vocans* C. 49. v. 6. --- Verba Judithæ C. 9. bene intellecta in aprico erit, illis non Simeonem ejuſque facinus, ſed Deum laudari.

XII. C. 38. *Eodem tempore deſcendens Judas &c.* hyſterologia Moſi in Pentateucho familiariſſima hic admittenda eſt. Judæ enim cum ſuë connubium Joſephi venditionem dudum præceſſiſſe arbitramur.

Qua propter *Heſron* & *Hamul* de quibus C. 46. non in lumbis Patrum, ſed vere natos cum Jacob Ægyptum ingreſſos eſſe, tuemur.

XIII. C. 46. v. 27. *Omnes animæ domus Jacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum ſeptuaginta.* Ita heb. ſam. &c. admodum improprie huic numero accenſetur Jacob.

S. Stephanus Act. 7. aſſerens fuiſſe animas 75. manifeſte loquitur de perſonis, quæ ad familiam Jacobi ſpectabant, nempe de filiis & eorum uxoribus, quæ v. 26. excluſæ fuerunt. Ob diverſum igitur in ſua recenſione finem, potuit ſine ulla repugnantia alter numerare 70, alter 75. perſonas in eadem familia.

XIV. C. 47. v. 31. *Adoravit Israel deum conversus ad lectuli caput.* LXX. legunt *adoravit fastigium virgæ ejus*: utramque interpretationem patitur textus hebræus pro diversitate punctationis vocalium.

XV. C. 49. v. 10. *Non auferetur sceptrum.. donec veniat schilo* famosum hoc vaticinium Messiam respicere apud antiquos in comperto est judæos; ejundem jam dudum advenisse invicte demonstratur.

XVI. Exod. 1. *Filii Israel decreverunt* &c. stupenda illa Israelitarum propagatio tum viribus naturæ, tam peculiari Dei beneficio, quo impleretur solemnis Abrahæ, Isaaco & Jacobo facta promissio de multiplicando eorundem semine, sicut *stellas Cœli*, describenda est.

90. Circiter annis in Ægypto servitutem durasse judicamus.

XVII. Exod. 2. v. 2. *Egressus est vir de domo Levi & accepit uxorem stirpis suæ, quæ peperit filium* Mosen an. M. 2372. ante exitum 80, triennio post fratrem Aaronem.

Alia Mosen percutientem Ægyptium præditum fuisse authoritate, ac Petrum præscindentem *Malcho* auriculam, aut Saulum Ecclesiam adhuc persequentem, testis est S. Steph. Act. 7. v. 24. -- Unde sat liquet, hanc Mosis actionem minime ab hominibus privatis trahendam esse in exemplum.

XVIII. Credentiales *Mosis* erant stupenda miracula in suæ legationis confirmationem facta. Magi (*Jannes* & *Mambres* 2. Tim. 3.) in minutissimo animalculo Schyniphe confusi, *similiter fecerunt* veros dracones per *incantationes Ægyptiacas.*

Definitionem horum *Maleficorum*, explicationesque arbitrarias de eorundem factis, à RR. etiam Catholicis hac in materia dari solitas, non admittimus. *Major est Sacræ Scripturæ authoritas, quam omnis humani ingenii capacitas.* S. Aug. --- particularia de 10. plagis quærenti exponemus. Peractâ ultimâ desinit tertia Mundi ætas, simulque expleantur anni 430, quibus Israelitæ & Patres eorum in terra Chanaan & in terra Ægypti peregrinatos fuisse, perhibet Moses Exod. 12. v. 40.

Ætas Mundi IV. usque ad mortem Mosis.

XIX. An. M. 2453. die 15. mensis Abib, vel Nisan à prima statione *Ramesse* simulque aliis Israelitæ à litore Ægyptiaco ad Arabicum recto transierunt itinere.

Qui hic ad naturalem maris refluxum confugiunt imperitiam suam denudant. --- Mirandum quod istis criticis facem prætulerit *Josephus* L. 2. ant. C. ult. nimium laudatus ut sincerus *Judæus*.

XX. Israelitis in deserto fame sitique vexatis succurrit Deus aquam dulcem concedendo, ac largiendo coturnices & Manna.

Cœleste hoc distinguimus ab illo Manna ordinario in oriente, præcipue in Arabia cognito.

XXI. Dignissima legis judaicæ portio sunt præcepta decalogi, præter illa fuerunt leges, quæ saltem ex parte eum respexerunt finem, ut populus judaicus à superstitione, quæ in his, à gentilibus, illa ætate exercebatur, removeretur.

E. g. *de non loquendo hædo in lacte matris suæ* Exod. 23. --- *de non aucupanda ave matre,*

cum pullis. de ut. 22. v. 6. -- *de non fabricandis vestimentis ex lana & lino intextis.*

XXII. Sacrorum fabricam incipit Deus ab arca fœderis, in qua præter tabulas legis nihil amplius continebatur. — *Propitiatorium* erat arcæ operculum.

Quid tabernaculum, labrum æneum factum de speculis mulierum, *Urim & Thumim*, de quibus omnibus à C. 25. ad C. usque 31. agitur, exponentur data ansa.

XXIII. Aaron à gravi peccato excusari non potest, dum vitulum conflatilem fecit.

Velocem hujus confectionem, ejusdemque per Mosen comminutionem fuisse impossibilem, nullus probabit.

XXIV. Octava die mensis primi, anni secundi exitus de Ægypto cœpit consecratio Aaronis, quo die octavo primitias celebrante ignis de cœlo descendens holocaustum absumens signum erat tum sacerdotii, tum sacrificiorum à Deo approbatorum.

Solus Aaron effusione olei unctus fuit, inde pontifex antonomastice dicebatur *unctus*. Filii vero nuda illius aspersione uncti fuerunt.

XXV. Numeratio populi num. C. 1. ex præcepto divino facta, antequam de Sinai, ubi fere integro anno hæserat, migraret Israel, alia est ab illa Exod. 38.

XXVI. Ex Num. 63. Hierarchicus ordo inter Synagogæ ministros perspicuus est; sacerdotibus suberat Levitæ, ambo Pontifici.

XXVII. Probatio adulteræ per aquam zelotypiæ C. 5. pro tunc Religiosa, nunc superstitiosa esset; similesque explorationes a SS. Can. merito prohibentur.

XXVIII. Num. C. 6. *Vir sive mulier, cum fecerint votum* &c. ex his votis & abstinentiis Nazaræorum clare discimus vota religiosorum esse Deo accepta.

XXIX. C. 20. *Dixit Dominus ad Mosen & Aaron* &c. deliquerunt, quod solo imperio aquas ex petra non evocaverint.

XXX. C. 21. v. 9. *Fecit Moses serpentem æneum... quem cum percussi; aspicerent sanabantur per ipsum omnium salvatorem* Sap. 16.

XXXI. C. 24. v. 17. *Videbo eum, sed non modo.. orietur stella* est insigne vaticinium de Messia.

XXXII. C ult. Num. *Omnes viri* &c. hæc lex intelligenda est de solis filiabus, ut filiæ *Salphaad* paternorum bonorum hæredibus.

XXXIII. Deut. C. 4. *Non addetis ad verbum* &c. male inferunt AA. ergo non sunt admittendæ traditiones Canones &c.

XXXIV. C. 7. v. 3. *Neque sociabis cum eis* &c. Conjugia non prohibentur cum chananæis ad veram fidem conversis. Neque ex illis verbis: *non erit apud te sterilis utriusque sexus* prohibetur cœlibatus.

XXXV. C. 8. v. 4. *Vestimentum tuum vetustate non defecit & pes non est subtritus* in proprio & literali sensu intelligenda sunt.

XXXVI. *Si difficile & ambiguum judicium.. surge* &c. summus controversiarum judex erat supremus sacerdos; is in causis dubiis declarabit *judicii veritatem* C. 14. eam in caussis gravioribus irreformabilem.

XXXVII. C. 24. *Si acceperit homo uxorem*

& scribet libellum repudii vinculum rumpebat, isque licite dari poterat.

XXXVIII. Tandem propositis præmiis & pœnis legem Dei ob-vel non observantibus, eminus visâ terræ *Chanaan*, in *Nebo* monte moritur *Moses jubente Domino*, angelorum sepultus Ministerio An. M. 2492. vitæ suæ 120.

DEFENDENT

R. D. Josephus Scholl, *Sacerdos Sæc. Aquisg.*
R. F. Leopoldus Staffen, *Ord. Min. Rec. Sacerdos.*
D. Adamus Schumacher, *Aquisgranensis.*
D. Walterus Smets, *Limburgensis.*

OPPONENT

R. F. Josaphat Kohl, *Ord. Min. Rec. S.*
D. Aloysins Degive, *Aquisgranensis.*
D. Andreas Haerst, *ex Herlen.*
D. Christianus Alerz, *Aquisgranensis.*

Ss. Scripturæ Theol. Auditores.

Aquisgrani in Conventu PP. Franciscanorum die 5. Sept. 1796.

Continuatio difficultatum IV. Mundi Ætatis in LL. Josuë, Judicum & Ruth.

Quod olim dixit S. *Hieron. præf. in Josue*, hic merito applicari potest: *Tandem finito Pentateucho Mosis, velut grandi fœnore liberati, ad Jesum filium Nave manum mittamus.*

POSITIONES IN JOSUE.

Argumentum continet ingressum in terram promissam, h. e. 1 transitum per Jordanem, 2. victorias, 3. divisionem terræ, quæ Josue per 17. Annos gessit.

I. *Josue* antea *Osee*, hebr. *Jehoschua*, gr. *Jesus* dictus, hujus, qui ejus nomen vocatur, Libri canonici author jure habetur.

II. C. 1. v. 11. *Præparate vobis cibaria*, non intelligitnr de *Manna*, sed sermo est de aliis cibariis.

III. *Quoniam post diem tertium transibitis*, per prolepsin posita sunt.

Ordine enim historiæ & rerum gestarum totum Caput 2dum pertinet inter V. 9. & 10. C. 1.

IV. C. 2. v. 1. *Exploratores ... ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab*, hanc fuisse revera meretricem, haud temerè sentimus.

Interim isthæc conversa ad veram fidem & justificata est. V. 9. --- Heb. C. 11. V. 31. & Jacob. 2. V. 25.

V. C. 3. v. 17: *Omnis populus per arentem alveum transibat* An. M. 2493; verum continet mir aculum.

Jordanem, fluvium, ordinarie quinque supra septua-
ginta pedes latum, valde rapidum, ac profundum
esse, ex relationibus sammatim constat.

VI. C. 4. v. 20. *Duodecim lapides posuit*, item C. 22. v. 34. invictum contra AA. præbet Catholicis argumentum, morem ponendi Statuas in memoriam beneficiorum Dei, Christi, Sanctorum, atque heroicorum actuum, licitum esse & sanctum.

VII. C. 3. v. 2. *Circumcide secundò Filios Israel*, h. e. morem Circumcisionis à PP. continuatum usque ad egressum ex Ægypto, sed per 40 annos intermissum instaura iterum in iis, qui in deserto nondum erant circumcisi.

Per consequens non juvat Rebaptizantes; neque probat, baptismum infantibus fidelium non esse necessarium.

VIII. C. 6. v. 16. *Circuierunt Urbem septies.* Fierine potuit, ut innumerabilis Israelitarum populus urbem Jericho semel singulis sex diebus, & septimo die septies circumiret? obscuritatem sciscitanti secundum LXX. interpretes dissipabit D. Defendens.

IX. v.20. *Muri illico corruerunt*, non per vim buccinarum, populique vociferantis, sed per manum Dei.

X. C. 9. v. 15. *Fecit cum eis Josue Pacem licitè... Principes juraverunt eis.* Juramentum hoc de se non fuit obligatorium; nihilominus vel juramenti reverentia, vel quia se teneri ejus religione crediderunt, fidem datam non violarunt.

Optime quadrant hic verba Livii Lib. 3. *nondum hæc, quæ nunc tenet sæculum, negligentia Dei venerat, nec inter pretando sibi quisque jus jurandum & leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad eas accomodabat.*

XI. C. 10. v. 11. *Dominus misit super eos lapides magnos.* Plerique bene accipiunt de pluvia grandinis extraordinariæ magnitudinis & durissimæ.

XII. v. 12. *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Ajalon.* Josue hisce verbis nihil aliud petiit, quam veram diei prolongationem, undequaque ea proveniret: igitur verba citati textus commode reddi possunt: *Prolongetur dies, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis.* v. 13. *Obediente Domino voci hominis, steteruntque Sol & Luna*, i. e. physicè & realiter *prolongatus est dies.*

Opiniones ergo peirerii, Clerici non admittimus, neque D. Michaelis textum hunc expllcantis. Die Kananiten wurden auf ihrer Flucht von einem Hagelwetter, das vorhin beschrieben ist, überfallen. Nachdem dieses vorüber war, Wetterleuchtete es noch überall die ganze Nacht durch, und dieses Wetterleuchten diente den Israeliten ihre Feinde zu verfolgen, und hinderte die Kananiten sich irgendwo zu verbergen. Dieß drücke nun der Dichter so aus, als hätte Josue dem Tage befohlen, länger zu werden, der Sonne aber und dem Monde stille zu stehen.

XIII. *Nonne scriptum est in libro Justorum.* Liber hic vel potuit esse Carmen epinicium, vel Annales post victoriam Gabaonitarum compositi, quos citare potuit Josue.

XIV. C. 24. v. 10. *Optio vobis datur, eligite hodie, quod placet, cui &c.* optime infertur, in statu naturæ lapsæ dari liberum arbitrium, etiam ad moraliter & salutariter bona opera. v. 29. *Posthæc mortuus est Josue... Centum & decem annorum*, postquam 17. præfuit Israeli. A. M. 2510.

Antilogiæ adparentes ad placitum solvendæ, sunt potissimum inter vv. sequentes: C. 7. V. 15. --- 25. ---- C. 10. 14. ---- Isaiæ 38. 8. --- C. 11. 21. ---- C. 15. 14. ---- C. 14 V. 13. ---- C. 21. V. 11. ---- Item C. 14. 6. --- & 15. ---- C. 15. 17. ---- C. 18. 2. -- -- C. 13. 7. ---- C. 18. 28. ---- C. 15. 8. ---- C. 24. 26. ---- Deut. C. 16. 21.

IN JUDICES.

Gens judaica ob idololatriam, aliaque crimina *Philisthæis, Moabitis*, aliisque populis subinde à Deo castiganda tradebatur, ut durâ servitute oppressa ad eum rediret; quod ubi fiebat, suscitabat eis Judices, qui eos ab afflictione liberarent. *Liber*, in quo gesta, quæ sub Judicibus Israël contigerunt, apud latinos *Judicum* appellatur. Historia id nobis utilitatis affert, quod dilucidè ob oculos ponat, quanta divini cultûs, & ex adverso, quanta defectionis vis existat. Enimvero ex morum integritate & Religione retenta, diligenterque culta, rerum publicarum salus & amplitudo plurimum pendet.

I. *Samuel* communiore ex sententia Libri hujus canonici auctor salutatur.

II. C. 1. v. 6. *Fugit Adonibezec, quem persecuti comprehenderunt cæsis summitatibus manuum ac pedum*, sine crudelitatis nota; & ex v. 7. verificatur id, quod legitur Sap. 11. v. 17. *Per quæ quis peccat, per hæc etiam torquetur.*

III. C. 2. v. 3. *Nolui delere eos. ut habeatis hostes, & Dii eorum sint vobis in ruinam.* Blaspheme inferunt Acatholici, Deum hominis peccatum intendere.

Dei enim *perfecta sunt opera, & omnes viæ ejus judicia.* Deut. 32. V. 4.

IV. C. 3. v. 21. *Aod... infixit eam in ventre &c.* Michaelis hic in suis notis excedit, cum dicat: Niemand könne des Aods Handlung rechtfertigen wollen, als wer etwa im Stande wäre, etwas gleiches zu thun.

V. C. 4. v. 21. *Tulit itaque Jahel... clavum tabernaculi &c.* Factum Jahelis cum aliis habemus excusatum.

VI. C. 6. v. 18. *Conclamate: Domino & Gedeoni.* Et v. 20. *Gladius Domini & Gedeonis.* Hic Deo conjungitur Gedeon, quin hic æquiparetur; ergo & cum Deo licet sanctos ejus amicos laudare, quin per hoc Sancti æquiparentur Deo.

Male igitur vituperantur ab H. H. 1. inscriptiones templorum: *Deo & S Antonio.* --- 2. Conjunctio Ss. nominum *Jesus, Maria, Joseph.*

VII. v. 16. *Tulit seniores Civitatis & spinas deserti ac tribulos, & contrivit cum eis, atque comminuit Viros Soccoth.* Crudelitas hujus, quam increduli exaggerant, mollitur, ac fere evanescit, si fontem hebraicum sequamur.

VIII. C. 10. v. 4. *Successit Jair... habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum.* Lectio nostra vulgatæ retinenda est.

IX. C. 11. v. 1. *Jephte... filius meretricis... congregati sunt ad eum viri latrocinantes*, qui nocebant hostibus, & proderant Dei populo.

Apud priscos latinos *latrocinari* idem fuisse quod *militare* legimus. *Plant. in milite.*

X. v. 30. Jephte *votum vovit Domino, dicens: si tradideris Filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ... eum holocaustum offeram Domino... Occurrit ei unigenita Filia &c.* Conveniunt nunc passim Interpretes, votum hoc non aliter expletum

fuisse, ac per consecrationem Filiæ ad servitium Tabernaculi, cui sententiæ favet textus hebræus

XI. Qui haud arbitrariè reddi potest: *si... & erit egrediens, quod egredietur de ostiis domus meæ in occursum meum... & erit Domino, & (a it) offeram illud in Holocaustum... & fecit ei, sicut voverat, & (propterea) ipsa non cognovit virum.*

XII. C. 12. v. 6. *Dic ergo Schibboleth, qui respondebat Sibboleth.* Ephraimitæ impedimento linguæ pronuntiare non valebant *Schin*, eo indicio à Galaaditis deprehendebantur, ac ceciderunt in illo tempore de Ephraim 42000.

Accidit frequentissime, ut unius ejusdemque linguæ varia sit pronunciandi ratio, pro regionis varietate. Jesu Christi ætate, Galilæis pronunciandi sonus erat peculiaris; quo indicio agnitus est S. Petrus in atrio principis sacerdotum.

XIII. v. 9. *Post hunc judicavit Israel Abesan, qui habuit triginta Filios, & totidem Filias. v. 13. Post hunc... Abdon, qui habuit quadraginta Filios, & triginta ex eis Nepotes.* Tam magnus Filiorum numerus in regione, ubi Polygamia regnat, nec novus est, nec extraordinarius.

XIV. C. 14 v. 2. *Mulierem de Filiabus Philistinorum, quæso, ut mihi accipiatis uxorem.* Communior sententia Samsonem à peccato liberat, vel quod Deus jusserit, vel peculiarem legis gratiam fecerit, cum tali ex Matrimonio jurgii & belli occasionem inter Hebræos ac Philisthæos orituram nosset.

XV. C. 15. v. 4. *Cepit trecentas vulpes, caudasque earum junxit ad caudas, & faces, ligavit in medio... quæ perrexerunt in segetes Philistinorum.* Historia hæc literaliter admittenda est. Palestinam vulpibus abundare testantur plura Scripturæ loca, ac Historici profani

Hallenses loco vulpium male ponunt: *peniculos straminеos* Strohwisch. -- Ad hæc solus Samson nominatur tanquam author & caput, adjutores cognati, vel domestici non excluduntur.

XVI. V. 16. *In moxilla asini delevi eos, & percussi mille viros.* Novæ & inauditæ victoriæ epinicium canit hic *Samson*; factum isthoc non tamen impossibile est, sed creditu facile, si considerentur vires extraordinariæ, ac confusio, quæ nonnunquam ex panico terrore nascitur.

Similia legimus tam in paginis Sacris, quam profanis, in L. Machab. de Jonatha. --- L. Jos. de Gedeo ne Fla. Vop. de Aureliano *quomodo persequatur unus mille & duo fugent decem millia? non ne ideo, quia Deus suus vendidit eos.* Deut. 32. V. 30. Josue 23. V. 10.

XVII. C. 17. V. 5. *Fecit Ephod & Theraphim.* Blasphemo sane calamo comparat Luth. Teraphim Michæ cum Iconibus Sanctorum.

XVIII. C. 21. V. 24. *In diebus illis non erat Rex in Israel: sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat* Textus non patrocinatur Puffendorffio & Pfaffio, dum ex eo paritatem faciunt ad Ecclesiam Christi.

Antilogiæ adparentes.

C. 8. V. 27. — Heb. 11. V. 32. — C. 9. V. 6. — C. 8. V. 23. — C. 10. V. 4. — Num. 32. V. 41. — C. 16. V. 30. — Exod. 20. V. 13. — C. 21. V. 4. — Exod. 38.

IN RUTH.

Argumentum Libri versatur in historica Ruthæ descriptione, dum adversam primo, dein prosperam experta est fortunam. *Scopus* in eo est, ut Regis Regum, Dominique Dominantium è Davide progeniti Christi Jesu perspectam habeamus Genealogiam.

I. Authorem hujus Libri ex utriusque Ecclesiæ consensu canonici communior & probabilior opinio Samuelem statuit.

II. C. 2. v 4. *Et ecce ipse* (Booz) *veniebat, dixitque Messoribus: Dominus vobiscum.* Hic primum illa salutandi formula invenitur, quam postea imitatus est Archangelus Gabriel salutans D. Virginem, & merito Ecclesia in Missæ Sacrificio, ac precibus horariis frequenter usurpat.

III. C. 3. v. 4. *Quando autem ierit &c. Si secundum literam sensum torqueamus, prope quidem pudor & horror in verbo est, si ad commixtionis corporeæ sententiam intellectumque referamus,* inquit Amb. lib. 3. de fide C. 10; Aliud vero est, si propositi & intentionis habeatur ratio.

IV. C. 4. v. 22. *Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit David.* Nulla inter illos generatio omissa est.

DEFENDENT

R. F, JOVITA POHL, Ord. Recoll. Sac.
D. ALOYSIUS DEGIVE, Aquensis.
D. JOANNES WILH. BAYER, Aquensis.
D. NICOLAUS JOS. HOUBEN, Eupensis.
D. WALTERUS SMETS, Limburgensis.

OPPONENT

R. F. Pacificus Sturm, Ord. Recoll. Sac.
D. Adamus Schumacher, Aquensis.
D. Joannes Franc. Labarbe, ex Tinnen.
D. Joannes Jos. Schwanen, ex Mechelen.
D. Josephus Borstembley, Aquensis.

Ss. Script. Juris Can. Ss. Theol. Auditores

Aquisgrani in Conventu PP. Franciscanorum die 9. Febr. 1797.

Continuatio difficultatum IV. & V. Mundi ætatis in LL. I. II. III. & IV. Regum usque ad C. VI.

POSITIONES IN LL. I. & II. REGUM.

I. Libros hos, quos in Canone tam Synagoga, quam Ecclesia Christi semper recensuit, à *Samuele, Nathan, Gad* Prophetis scriptos fuisse, secundum 1. paralp. C. 29. v. 29. merito creditur. — Primus historiam *Heli, Samuelis,* ac *Saulis,* alter *Davidis* complectitur.

II. *Anna... votum vovit dicens: si dederis servæ tuæ sexum virilem dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus* C. 1. v. 11. Votum hoc justificat vota Religiosorum.

III. *Si peccaverit vir in virum placari ei potest Deus; si autem in Dominum... quis orabit pro eo?* C. 2. v. 25. — item C. 3. v. 14. allegati textus non favent Novatianis quoad peccatam irremisibile. — Versionem Lutheri recte castigat *Pfaffius.*

IV. *Et non audierunt vocem patris, quia voluit Dominus occidere eos* v. 25. ly *quia* per hebraismum sumitur pro *idcirco vel propter quod.*

V. *Percussit autem de viris Bethsamitis eo quod vidissent arcam Domini, & percussit de populo 70 viros & 50000 plebis.* C. 6. v. 19. lectio hæc simpliciter retinenda est. Hebræus, septuaginta, Chaldæus leger uno assensu 50000 & septuaginta viros: igitur litera textus non retineatur?

VI. *Non te abjecerunt, sed me ne regnem super eos* C. 8. v 7. non est pro Anabaptistis dum exin magistratum politicum subla volunt.

VII. *Quidferemus ad virum Dei* C. 9. v. 7. hæc & similia munera secundum morem orientalium non tanquam divinationis pretium, sed in signum observantiæ facta sunt.

VIII. *Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnavit* C. 13. v. 1. primum hemistichium non ætatis, sed regiminis annum designat: secundum tempus connotat, quo Saul elegit 3000 ex Israel.

IX. *Adjuravit autem Saül populum dicens: maledictus vir, qui comederit panem &c.* C. 14. v. 24. intentio saltem Saülis populum adjurantis non videtur reprehensioni & culpæ obnoxia. — Porro ex hocce facto regio varia corollaria contra A. A. deduximus.

X. *Quandocunque Spiritus Domini malus arripiebat Saul David... Citharem percutiebat... & refocillabatur Saul... recedebat ab eo Spiritus malus* C 16. v. 23. — Ergone musica vis repulsiva est respectu diaboli? Arbitramur, melancholiam hic intervenisse pulsu citharæ dispersam. — Interim primus author per *Spiritum malum* intelligens *atrum bilis inflammatæ humorem* est *Maimonides* ita scribens: *Spiritum malum vocant omnes species morborum, qui vocantur lingua arabica Melancholia* -- de C. 24. v. 11. & 14. interrogati.

XI. *Intellexit Saul, quod Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra* C. 28. v. 14. Samuelem non vi incantatricis Pythonissæ sed dei prævenientis virtute vere apparuisse, remur.

XII. *Jejunaverunt... super Saul, filium ejus & super populum Domini* 4 Reg. C. 1. v. 12. igitur Israelitis persuasum fuit jejunia aliaque opera satisfactoria defunctis proficere.

XIII. *Proposuerat David præmium, qui... abstulisset cæcos & claudos odientes animam David* C. 5. v 8. intelliguntur milites claudi ac cæci, quos solos David pares jactabant Jebusæi; nullatenus vero Idola falsorum deorum ut vult Luth in Glossa dicens: Diese Blinden und Lahmen sind ihre Götter gewesen.. welche sie auf die Mauren setzten, als ihre Patronen, die sie schützen sollten; wie man jetzt auch mit den heiligen Bildern thut...

XIV. *David & omnis populus Israel ducebant arcam testamenti in jubilo* C. 6. v. 15. hæc solemnis arcæ deportatio fusius descripta 1. para. C. 15. nullibi legitur præcepta, recte tamen facta; quidni hodiedum etiam

opus bonum operatur Ecclesia, dum Eucharistiam Joa. 6. per Manna præfiguratam, quod in vase aureo asservabatur in arca Heb. 9. in solemni triumpho sub certis ceremoniis circum portat?

XV. *Cum dormieris... suscitabo semen tuum post te,.. stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum... si inique aliquid gesserit, arguam eum* C. 7 v. 12 hæc partim ad Salomonem, partim ad Messiam sunt referenda.

XVI. *Veruntamen quoniam Blasphemare fecisti inimicos Domini* C. 12 v. 14 ex hoc & aliis CC. infertur contra Calvi: ergo justus, imo prædestinatus potest peccare graviter, peccator adjutus Dei adjutorio potest resurgere, & remissâ culpâ debet adhuc satisfacere pro residuâ pœnâ temporali. -- Porro vv. 16. & 22. aperte insinuatur: jejunium esse opus meritorium.

XVII. David *populum adducens serravit, & circumegit super eos ferrata carpenta: divisitque cultris, & traduxit in typo laterum* C. 12 v. 31. hostes sic sævire solitos fuisse in captos Israelitas ex Sacris paginis haud obscure intelligimus, unde par pari redditum, & jure talionis actum esset eo tempore quo *lex nulla captis parcit*, aut *pœnam impedit* Seneca -- Capti necántur, ut *sentiant se mori* Curtius. -- his pensatis barbaries actionis minuitur -- imo evanescit, si textum secundum heb. vertamus, & *populum posuit ad serram, & ad trabas ferreas, & transire fecit eos ad fornacem.*

XVIII. *Dominus præcepit ei, ut malediceret David* C. 16. v. 10. lectio hæc quoque mitigatur per heb. qui habet: *Dominus dixit ei: maledic*, subintelligendo: per me licet.

XIX. *Semei prostratus coram rege.. dixit: ne reputes.. agnosco peccatum meum.. & ait rex Semei non morieris juravitque ei.* h. e. non morieris hodie ob maledictionem -- ob novi mandati transgressionem morte mulctatus est -- Salva igitur fuit juris jurandi Davidici fides.

XX. *Sadoc & Abiathar Sacerdotes erant* C. 30. v. 25. ex hoc non probatur, quod Synagoga biceps fuerit, multo minus quod Ecclesia nova biceps vel multiceps esse possit.

XXI. *Dentur nobis septem viri... ut crucifigamus eos & ait rex: ego dabo.* C. 21. v. 6. merus divinarum jussionum administer hic *David* habendus.

XXII. *Aedificavit David ibi altare Domino & obtulit holocausta* C. 24. v. 25. infert *Puffendorffius* ergo jus Sacrorum convenit regibus; at præterquam, quod universaliter à V. ad N. T. argumentari non liceat, oblatio hæc fiebat per Ira jaïritem, qui C. 20. v. 26. erat Sacerdos David.

In

LL. III. & IV. Regum.

I. Libri III. & IV. Regum probabiliter ex authenticis singulorum Regum Annalibus scripti, inter libros Canonicos Ecclesiæ utriusque consensu habentur. -- Prior reg-

num Salomonis, ejus divisionem, quatuor Reges Juda, octo Reges Israël describit; posterior acta 16 Regum Juda, 12 Regum Israël usque ad utriusque Regni excidium.

II. *Et invenerunt Abisag Sunamitidem & dormiebat cum rege* 3 Reg C. 1. v. 3. dicendum matrimonium hanc inter & Davidem intercessisse.

III. *Ejecit ergo Salomon Abiathar; ut non esset Sacerdos Domini* C. 2. v. 27. ex hoc non sequitur jus sacrorum pertinere ad Regem.

IV. Salomon quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, in anno quarto... regni sui ædificare cœpit domum Domini C. 9. v. 1. annus hic concurrit cum anno M. 2933. -- desinit IV. Mundi ætas.

Aetas Mundi V. usque ad C. 6. IV. Regum.

V. Templi Salomonici origo ad ruditatem gentium referenda non est; sed ad Dei optimi maximi authoritatem, *Davidisque, & Salomonis* pietatem. -- Sors interim æterna *Salomonis*, incerta est.

VI. Asa *excelsa non abstulit* C. 15. v. 14. Sermo est de Excelsis veri Dei cultui destinatis; laudatur enim ob excelsa idolorum sublata.

VII. *Corvi*, Orebhim, *quoque deferebant ei panem & carnes* C. 17. v. 6. male nonnulli Critici miraculum hujus loci extenuare conantur, vocis hebraicæ notionem reddentes per *Arabes*, incolas *Arab*, aut *mercatores*.

VIII. *Si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum*: ergo datur libertas in statu naturæ lapsæ ad sui conversionem.

IX. *Dereliquerunt pactum tuum filii Israel... derelictus sum ego solus* C. 19. v. 14. textus non favet H. H. dum nituntur probare Ecclesiæ deficientiam.

X. *Ecce dedit Dominus Spiritum mendacii in ore omnium prophetarum* C. 22. v. 23. pessime docet *Beza*, Deum authorem fuisse mendacii istius, & per consequens peccati.

XI. *Elias dixit ad Elisæum: postula, quod vis, ut faciam tibi, antequam tollar à te* 4 Reg. 2. v. 9. textu abutitur Pfaffius adprobandum, frustra invocari sanctos defunctos.

XII. *Fiat in me duplex Spiritus tuus*. Id est: duplici Spiritus tui portione doner, jure primogeniti tui, vel *duplex* pro magno ponitur.

XIII. *Ascendit Elias per turbinem in cœlum* v. 11. male inferunt H.H. Sanctos v. t. recta ad cœlum via ascendisse, quin venerint in limbum, quo interim translatus sit Elias, incertum est, ait Aug. -- ideoque hanc quæstionem supervacaneam vocat Chrys.

XIV. *Currus Israel & auriga ejus* expressio metaphorica ostendit ipsum fuisse robur populi per preces & doctrinam.

XV. *Hoc solum est, de quo depreceris Dominum... quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente*

super manum meam, si adoravero in tem[...] Remmon, adorante eo in eodem loco, ut igno[...] cat mihi Dominus... pro hac re. C. 5. v. 18. & Elisæus dixit ei: Vade in pace: ergo [...] liber licet regionis cujusque religionem sequi, ut fecit *Naaman* Syrus? locus ille maximis difficultatibus implicatur -- inte[...] rim rem lubet dijudicare ex fonte, in quo ait *calmet*, pro *adoravero* legitur *adoravi*; non igitur futuri, sed præteriti homagi[...] veniam petit *Naaman*, conceditque *Elisæus*.

DEFENDENT

F. Melchior Riz, *Subdiac.*
D. Adamus Schuhmacher, *Aquensis.*
D. Joan. Jos. Schwanen, *ex Mechelen.*
D. Josephus Borstenbley, *Aquensis.*
D. Hugo Winckens, *ex Heyden.*
D. Theod. Jos. Theysen, *Aquensis.*

OPPONENT

F. Jovita Pohl, *Sacerdos.*
D. Aloysius Degive, *Aquensis.*
D. Christianus Alertz, *Aquensis.*
D. Joan. Wilh. Bayer, *Aquensis.*
D. Nicolaus Jos. Houben, *Eupensis.*
D. Walterus Smets, *Limburgensis.*

Ss. Script. Theol. & Jur. Can. Auditores.

Aquisgrani in Conv. RR. PP. Franciscan.

Die Junii 1797.

POSITIONES SCRIPTURISTICO-SACRÆ

in

LL. JOSUE, JUDICUM, RUTH, IV. REGUM, ET II. PARALIPOMENON.

QUAS

SUB PRÆSIDIO

P. LUCHESII SCHMAL,

Ordinis F. F. Minorum S. Francisci Recollectorum S. Scripturæ Lectoris pub. & ord.

SCRIPTURIPHILORUM DISCUSSIONI EXPONENT

RELIGIOSUS, PRÆNOBILES, ORNATI AC ERUDITI DOMINI

F. JOVITA POHL, ejusdem instituti presbyter.
D. ADAMUS SCHUHMACHER, Aquisgranensis.
D. CHRISTIANUS ALERTZ, Aquisgranensis.
D. HUGO WINCKENS, ex Heyden.
D. JOANNES JOSEPHUS SCHWANEN, ex Mechelen.
D. JOANNES WILHELMUS BAYER, Aquisgr.
D. JOSEPHUS BORSTENBLEY, Aquisgr.
D. NICOLAUS JOSEPHUS HOUBEN, Eupensis.
D. WALTERUS SMETS, Limburgensis.

Ss. Script. Theologiæ ac Juris Canonici Auditores

Aquisgrani in Conventu R. R. P. P. Franciscanorum

Die 4. Septembris 1797. manè ab 8 — 10.



Typis J. Müller, Urbis Typographi.

Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus.

Paul. epist. 2 ad Tim. C. 3. v. 17.

Hanc itaque in lectionem incumbe, eaque tibi instar omnium sit. Satis perfectus est, atque ad omne boni genus, suoque munere fungendum paratus homo dei, & Christi minister, si Sacrorum voluminum sit peritus. Scripturas probe teneas, nihil tibi ad tui muneris perfectionem deerit.

Calmetus Tom. ult. fol. 420.

In Librum Josue.

Complectitur liber hic ingressum in terram promissam h. e. 1. transitum per Jordanem. 2. Victorias. 3Divisionem terræ — Encomiasten Josue agens spiritus S. Ecclesiast. 46. ita effatur: *Fortis in bello Jesus Filius Nave, successor Mosis in Prophetis, qui fuit magnus secundum nomen suum maximus in salutem electorum Dei.*

Positiones I. Author libri est ipsemet Josue. II. C. 1. v. 11. *præparate vobis Cibaria* &c. non intelligitur de *Manna*, sed de aliis Cibariis. III. *Quoniam post diem tertium transibitis.* Hæc per prolepsin posita sunt. IV. C. 2. v, 1. *Exploratores... Ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab &c.* hanc fuisse revera meretricem, haud temere sentimus. V. Conversa tamen ad veram fidem, & justificata est. v. 9. ... heb. C. 11. v. 31. & Jacob. 2. v. 25. VI. Jordanem fluvium ordinarie quinque supra septuaginta pedes latum, valde rapidum ac profundum esse, ex relationibus authenticis constat. VII. C. 3. v. 17. *Omnis populus per arentem alveum transibat* an M. 2493. mense primo anni ab exitu 41. die decimo, verum continet miraculum. VIII. C. 4. v. 20. *Duodecim lapides posuit* &c. invictum contra AA. præbet Catholicis argumentum, morem ponendi statuas, in memoriam beneficiorum Dei, Christi Sanctorum, atque heroicorum actuum, licitum esse & sanctum. IX. C. 3. v. 2. *Circumcide secundo filios Israel*, h. e. morem circumcisionis per 40. annos intermissum instaura iterum in iis, qui in deserto nondum erant circumcisi. X. C. 6, v. 16- *Circuierunt urbem septies &c.* fierine potuit, ut innumerablis Israelitarum populus urbem Jericho septimo die septies circumiret? obscuritatem sciscitanti secundum LXX. dissipabit D. Defendens. XI. v. 20. *Muri illico corruerunt*, non per vim buccinarum, popolique vociferantis, sed per manum Dei. XII. C- 10. v. 12. *Sol contra Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Ajalon* Josue hisce verbis petiit veram diei prolongationem. XIII. Explicatio ergo D. Michaelis non est legitima: Die Kananiten wurden auf ihrer Flucht von einem Hagelwetter, das vorhin beschrieben ist, überfallen, nachdem dieses vorüber war, Wetterleuchtete es noch überall die ganze Nacht durch, und dieses Wetterleuchten diente den Israeliten ihre Feinde zu verfolgen, und hinderte die Kananiten sich irgendwo zu verbergen. Dies drückte nun der Dichter so aus, als hätte Josue dem Tage befohlen, länger zu werden, der Sonne aber, und dem Monde stille zu stehen. XIV. v. 13. *Steruntque Sol & Luna* &c. i. e. physice & realiter prolongatus est dies, *donec ulcisceretur segens de inimicis suis.* XV. v. 13. *Nonne scriptum est in libro justorum.* Liber hic vel fuit carmen Epinicium post reportatas victorias compositum, vel liber quidam paræneticus, qui Israelitas ad pie sancteque vivendum informabat, cujus Josue admodum senex meminisse poterat. XVI. C. 24. v. 29. *Posthæc mortuus est Josue... Centum & decem annorum* postquam 17. præfuit Israeli an. M. 2510.

Antilogiæ apparentes ad placitum solvendæ.

C, 7. v. 15. — 25. — C. 10. 14. — Isaiæ 38. 8. — C. 11. 21. — C. 15. 14. — C. 14. 13 — C. 21. 11. — C. 18. 1. — C. 24 1. — C. 18 21. & seqq. — C. 6. & C. 15. 8. — C. 24. 9. — Jud. 11. 25. — C. 24. 26. — Deut. C. 16. v. 21.

In Librum Judicum.

Gens Judaica ob idololatriam, aliaque crimina *Philisthæis*, *Moabitis* alisque populis subinde à Deo castiganda tradebatur, ut dura servitute oppressa ad eum rediret; quod ubi fiebat, suscitabat eis *judices*, qui eos ab afflictione liberarent. — Historia id nobis utilitatis affert, quod dilucide ob oculos ponat, quanta divini cultûs, & ex adverso, quanta defectionis, vis existat. Enimvero ex morum integritate & Religione retenta, diligenterque cultâ, rerum publicarum salus & amplitudo plurimum pendet.

Posit. I. *Samuel* Communiore ex Sententia libri hujus Canonici author salutatur. II. C. 1. v. 6. *Fugit Adonibezec, quem persecuti comprehenderunt cæsis summitatibus manuum ac pedum*, sine crudelitatis nota; & v. 7. verificatur id, quod legitur Sap. 11. v. 17. *per quæ quis peccat, per hæc etiam torquetur.* III. C. 2. v. 3. *Nolui delere eos, ut habeatis hostes & dii eorum sint vobis in ruinam.* Blasphemè ex hoc & aliis S. Script. vv. inferunt AA. Deum hominis peccatum intendere. IV. C. 3. v. 21. *Aod... infixit eam inventre* &c. D. Michaelis hic in suis notis excedit, cum dicat: Niemand könne des Aods Handlung rechtfertigen wollen, als wer etwa im Stande wäre, etwas gleiches zu thun. V. C. 6. v. 18. *Conclamate: Domino & Gedeoni.*. v. 10. *Gladius Domini & Gedeonis.* Hic Deo conjungitur Gedeon, quin hic æquiparetur; ergo & cum Deo licet Sanctos ejus amicos laudare, quin per hoc sancti æquiparentur Deo. VI. v. 16. *Tulit seniores civitatis & spinas deserti ac tribulos, & contrivit cum eis, atque comminuit viros Soccoth.* Crudelitas hujus, quam increduli exaggerant, mollitur ac fere evanescit, si fontem hebraicum sequamur. VII. C. 11. v. 30. Jephte *votum vovit Domino, dicens: si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ... eum holocaustum offeram Domino.. occurrit ei unigenita filia* &c. Votum isthoc suum explementum accepit per consecrationem filiæ ad servitium tabernaculi; cui sententiæ favet textus heb. VIII. Qui reddi potest: *Si.. & erit egrediens, quod egredietur de ostiis domus meæ in occursum meum.. & erit Domino &* (aut) *offeram illud in holocaustum.. & fecit ei, sicut voverat &* (propterea) *ipsa non cognovit virum.* IX. C. 14. v. 8. *Post aliquot dies.. examen apum in ore Leonis erat* &c. hoc naturaliter fieri poterat. X. C. 15. v. 4. *Cepit trecentas vulpes* &c. historia literaliter admittenda est. XI. v. 16. *in Maxilla asini delevi eos & percussi* &c factum creditu facile est, si considerentur vires extraordinariæ ac confusio, quæ nonnunquam ex panico terrore nascitur. XII. C. 17. v. 5. *Fecit Ephod & Theraphim* &c. Blasphemo sane calamo comparat Luth. *Teraphim* Michæ cum Iconibus sanctorum. XIII. Anni servitutum ac Anarchiarum non sunt separatim computandi ab annis Judicum. XIV. Historia judicum complectitur annos 317.

Antilogiæ apparentes.

C. 4. — 17. v. 21. — C. 8. — 23. — 28. & C. 9. v. 6. — C. 9. v. 18. — C. 8. v. 30. & C. 9. — C. 10. v. 1. — C. 6. v. 15. — C. 14. v. 2. — Exod. C. 34. v. 16. — C. 14 v. 14. — v. 15. — C. 16. v. 30. — Exod. 20. v. 13. — C. 18. v. 1. — Jos. 19. v. 20. — C. 20. v. 23. — 25. — C. 21. v. v. 7. & 18. — v. 21.

In Librum Ruth.

Argumentum hujus versatur in hystorica *Ruthæ* descriptione, dum adversam primo, dein prosperam experta est fortunam. *Scopus* in eo est, ut Regis Regum, dominique dominantium è Davide progeniti Christi Jesu perspectam habeamus genealogiam.

Posit. I. Authorem hujus libri ex utriusque Ecclesiæ consensu Canonici communior & probabilior opinio Samuelem statuit. II. C. 1. v. 1. *In diebus unius judicis*, verosimilius *Gedeonis*, *facta est fames in terra* &c. C. 4. v. 22. *Booz genuit obed. obed genuit Isai, Isai genuit David.* Nulla inter illos generatio omissa est.

In Libros I. & II. Regum.

Duo hi priores libri, non tantum à Judæis, sed & à christianis appellari *Samuelis* nomine consueverint patet ex S. Hieron. in prologo Gal. — duo autem posteriores ab hebræis specialiter vocantur libri *Regum*. — amœna porro & suavis est historia Regum in superficie literæ, altior in typis allegoriæ, moribus instruendis utilis, lucida in exemplis exhibendis, ùt docet S. Greg. procem in Lib. Reg. — primus historiam *Heli*, *Samuelis*, ac *Saulis*, alter *Davidis* complectitur.

Posit. I. Libros hos, quos in Canone tam Synagoga, quam Ecclesia Christi semper recensuit, à *Samuele*, *Nathan* & *Gad* Prophetis scriptos fuisse, merito creditur. II. C. 2. v. 25. *Si peccaverit vir in virum placari ei potest Deus, si autem in Dominum.. quis orabit pro eo* — Item C. 3. v. 14. allegati textus non favent Novatianis quoad peccatum irremisibile. — Versionem Luth. recte castigat Pfaffius III. C. 6. v. 19. *Percussit autem de viris Bethsamitibus... de populo 70. viros & 50000. plebis.* Lectio hæc simpliciter retinenda est. IV. C. 13. v. 1. *Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnavit.* Primum hemistichium non ætatis, sed regiminis annum designat: secundum tempus connotat, quo Saul elegit 3000. ex Israel. V. C. 16. v. 23. *Quandocunque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat Citharam ... percutiebat ... refocillabatur ... recedebat ab eo spiritus malus* Non tam sono naturali, quam piis precibus Davidis pro Saüle orantis & omnipotentiæ Domini qui erat cum eo v. 18. tribuendum est. VI. C. 28. v. 14. *Intellexit Saul, quod Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra.* Samuelem non vi incantatricis Pythonissæ sed Dei prævenientis virtute vere apparuisse, remur. VII. 2. Reg. C. 5. v. 8. *Proposuerat David præmium, qui abstulisset cæcos & claudos odientes animam David* intelliguntur milites claudi ac cæci, quos solos David pares jactabant Jebusæi; nullatenus vero idola falsorum deorum ut vult Luth. in Glossa dicens: Diese Blinden und Lahmen sind ihre Götter gewesen ... welche sie auf die Mauren setzten, als ihre Patronen, die sie schützen sollten; wie man jetzt auch mit den heiligen Bildern thut. VIII. C. 6. v. 15. *David & omnis populus Israel ducebant arcam testamenti in Jubilo* &c. hæc so-

lemnis arcæ deportatio nullibi legitur præcepta, recte tamen facta, quidni hodiedum etiam opus bonum operatur Ecclesia, dum Euacharistiam Joa. 6. per *Manna* præfiguratam, quod in vase aureo asservabatur in arca heb. 9. in solemni triumpho sub ceremoniis circumportat? IX. *David populum adducens serravit, & circum egit super eos ferrata carpenta; divisitque cultris, & traduxit in typo laterum.* Hostes sic sævire solitos fuisse in captos Israelitas ex sacris paginis intelligimus, unde par pari redditum, & jure talionis actum esset eo tempore quo *lex nulla captis parcit, aut pœnam impedit* Seneca. X. Imo barbaries actionis, quam scriptura non reprehendit, evanescit, si textum secundum heb. legamus: *& populum posuit ad serram, & ad trabas ferreas & transire fecit eos ad fornacem.* XI. C. 16. v. 10. *Dominus præcepit ei, ut malediceret David.* Lectio hæc quoque mitigatur per heb. qui habet: *Dominus dixit ei: Maledic*, subintelligendo: per me licet. XII. C. 20. v. 26. *Sadoc & Abiathar sacerdotes erant* ex hoc non probatur, quod Synagoga biceps fuerit, multo minus quod Ecclesia nova biceps, vel multiceps esse possit.

Antilogiæ apparentes.

C. 1. v. 1. --- 1. paral. C. 6. v. 33. --- v. 7. --- 9. --- C. 2. v. 25. --- Lev. C. 4. v. v. 27. 35. --- C. 6. v. 14. --- Lev. C. 1. v. v. 3. 5. --- C. 7. v. 13. --- C. 13. --- C. 8. v. 6. --- Deut. C. 17. v. 14. --- C. 9. v. 16. --- Oseæ 3. C. 13. v. 11. --- C. 13. v. 9. --- C. 14. v. 35. --- C. 13. v. 13. --- Gen. 49. v. 10. --- C. 14. v. 3. --- C. 21. v. 9. --- C. 15. v. 29. --- Jerem. C. 18. v. 8. & 10. --- C. 18. v. 19. --- 2. Reg. C. 6. v. 23. --- C. 21. v. v. 1. 6. --- Mat. 2. v. 16. --- C. 30. v. 4. --- 2. Reg. C. 1. v. 10. --- 4. Reg. C. 2. v. 10. -- C. 5. v. 5. --- C. 6. v. 3. --- 1. Par. C. 13. v. 6. --- C. 10. v. 18. --- 1. Par. C. 19. v. 18. --- C. 24. v. 9. — 1. Par. C. 21. v. 5. — C. 24. v. 13. — 1. Par. 21. v. 12.

In Libros III. & IV. Regum.

Prior regnum Salomonis, ejus divisionem, quatuor Reges Juda, octo Reges Israel discribit; posterior acta 16. Regum Juda, 12. Regum Israel usque ad utriusque regni excidium.

Posit. I. Libri hi ex authenticis singulorum Regum annalibus scripti, inter libros Canonicos Ecclesiæ utriusque consensu habentur. II. C. 1. v. 3. *Et invenerunt Abisag Sunamitidem & dormiebat cum rege* dicendum matrimonium hanc inter & davidem intercessisse. III. C. 2. v. 27. *Ejecit ergo Salomon Abiathar; ut non esset sacerdos Domini.* Ex hoc non sequitur jus sacrorum pertinere ad regem. IV. Templi Salomonici origo ad Ægyptiacam superstitionem, vel ruditatem gentium referenda non est; sed ad Dei optimi maximi consilium, & authoritatem, *Davidisque & Salomonis* pietatem. --- Sors interim æterna *Salomonis* incerta est. V. C. 17. v. 6. *Corvi*, Orebhim, quoque *deferebant ei panem & Carnes.* Male nonnulli Critici miraculum hujus loci extenuare conantur, vocis hebraicæ notionem reddentes per *Arabes*, incolas *Arab*, aut mercatores. VI. C. 19. v. 14. *Dereliquerunt pactum tuum filii Israel . . . derelictus sum ego solus* textus non favet H. H. dum nituntur probare Ecclesiæ deficientiam. VII. 4. Reg. 2. v. 11. *Ascendit Elias per turbinem in cœlum* ac cum Enocho præcursor Christi ad

judicium venturi futurus est. VIII. C. 5. v. 18. *Hoc solum est, de quo depreceris dominum pro servo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente super manum meam si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus . . . pro hac re. Qui dixit ei: vade in pace,* Scriptores eruditione linguæ sanctæ, & S. Scripturæ scientiâ insignes, quos citat Calmet, pro *adoravero* legunt *adoravi*; non igitur futuri, sed præteriti homagii veniam petit *Naaman*, conceditque *Elisæus.* IX. C. 10. v. 18. *Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius,* vere idololatriam simulavit, & simulando peccavit. X. C. 13. v. 21. *Projecerunt cadaver in sepulchro Elisei: quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo & stetit super pedes suos.* Exemplum istud pro cultu Ss. Reliquiarum tam acriter contra vigilantium urget Hier. ut rem cum nostri temporis protestantibus habuisse putetur. XI. C. 18. v. 4. *Ipse Ezechias, dissipavit excelsa & contrivit statuas, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moses.* Inepte ad textum provocant H. H. imagines Christi exin impugnantes. XII. Libri Regum res restas per annos 527. continent.

Antilogiæ adparentes.

C. 4. v. 26. — Deut. 17. v. 16 & 4. Par. C. 1. v. 14. — C. 6. v. 2. — 2. Par. C. 3. v. 4. & Exod. 26. — C. 8. v. 9. — Heb. C. 9. v. 4. — C. 9. v. 28. — 2. Par. C. 8. v. 18. — C. 15. v. 5. — 2. Reg. C. 24. v. 10. & C. 12. v. ult. — 4. Reg. C. 8. v. 26. — 2 Par. 22. v. 2. — C. 10. v. 12. — 2. Par. C. 22. v. 1. — C. 18. v. v. 5. & 7. — v. 14. C. 23. v. 9. — v. 20. — C. 24. v. 1. — 2. Par. 36. v. 6.

In Libros II. Paraligomenon.

Hebræi hos libros appellant *verba dierum*; nam videntur esse quædam epitome eorum librorum, qui sæpe citantur in libris Regum, cum dicitur, nomine hæc *scripta sunt in libro sermonum regum Israel* aut *regum Juda*? latini græco vocabulo *Paralipomena* i. e. prætermissa salutant, tanquam supplementum libris Regum adjectum, pluraque in illis omissa continens. --- Liber primus proponit summam S. historiæ ab ortu mundi usque ad obitum Davidis per an. 2990 --- Secundus describit historiam Regum Juda, & ex parte aliam Regum Israelis ab exordio Salomonis usque ad finitam captivitatem per an. 478.

Posit. I. Libri hi juxta communiorem ab *Esdra* ex relictis prophetarum monnumentis congesti creduntur. II. C. 4. v. 22. *Qui stare fecit solem, virique mendacii & securus, & incendens.* Hic Hieronymus pronominibus propriis significationem latinam posuit, ut sæpe alibi. III. C. 16. v. 40. *Offerrent holocausta juxta omnia, quæ scripta sunt in lege Domini.* Acatholici concludere nequeunt, S. Scripturam solam esse normam fidei, & præter præcepta in scripturis nil faciendum esse in cultu divino. IV. 2. par. C. 3. v. 7. *Cælavit Cherubim in parietibus* templi & v. 10. *fecit etiam in domo sancti sanctorum Cherubim duos opere statuario &c.* idololatricum igitur non est, icones

angelorum & sanctorum ponere in templis, etsi Deus id non jubeat. V. C. 13. v. 17. *Corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum* &c. correctores Romani prohibent, ne pro centenariis denarii legantur 5000. VI. C. 15. v. 3. *Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote doctore & absque lege.* Ex hoc Acatholici inaniter conantur probare, Ecclesiam universalem N. T. posse deficere. VII. C. 21. v. 12. *Allatæ sunt autem ei literæ ab Elia propheta.* Literæ istæ poterant spiritu prophetico ab Elia adhuc in terra degente scribi, & Eliseo tradi usque ad hoc tempus servandæ. VIII. C. 26. v. 18. *Non est sui officii Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum* v. 19. *statimque orta est lepra in fronte ejus*: ergo jus sacrorum non pertinebat ad reges, sed ad pontificem, consecratosque sacerdotes. IX. C. 29. v. 1. *Ezechias regnare cæpit, cum 25. esset annorum*, unde reipsa non plures, quam 11. annos circiter habere potuit *Achaz*, dum genuit *Ezechiam*. X. C. 32. v. 24. *Ægrotavit Ezechias usque ad mortem, & oravit Dominum, exaudivitque eum & dedit ei signum*; umbra tantum in horologio *Achax* reducta est. X. C. 33 v. 1. *Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cæpisset & quinquaginta quinque annis regnavit.* Historia *Judith* sub hoc rege, eoque ex Babylonia reduce contigit. XI. C. 34. v. 15. *Librum legis inveni in domo Domini.* Autographum *Mosis* erat, probabilius deuteronomium olim in latere arcæ positum. XII. C. 36. v. 19. *Incenderunt hostes domum Dei*.. *Universas turres combusserunt, & quidquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.* Immanem hanc persecutionem, quæ in Ss. vasa templi, ejusque ornatum desævit, adeo communem putant nonnulli, ut omnes libri Ss. in ea perierint; probabilius tamen apparet contrarium: *Esdram* proin omnes libros Ss. postea è memoria restituisse, per se ruit. XIII. C. 36. v. 6. *Nabuchodonosor* .. Joakim *vinctum catenis duxit in Babylonem.* In Anno 4to *Joakim* exordium captivitatis Babylonicæ figendum est.

Antilogiæ apparentes.

C. 3. v. 5. — Provb. C. 4. v. 3. — C. 3. v. 17. — Math. C. 1. v. 12. & Jere. 22. v. 30. — C. 18. v. 16. — 3. Reg. C. 2. v. 27. — 2. Par. C. 3. v. 1. — Psalm. 72. — C. 15. v. 17. — C. 16. v. 7. — 2. Parap. 34. v. 28. — 35. v. 22. — C. 35. — 1. Paral. 23. v. 26.

O. A M. D. G.

Ex libris sacra ex Pentateucho, una cum introductione in sacram scripturam, seu de objecto Hermeneuticæ

Positio I. S. Scriptura (a) est verbum Dei s. scriptoribus divinitus inspiratum et, ab his postea scriptum aliis hominibus communicatum.
a) Observanda veniunt hic sequentia, 1mo Nomenclatura ejus apud veteres, 2do ex quibus motivis demonstrari possit ejus existentia
b) in quo consistat inspiratio et quotuplex sit, an requiratur inspiratio quoad singula verba.
Positio II S. Scriptura dividitur in V. et N. Testamentum, primum complectitur 45 libros, qui in quatuor classes nitide distinguuntur in legales, historicos, sapientiales et Propheticos, apud Judæos in Legem, prophetas et Hagiographa, N. T. Continet libros 27.
[illegible]) Observandum quare S. libri dicantur canonici, quotuplex sit canon quo tempore canon hebræorum qui duplex est, et quonam canon Christianorum sit exortus; Item quinam sint Protocanonici, quinam Deuterocanonici, quinam apocryphi; Item quonam idiomate libri veteris, novi Testamenti primitus fuerint conscripti et quid sentiendum de Pentateucho samaritano.
Positio III Canon Christianorum genuinus est integer ille est quem con. Trid. Sess. 4 in decreto de canon. scripturis, idque probatur ex traditione.
Positio IV Utrumque fontem mendis non carere experta res est apud eruditos. Lez... Proleg. in B. S. sed malitiose et de industria in substantialibus corruptus non est.
a) Hinc utile est recurrere ad fontem dum apud Latinos quæstio exoritur, et est inter exemplaria varietas ut ait Hyeronimus authentia enim sua pristina adhuc gaudent, Regulis criticis tamen sancte observatis.
Positio V Autographa seu Originalia scripturarum jam habemus nulla, sed solum apographa editionesque in variis linguis varias prima in Chaldaica Tr. Targum תַּרְגּוּם, 2da in Syriaca, 3in græca nempe illa LXX Interpretum, qui tamen non integram scripturam V. T. verterunt, sed solum Pentateuchum, si historia de hac interpretatione vera sit, quoad substantiam quod admittimus cum Natt. Alex. dissert. 8 Tomo 6 Valuit in ecclesia latina et græca authoritate usque ad tempora Greg. M. In eadem L. græca prodiit versio Aquilæ ao circiter Xti 128, Versio Symachi sub Severo imper. et Theodotionis circa idem tempus, item versio 5ta ab Eusebius de ao 219, 6ta de ao 230, septima ab Origene inventa

Lib 16 H. Ex quas omnes versiones Origines in unum volumen
gessit inde Hexapla, Octopla et Origines.
Solo demum in latina innumerabiles versiones erant
Hae autem prae caeteris celebres erant semper: antiqua semper [illegible] S. [illegible]
et altera nova ex quibus non multo post Greg. temporibus
quaedam ad communem ecclesiae usum conduxit quia Vulgata dicitur
Doctio VI Hanc merito ecclesia pro potestate sibi a Deo tradita authenticam declaravit, ex variis illis versionibus latinis in materiis ad fidem et mores pertinentibus
imo correcta prodiit Lovanii 1547 secunda correctior 1574, demum occurrit editio Sixtina 1590 et dein Clementina ao 1592

De Sensu S. Scripturae seu de jure Hermeneutica

Doctio I Sensus S. Scripturae duplex est litteralis et mysticus qui dividitur in proprium et Metaphoricum *
* ad eruendum sensum litteralem, quod prima occupatio interpretis esse debet serviunt sequentia, Notitia latinismi sacri, notitia linguarum orientalium, appensio cum locis parallelis, notatione antecedentium et consequentium seu contextus, et scopi ubi theopneustos profecit mature consideratis.
Doctio VII Sub iisdem scripturae verbis duplex quandoque sensus litteralis admittendus est, sed non semper
Doctio VIII Sensus mysticus admitti debet sed non in omni scripturae loco, hermeneutica dicit quando, item quando acommodatitio sensu uti liceat.

Prolegomina in Pentateuchum

Doctio 1. Pentateuchus qui hebraeis dr התורה Thora, Graecis Πεντα τευχος et in N. T. quandoque lex Moysis, aut simpliciter Moyses est opus genuinum Moysis prob. ex Josue C 1 7, in N. T. ex Luca C. 24 v 44 et 27, act Cap 15 v 21 scriptusque est probabilius post datam legem
2. Divisio in 5 libros Moysi recentior est
3 Scopus Pentateuchi est evertere systhemata Chaldaeorum et aliorum, de aeternitate mundi, et fratres suos confirmare in relig. patrum suorum, scopus tamen principalior uti Joannis V 3. [illegible] Messias Salvator noster Joes Cap 5. 46 ad Hebr 9 - 10.11 vid.
Huetius demonstratione evangel. propos IX
4 Argumentum Pentateuchi tradit S. Hyeronimus epla 10 ad Paulinum
" Manifestissima est inquit Genesis, in qua de natura mundi, de exordio generis humani, de divisione terrae, de confusione linguarum, gentium usque ad exitum scribitur hebraeorum.
" Patet Exodus cum decem plagis, cum Decalogo, cum mysticis divinisque praeceptis. In promptu est Leviticus liber in q[uo]

singula sacrificia; imo singulae pene syllabae, et vestes Aaron et totus ordo leviticus spirant caelestia sacramenta. Numeri vero nonne totius arithmetica, et prophetia Balaam, et quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent? Deuteronomium quoque secunda lex, et evangelicae legis praefiguratio.

Genesis

Doctio 1. In principio in primordio temporis בְּרֵאשִׁית creavit Deus, a) coelum et terram, b) rerum intervallo, c) fecitque hominem ad imaginem suam d), quem serpentis astutia miserè dejectum, e) erexit misericorditer sponsione Mediatoris / a Capite 1 ad 4
Ex hoc commata dogmatica sunt; mundum non esse aeternum. 2/ collatis simul locis parallelis ex nihilo conditum esse probari potest
3 angelos mundo corporeo anteriores non esse asserit conc. lateranense 4
at concilium rem definire voluisse contra Bulliam et SS. Patrum negant dogmatici, Petavius Theol. dogmat. de angl. in principio credebam
a) ait S. Augustinus, jam Patrem in Dei nomine, filium in principii nomine, et trinitatem credens quaerebam in eloquiis sanctis, et ecce spiritus: at haec ad sensum mysticum potius, quam ad sensum litteralem cum S. Hyeronimo pertinere visiones, qui ultimus esto: in principio creationis etc. 2 spiritus ferebatur etc. deus quasi artifex considerabat opus adhuc imperfectum, quid de eo faceret. b) Hebr.
בָּרָא אֱלֹהִים Dii creavit, plures SS. patres hic innui mysterium S. trinitatis credidere, recentiores hic merum hebraismum agnoscunt. sanctissimam autem in unitate pluralitatem velatam tamen vide Cap. 1 v 26 Faciamus ad imaginem nostram et cap 3. 22 ecce adam et
c) mysticos adstruere dies quod subdubitanter fecit augustinus Moysi historico è diametro repugnat, omnia simpliciter hic accipienda
1ma dies vidit creatam terram opertam aquis, nam lux nondum erat, aut potius opus primae diei erat ipsa prima dies, Primos hos dies a noctibus segregavit immensa moles materiae lucida in abyssi summitate pendula, quae astris fors materiam postea subministravit.
2da die firmamentum רָקִיעַ expansum, potuit in medio aquarum dici vel coelum stelliferum, vel vastum illud spatium quod a superficie terrae et aquarum protenditur usque ad extremum universi confinium. Ergo superiores aquae Moysis scopum superantes sed to aqua vaporum, super firmamentum indicat pluviales quasi in aere suspensas.
3tia dies superficiem terrae siccam aspexit recedentibus aquis inferioribus ad unum locum, tanquam terram pulcherrimis florum et arborum indumento ornavit a Deo productarum conf Cap 2 v 5. quorum semen in semetipso sit Cap 1 v 11
4ta dies coelum ex astris ornat. 5ta dies aquas piscibus et volucribus ex aquis productis aëra instruit. 6ta die callare terram incipiunt bestiae et jumenta et reptilia, hac quoque die alio tamen appa[

pare tu creatus est homo mas et femina Cap 1 v 27 non tamen in eodem instanti, sed postquam animalibus homen imposuerat Adam formatur Eva, sequitur benedictio, qua tamen praeceptum connubii non continet, datur facultas vescendi de fructibus, praecepta collocantur in paradisum. cap 2. 21 Historologiam agnosce. Trasp... vit in faciem ejus spiraculum vitae, ex hoc loco S. S. patres communiter immortalitatem animae probant. Paradisus ... de Otio creatus, quemque in Armenia collocamus, cum diluvio ... ruit.

Verus serpens sed simul energumenus tristis hujus Tragediae ... fuit, primo assensum dedit Eva quae Adamum in culpam ... amore, species ligni vetiti, utrum et scientiae boni et mali ... conjecturas herent. vim augendi scientiam quidam cum Josepho Flavio opinantur, alii verius cum S. Augustino hanc scientiam tantum experimentalem fuisse judicant, quod illud ... per experimentum poenae disceret, quid interesset inter obedientiae bonum et inobedientiae malum: L 8 de gen. ad lit. conjugatur hic femineum genus partus dolore aut hujus ultimi augmento subjectioni ad viros, quae vere poenalia erant. —

Sine fide saltem implicita in J. C. mediatorem justificatio ... neri potuit nunquam: suppono ex theol. dogmat. eundem ... lapsis parentibus Deus annuntiare debebat, ideo ... Cap 3 v 15 inimicitias ponam inter te et mulierem, et indubitanter asserimus, hac promissione consolabatur, quos delim... perituros erat, Deus. Serpens ibi malignus spiritus haisch... = nis mulier vel Virago B. virgo ... Maria. semen ... Xtus, hujus gratia salvatos credimus Protoparentes. Ipsa hic mendosum est. Martianaus editor op. S. Hieron. contra olim vulgatam habuisse Ipse J. Christus: vel ipsum, utraque tamen sectio cum Weitenauer facile conciliari potest.

Quid et Cherubim custodientibus Paradisum?

Positio II Protoparentum familia ... mascula ditatur prole Cain et Abel, ast hinc sui superstitem non patitur male a Caino concepta fraterna Charitatis invidentia, et jacturam reparat Seth c) hic filiorum Dei, ille filiorum hominum parens et propagator, d) mixta inter eosdem connubia pessume et nefanda ... tantum accumulant flagitia ut universali Cataclysmo ... dederint, e) Justo Noë arca asylum praebet. a Cap 4 ad 9.

a) ... Kain idem sonat ac possessio, sic vocatus quia mater ... dixit possedi hominem per את Deum, vertit Lutherus possideo hominem Dnum, non repugnante quidem grammatica hebraica, reclamante tamen Hermeneutica quia omnes antiquae versiones cum Vulgata faciunt. Est hinc argumentum pro divinitate Messiae

dicit hac armatura non indiget theol. dogmat. — In verbis dei et Cain: Nonne si bene egeris recipies, sin autem male in foribus erit peccatum, sub te erit appetitus ejus et tu dominaberis illius, versio LXX hic non contemnenda, sed cum communiori S.S. Patr. interpretum sensum Vulgatam amplectimur, sed quisnam ille? ubra lectio libertati hominis favet. quoad theologiam: Verba egrediamur foras non habet ... Hebraus; quid ergo? mutilum esse, mutilum decidunt regulae hermeneuticae. Livori ansam dederat suorum munerum reprobatio, hanc igne de coelo decidente, ut Theodoretus adverti: facturam asserunt interpretes. fratricidium tamen maledictio feretur impresso ipsi Caino signo ne ab omni obvio occideretur Cap 4. 15

c) Seth natus est ad 130 ano vel paucis post Abelis mortem annis

ex Cap 4. 25, Millenos posteros tunc forte numerabat Adam. Porro quod plures habuerit Adam liberos quam Cain et Seth patet, undenam enim sumpsissent uxores? Planeticolas non novérant. hoc ad C 4 v 16. At Caini et Sethi tantum Moÿses meminit: Cur? Respot Bellarminus se sacram histor. per praecipuos Patriarchas texit Moÿses Genealogiam Abrahae, eorumque Chronotaxin figit. hoc ex Moÿse dogmaticum est contra praeadamitas: omne hominum genus per Adae filios progeneratum esse. Chaldaei, Aegyptii, Sinenses facile in ordinem rediguntur in theol. dogmatica. vid diction. Nonnote et Bergier.

d) Inter filios Seth praeminet Enos. iste capit invocare nomen Dni Cap 4 v 26. Sensus est tunc coeperunt filii Seth vocari filii Dei, Nugas hic agit Concinnator Lutherus. Henoch ex posteris Sethi translatus est ne videret mortem, apud Hebr. C 11. 15 ast quo? hac quaestio non pertinet ad fidem. ab hoc per Mathusalem descendit Lamech, primus Poligamus adulter; a quo genitus e Noë, qui 600 aetatis habens 500, genuit Sem, Cham et Japhet, sed quisnam hos inter primogenitus? Communius asseritur hunc esse Semum — Gigantes erant super terram insolitae naturae homines et saevitia, non daemones, non savi tantum nec ex connubio cum filiabus hominum prognati. nam pro to enim C 6 v 4 in vulgata legi debet etiam quod patitur latinismus sacer.

e) Antidiluvianorum malitiam graphice exponit Moÿses C. 6 v 5. Cuncta cordis cogitatio intenta erat ad malum. Cuncta i.e. plurima. intenta i.e. non inclinatione sed actu. LXX, his nihil detractum est ob frustra expectatam poenitentiam. Diluvii universalitatem littera S. Scrip: tura proprie accepta pronuntiat confer C 7 v 11 cum C. 1 v 6 hoc omnes aquae reversae dicuntur. item confer C. 7 v 19 idem probat traditio universalis. ubicunque certa nobis appareat universalitas diluvii dogmaticus tamen non annumeramus. temperavit a censura S. congregatio contra Vossium in quaestionem adductum ob apertam diluvii in Asiam restrictionem, suo consilio ... doctiss. Mabilonis — Ex animantibus mundi septem ex qualibet specie aut juxta alios 7.

paria, ex immundis duo in arca asservata sunt, hic notandam arcam
universæ arcæ ad 675000 pedes, in longitudine 450 pedes, in latitudine
75 pedes in altitudine 45 pedes excurrebat. Animantia in quibus nobis
tantum nota sunt genera 130 ~~boves~~, 3730 ~~oves~~ & 30 lupi. Manos Noë
~~in arca integro anno~~ reptilium 30, volucrum 130 tantum spatium
occupabant quantum 130 boves, 3730 boves & 30 lupi. Mansit
in arca integro anno et decem diebus ingressus est anno vitæ suo
mense 2da, die 17ma mensis 2da. Anni Noë cæterorumque Patriar-
charum nostris æquales fuere. Prima hic sistit mundi ætas numerans
usque ad diluvium 1656 annos, juxta Chronologiam T. hbr. et vulgatæ
quam illi Samaritani codicis et versionis LXX præferimus.

Positio III. Noë cultura intentus vineæ ejus succo delectatur et opprimi-
=tur. a) Inverecundum Chamum filii ejus Canaan maledictione ferit.
Arphaxad nepos Noë generat Sale c) Numeri auctî Noë posteri
immensæ molis ædificium moliuntur, sed ab hoc perficiendo lingua-
rum confusione deterrentur. c) Septuagenario Patre Thare natus est
Abraham jussu divino patriâ excedens ætatis ao 75 secundam finit
ætatem a Capite nono ad duodecimum.

a) Sanctos dei homines dum deliquisse videntur a graviori vindicari
nostra debita ipsis a nobis reverentia exposcet, aut si fors veré pecca-
te commisserint, scripta sunt ut ea fugiamus, S. Chrysost. Vinum
Antediluvianis ignotum fuisse quis credat? carnibus et piscibus
vesci tunc prohibitum fuisse ex C. 1. 29 cum C. 9 v 3 verosimiliter
colligitur, non amplius obligat præceptum de sanguine non comedendo
alia præcepta sic dicta Noachica asserta a Rabinis Rtiani ignorant
interpretes.

b) Canaanum prævenisse Chamum inverecundiâ patris subsannatione
Rabini tradunt quibus hic assentimur.
2) In quibus consistit benedictio data Semo et Japheto?
c) Cainum inter Arphaxad et Sale medium ignorant hebraica exempla-
=ria, recensent autem LXX hos hermeneutica non veretur, sed apud
S. Lucam Cap 3 comparet; hinc in diversa abeunt Interpretes et Chro-
nologi. Nemrod potens venator coram Dño i. e. heros maximus, eidem
verosimiliter qui apud profanos Belus Assyriorum regni fundator,
fors molimin̄is Babilonici author fuit, Noxam non habet in ore
bonorum saltem gravem, & celeberrimus nomen nostrum antequam
(in hebr) [illegible]) dividamur et sic numquid etiam in ore Nemrodia-
=rum? Harum tunc linguarum numerus nec conjectando iniri potest
Capit divisio gentium circa ætatem Phaleg, quod descendit a [illegible] divi-
anno circiter 99 post diluvium aut ao 101 juxta S. August L 16 de Civ.
c) Ex anno nativitatis Abræ velut ex cardine pendet computatio aorum
mundi ætates, ad sexaginta annos ibi discedunt chronologi, hi anno
Thare 70 illi 130 natum prætendentes. ansam præbuit divinus concio-

Stephanus ait [illegible] divino historico apparenter contrarius, primus benevoli
interpretationis pacificandus, id quod concionatori potius quam historico
accommodatum est, incidit vocatio Abræ in annum 367 a diluvii
exordio LXX iterum excessivi.

Positio IV Abram ex Canaan in Aegyptum discedens sibi consulit per Sarai
sororem suam, in Canaan reversus de quatuor Regulis victor a Melchi-
sedech panem et vinum offerente benedicitur b) repetita seminis
ac terræ Canaan benedictione consolatur. c) Ismaele ex Agar nato
accepit signaculum circumcisionis. d) a Cap 12 ad 18

a) Sara et uxor et soror Abræ probabilius ex eodem patre erat, juxta
alios filia Arani statum suum occultabat Sara et loquendo et incedendo
more aperto videlicet facie, conjugata enim nube seu velo tecta solebant
comparere. Nundinatorem uxoris pessime Abramum vocant Luther
& Marshamus –

c) Melchisedech non angelus aut spiritus, aut filius dei aut virtus
Dei, ut Melchisedechiani, August. har 34. nec Sem habitans circa Arabiam
Cap 10 v 30, nec Cham sed verus homo. Regulus Chananæorum pius tamen
Dni sacerdos protulit panem et vinum non ad cibum militum de sed
ad sacrificium veré pacificum pro victoria abræ a Deo concessa ut SS. PP.
S.S. PP. Rhetorico apparatu de Melchisedecho multa recenset aplus
in epla ad Hebr. 7 quæ suo sensu sunt vera: de sacrificio Melchisedechi
altum silet, sed attendendo ad scopum apli nec inconsueto vid. dissert.
Cl. Klüpfl edita Friburgi

d) Ismael legitimus Abræ filius uti et Mater ejus Agar legitima
tamen secundaria uxor fuit, promissa tunc Poligamia. Circumcisionem
in signum fœderis cum Deo initi Abrahæ mandatum legimus hic C. 17
de efficaciâ illius remittendi peccatum originale nulla hic mentio. Abræ hic
mutatum a Deo nomen ex nunc appellandus est Abraham אַב רַב הָמוֹן

Positio V Justus Lot nefanda Sodomitarum angustiatur libidine a, quam
ultrices flammæ mox extinguunt; Curiositatis pœnam dante uxore Loti.
b) Patris concubitum suffragantur filiæ C. 19.

a) Si Lot obtulit filiarum pudorem sodomitarum libidine ut salvaret
tres angelos sane peccasset, at in perturbatione, fors quod loquitur, ipse
non intelligebat.

b) Horrendum Pentapolis excidium igne de cœlo depluo atque terra
dehiscente absumpta, totum si naturaliter factum dixis, toto cœlo ab-
erras, si autem Deum causis naturalibus hic usum asseras, non repu-
=gnabit theologia. Veram mutationem corporea substantia mulieris
in materiam aliam v. g. sola testatur antiquitas, sacro textu innixa
an autem hebreum נְצִיב nasiph vertas in statuam v. acervum idem
erit peccavit uxor Loti saltem inobedientia cfr C. 10. 7 cap. Luc 17. 32
c) An peccaverint filiæ Loth? Rx Ultimato solus ille novit qui corda

omnium novit. Lotum autem peccasse non incestu sed ebrietate
asserit S. Augustinus.

Positio VI. Ismaëlum cum matre Agar domo expelli jubetur a; Isaac futurus victima ab angelo salvatur, Sara mortua sepelitur in Mambre, Isaac Rebeccae copulatur, quae luctantes in utero Jacob et Esau geminos parit
a Cap. 21 ad 25


a) ejectio Sarae consilio a Deo approbata facta est


b) Eximia Abraha obedientia nec parcens praedilecto filio amplissimo remunerata est favore, promissione Messiae ex Isaac illius symbolo nascituri, Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Nota Tò unigenitus in scriptura idem sonat ac praedilectus in hebr. יחיד
Exemptus est ab Abrahamo ager 400 siclis pro Sarae sepultura, appensis non in moneta signata, ut vulgata innuere videtur. Tò Abraham per incuriam Librariorum irrepsisse in s. textum Act. 7.16 dicas, lapsus memoriae accusare Stephanum cum Melchiore Cano non teneris, aut etiam respondere potest ait aliquis ex recentioribus, aliud insuper sepulcrum ab Abraham emptum fuisse in Sichem.

d) Eliezer electo a se signo, benevola aquae administratione explorans idoneam et Isaco destinatam sponsam superstitionis minime reus est.

Scholion. Scripturiphilos insuper attentionem suam dirigat ad loca seq. C. 14 v 23. C 13 v 11. C 14. 5. cum iis C. 17 v 10. circumcisionis origo C 17 v 14. Sara risit C. 20. 16. quid velamen. C 21 v 9. quid ille lusus 23. 2 de planctu super mortuos

1813





2567

Prooemium

Theologia, si etymologiam spectes, vox graeca Sermonem de Deo denotans a pluribus jam Saeculis adhiberi solet ad scientiam illam significandam, quae omnia in humani generis salutem revelata complecti-tur, sive dein proximam sive remotam tantum ad ipsum numen habe-ant relationem. Ab antiquis autem patribus vocabulum istud in sensu mul-to restrictiore sumebatur, & nonnisi illam sacrae doctrinae partem ipsis innuebat, quae de Christi divinâ naturâ, quam ab aeterno a patre communi-catam habet, praecipue agit, cui dein oeconomiam seu de humanâ Salvatoris naturâ, quam in plenitudine temporis ex Maria assumpsit, tractationem adjungebant; hinc quoque inter Apostolos Joannes & inter patres Gregorius Nazianzenus theologi titulo distinguuntur, quia ille per totum evangelii sui decursum contra Cerinthum & Ebionem Christi divinitatem asseruit, & hic in lucu-brationibus contra Arianos scriptis idem dogma prae aliis defendit. Ad hanc antiquam notionem attendentes, ut nos Theologorum nomine, quod secun-dum usum modernum omnibus ad pleniorem, solidiorem & vere eruditam Religionis cognitionem datur Aspirantibus, in sensu patrum non omnino indignos praestemus, ex pluribus materiis hoc anno pertractatis, illam praecipuè, quae de Christo, Deo-homine agit, selegimus, quam pro primo exercitii theologici tenta-mine amicae disquisitioni subjiceremus.

1. Christus Deus

1. Christus Deus.

I. Divinitas Christi ex proprio ipsius testimonio constat, pr
Joannis capite V & X, ubi nomen, attributa, opera & cultum
Dei sibi attribuit, Judæis & discipulis ipsum non aliter intell
=tibus, & Christo errorem, si error fuisset, eos non dedocente, sed m
magisque ad miracula provocando confirmante. Cum advers
Christum veritatis doctorem, & legatum saltem Dei fuisse non neg
/id quod ex ipsius perfectissimo Charactere, ex doctrinâ acutissim
Græciæ & latii sapientibus incognitâ, & ex numero, splendore, & v
=te miraculorum publicè & innimicis inspectantibus patratoru
facile probari posset,/ hinc argumentum istud fit ineluctabile,
vel Christi divinitatem admittere, vel Evangelio & Christiano nom
renuntiare debent, ne errorem crassissimum à Deo miraculis confirmatum
et hominum pessimo /absit blasphemia dictis/ adhærere videantur, qui cum
orbem & præcipuè populum unius Dei notitiam inter Polytheista
=huc retinentem in idololatricum sui ipsius licet meri hominis cu
inducere tentasset, merito & legi mosaicæ contra Pseudoprophetas
latæ omninò conformiter à judæis neci datus fuisset. Nec variæ Explic
quibus alium Christi verbis sensum affingere tentant, ullatenus con
=dicentes hic juvant, nam vir sapiens & pius, et multo magis ex
à Deo Religionis institutor ne per verba quidem ambigua generis
=mani seductioni in Dei mittentis contemptum ansam dare potuisset,
explicationes tam apertæ sunt, ut ipsi gentiles, Celsus, Julianus, Hie
sicut, et judæi apud Justinum & in Talmude divinitatis affectatæ Chr

accusarint

accusarint, ut persecutores martyribus ignominiosam Dei ab ipsis adora
=li crucem continuò objecerint, & antiquiores hæretici E. g. Alogi potius
scripturæ partes rejecerint aut corruperint, quam ut textui tam claro
sensum a nostra Explicatione diversum indidissent. Accedit, quascunque
alias interpretationes ipsâ suâ novitate, varietate, futilitate et
detorsione Verborum sufficienter confutari, nec loquentis scopo & rudi
auditorum ingenio, cui prudens quisque se accommodat, ullo modo
convenire.

II. Eadem divinitas Christi constat ex consentientibus, constantibus & morte
cruentâ confirmatis apostolorum testimoniis, quorum sermonem Domi-
=nus sequentibus signis confirmavit, quibus conversus ab erroribus
& vitiis ad veritatem & virtutem orbis fortissimum argumentum præ-
=bet, et quorum veracitatem debilis argumentis probatam hic ex
demonstratione evangelicâ supponimus. Verba expressa legimus
Petri, Pauli, Joannis & Thomæ, qui, cum gentilibus præcipuè prædica-
=rent & scriberent, cautius sanè; si mens ipsorum fuisset alia
de magistri sui personâ, quà strictissimi unius Dei assertores
locuti fuissent, & loqui debuissent, ne primos Christianos à
falsâ plurium Deorum opinione vix reductos in novum priori
similem errorem intruderent. Hic textus Joannis cap. V. tres sunt, qui
&c. locum suum invenit.

III. Prophetæ Messiam Deum futurum satis clarè indigitarunt, Jesus autem
est prænuntiatus ille Messias, ergo Deus quoque sit oportet. Huc
pertinent Isaias: Vocabitur nomen ejus admirabilis, Deus, fortis,
pater futuri sæculi &c. Deus ipse veniet, & salvabit vos. Jeremias:
hoc est nomen quod vocabunt ei, Dominus justus noster, seu ut habet
hebræus.

hebræus: Jehova justitia nostra. Michæas: Ducis ex Beth
egressus ab initio a diebus æternitatis. Malachias: Veniet ad tem-
plum suum dominator, quem vos quæritis. David: Dixit Domi-
nus Domino meo: Sede a dextris meis, ex utero ante lucifer
genui te. Huc quoque spectant citationes in novo testam
Christo applicantes, quod in veteri de summo Deo dictum e
apparitiones, in quibus apparens se missum dicit, & simul ut Je
continuo loquitur & agit.

IV. Ecclesiæ traditio ex patribus quoque antenicænis probanda idem dog
aperte continet. Si hi patres aliquando obscurius & non satis ad ex
Scholasticæ accurationis locuti fuerint, cogitandum est, ipsos de trin
agentes versatos esse in re nova, antea incognita, ubi expression
omnino congruæ deficiebant, & vocabula a naturalibus sumpta
=nisi inadæquate mysterio sublimissimo applicari poterant.
Sana crysis jubet textus obscuriores ex clarioribus explicare. Usus con-
=tinuus & generalis formæ Baptismi in eodem ordine tres personas
=tis, & oppositio fidelium contra hæreticos, divinitatem christi nega
quales erant Theodotus uterque, Paulus Samosatenus, Photinus & por
Arius, quem 318 episcopi in prima Synodo oecumenica Nicææ con
=tio consentientes condemnabant, eandem traditionem ostendunt,
et usus hymnorum, qui Christo ut Deo, Plinio ipso teste in catho
=licis decantabantur, ad quos hymnos velut antiquos saeculi jam secundi s
contra Artemonem disputans apud Eusebium provocat.

V. Testimonia martyrum ex actis genuinis a Ruinartio collectis robur invic
hac in re habent, cum innumeri variorum temporum, locorum & condi
homines idem de fide sibi tradita dicant, et ad ipsius Jesu exemplum

judicibus

judicibus, ubi aperte loquendum & in immanissimis tormentis, quibus
ferendis natura sola nunquam par fuisset, usque ad mortem idem
protestentur, quos omnes, et inter ipsos tot plebejos, milites, mulieres,
senes, pueros atque puellas nonnisi metaphoricis locutionibus illis
in extremitatibus usos esse, aut sententiis platonicis adhæsisse sine
aperta insania affirmari non potest.

VI. Varia Miracula in confirmationem hujus dogmatis & ab assertoribus illius
patrata a Scriptoribus ecclesiasticis referuntur. Unum sufficiat, quod in
Mauritania Africæ provincia sub rege Vandalorum Hunerico sæculo quinto
contigit. Cum plures civitatis Typasensis incolæ ariano Episcopo divinita-
=tis Christi hosti se conjungere nollent, regis jussu ipsis linguæ radici-
=tus abscissæ sunt, præstante tamen Deo vocis organo sublato loquela
sublata non fuit, imo uni ex ipsis, qui antea mutus fuerat, tunc
demum concessa, & a duobus aliis diu postea propter luxuriæ peccatum
iterum perdita. Testes hujus publici facti quinque adducimus coævos,
oculatos, a partium studio alienos, & auctoritatis summæ, Justini-
=anum nempe imperatorem in lege pro eadem Africæ provincia,
ubi res contigerat, data, Victorem episcopum vitensem, in histo-
=ria vandalicæ persecutionis quatuor annis post factum scripta,
Aeneam Gazæum philosophum, qui se magis ipsorum vitam
contra omnes medicinæ regulas, & naturæ ordinem conservatam,
quam loquelam admirari scribit. His procopius & Mar-
=cellinus Comes accedunt.

2. Christus homo

2. Christus homo

Cum in humanam Christi naturam a variis quidem antiquio[…]
erratum fuerit, sed nostris temporibus hæc ei a nemine, nisi
=cis ex fanaticorum familiâ, denegetur, hinc ne tempus utilioribus
=natum refutandis errorum commentis, quos dies jam delevit, frustra
=damus, historicè tantum adversarios notabimus.

1. Gnostici varii generis, Marcionitæ & Manichæi materiam mala[…]
=tes, Christo, cui nil mali tribuere audebant, corpus tantum phant[…]
aut de coelis allatum, dabant.

2. Apollinaristæ animam humanam omnem, aut rationabilem saltem[…]
sensitivâ, Christo negabant, Verbo animæ vicem supplente

3. Nestorius Christos duos inducebat, in duas personas ipsum divi[…]
quæ amicitiæ tantum consensu conjunctæ essent, unde & honorem[…]
=men Θεοτόκος Mariæ adimebat. Huc pertinent Felix & Elipandu[s]
Concilio Aquisgranensi condemnati, eo quod Christum propter natura[m]
humanam filium Dei adoptivum dicerent.

4. Eutyches unam naturam in alteram mutatam aut humanam a di[…]
absorptam, aut ambas ita commixtas ponebat, ut duæ non maner[…]
& Christus post unionem Deus simul & homo non esset.

5. Monothelitæ unam tantum voluntatem & operationem divinæ & h[…]
=næ naturæ asserebant. Hic quæstio de Pontifice romano Honorio oc[…]

6. Aliqui ex antiquioribus Lutheri discipulis proprietates divinitatis naturæ hum[…]
re ipsas communicatas volebant, præsertim sic dictam ubiquitatem. Nos c[…]
=nicationem idiomatum in concreto non in abstracto defendimus. h. e. de pers[…]
etiam de utrâvis naturâ simul cum personâ expressa dici omnia possunt, quæ[…]
vel quà Deo, vel quâ homini conveniunt, uni autem naturæ separatim sumpta[…]
=bui nequit, quod alteri naturæ tantum conveni[t].


Positiones has theologicas

24 Sept. ab horâ secundâ postmeridianâ
defendent

Ss. Theologiæ Candidati sequentes.

D. Nicol. Palm
D. Carol. de Grass
D. Franc. Geller
D. Steph. Brewers
D. Pet. Küttgens
D. Pet. Schiffer
D. Laur. Carlier
D. Casp. Cormann

D. Jos. Klintkenberg
D. Aegid. Olbertz
D. Jos. Reuss
D. Pet. Schaffrath
D. Mart. Scholl
D. Xav. Schoell
D. Jos. Vellvoije
D. Andr. Zimmermann



PETRI JOSEPHI SCHMITZ

COMMENTATIO

AD QUAESTIONEM MATHEMATICAM.

PETRI JOSEPHI SCHMITZ

AQUISGRANENSIS

LITERARUM HUMANIORUM IN ACADEMIA LOVANIENSI STUDIOSI

COMMENTATIO

AD QUAESTIONEM AB ORDINE DISCIPLINARUM MATHEMATICARUM ET PHYSICARUM PROPOSITAM:

Dantur axes XX' et YY' in puncto A sub angulis rectis se transeuntes. In axe YY' capitur portio AB = a, et ex puncto B ad ipsum axem YY' perpendicularis recta BC = b elevatur, literis a et b quantitates determinatas significantibus; ex puncto C rectae lineae in axem YY' emittuntur, ad quas ex punctis intersectionum cum axe YY' perpendiculares excitantur; de puncto A deinceps ad has perpendiculares perpendicula alia dejiciuntur, quorum pedes in linea curva jacent, cujus natura auxilio aequationis inter coordinatas orthogonas x et y exhibitae primum investigetur, quin tamen auctor rectificationem curvae atque quadraturam indagare debeat; usus deinde ejusdem curvae accurate laudetur.

QUAE PRAEMIO ORNATA EST IV NON. OCTOBR. MDCCCXXIV.

LOVANII,

APUD VANLINTHOUT ET VANDENZANDE, ACADEMIÆ TYPOGRAPHOS.

MDCCCXXV.

Timide sed confidenter.

PROOEMIUM.

Timide sed confidenter VIRI DOCTISSIMI, judicio vestro subjicio hanc qualemcunque commentationem ad quaestionem, quam in Mathematica Theoretica pro certamine Literario hujus anni Academici proposuistis.

Diu quidem multumque dubitavi, utrum hoc opus aggrederer nec ne; non enim fugerat me, accuratam hujus quaestionis commentationem operam postulare multo majorem, quam ego in ea scribenda ponere possem. Etenim cum aliud ego et a Mathematicis disciplinis longe diversum studiorum genus, cui totum me dare cœpi, continuem, illudque ipsum diligentiam postulet nullo

modo interruptam, fieri non potuit, ut, (quod tamen fieri debuisset), relictis per aliquod tempus aliis omnibus, ad perlustranda Mathesis sublimioris praecepta unice me accingerem. Nihilominus tamen propter singularem quemdam amorem, quo Mathematicas doctrinas semper prosecutus sum, impetrare a me non potui, ut rem omnino missam facerem, idque eo minus, cum saepius relecta, diligentius examinata et cognita quaestione, qua rectificatio curvae atque quadratura disertis verbis excipiuntur, intelligerem, fieri forsitan posse, ut iis etiam, *quas in promptu haberem*, Matheseos notitiis commentationem aliquam scriberem, quae, etsi minus perfecta, tamen non indigna esset, quae tanquam periculum aliquod vestro judicio subjiceretur. Opus igitur meum aggressus investigavi non nisi ea, ad quae investiganda mihi ad Geometriam sublimiorem, ad calculum differentialem aut intregralem aut ad analysin sublimiorem non erat recurrendum. Hanc ob caussam e. g. non nisi tangentes orthogonas tetigi, i. e. non nisi eas, quae axi abscissarum aut parallelae essent aut

eidem perpendiculariter insisterent; eandem ob caussam non determinavi punctum conversionis, quod in ipsa dissertatione breviter solummodo memoravi (§ XXXI in nota); neque denique excepta linea circulari ullam aliam curvam cum ea, de qua in hac dissertatione agitur, comparavi. Quod ad tangentes separatim attinet, vel propterea orthogonas mihi solummodo determinandas esse putavi, quod in proposita quaestione plane ac diserte dicitur: « auxilio aequationis inter coordinatas *orthogonas;* » addito enim verbo *orthogonas* significari visum est, ne in coordinatas obliquangulas inquireretur. Quod ad comparationem attinet, quam inter curvam, de qua agitur, et circulum institui, non solum in eo me continui, ut ostenderem, posita quantitate $b = o$ curvam in circulum abire; verum etiam diversis locis, in variis aequationibus ponendo $b = o$ erui vel hanc vel illam rem, circulo propriam. Quod etsi superfluum videri possit, attamen non praetermisi, quo scilicet certa formularum inventarum veritas eo manifestius appareret. Eandem ob caussam

non uno sed pluribus locis et ex variis aequationibus monstravi, posita quantitate $a = o$, nodum curvae in cuspidem contrahi.

Nota illa quam § 16 adjeci, qua curvam pro $b = o$ eodem modo, qui in proposita quaestione affertur, describo, atque ostendo, eam necessario circulum evadere, haec nota, inquam, propterea adjecta est, ut veritatem mente perceptam etiam quasi manu capiendam porrigeret.

Totam vero commentationem ipsa quaestione duce in duo capita sic divisi, ut in priori naturam curvae investigarem, in posteriori ejusdem usum docerem.

Quod superest, Viri doctissimi, enixe vos rogo, ut si qua forte vitia, quae describendo irrepserunt, me inscio remanserint, ea mihi indulgenter condonetis. *Valete.*

Scripsi III Nonas Majas Anni MDCCCXXIV.

CAPUT I.

DE NATURA CURVAE.

§ I.

Datis lineis rectis YY′ et XX′ (fig. I) sese in puncto A sub angulis rectis intersecantibus, capimus in YY′ partem $AB = a$, et in puncto B erigimus perpendicularem $BC = b$. Ex puncto C ad lineam YY′ variae exeunt lineae rectae $C\alpha$, $C\beta$, $C\gamma \ldots$, ad quas in punctis intersectionum cum YY′ excitantur perpendiculares $\alpha\alpha'$, $\beta\beta'$ et $\gamma\gamma'$, quae, demissis ex puncto A ad se perpendiculis $A\alpha'$, $A\beta'$ et $A\gamma'$ terminata, puncta α', β', γ' determinant, quae puncta pertinent ad curvam, de qua in praesenti dissertatione acturi sumus. Sic vero ductis ex puncto C ad YY′ pluribus lineis, et excitatis in harum intersectionibus cum linea YY′ perpendiculis, quae iterum demissis ex puncto A ad se perpendiculis terminantur, punctum quodlibet lineae curvae SKAF*m*A*c* determinari potest.

§ II.

Ad investigandam hujus curvae naturam, primum opus erit, ut illius aequationem, quam dicunt, inveniamus. Sit igitur $\alpha'\delta$ ad AB perpendicularis, tunc habemus (quoniam triangulum $A\alpha'\alpha$ ex constructione rectangulum est) minora triangula $\alpha\delta\alpha'$ et $A\delta\alpha'$ similia. Porro lineae αC et $\alpha' A$ ad eandem $\alpha\alpha'$ perpendiculares, sunt parallelae, unde $\angle C\alpha B = \angle \delta A\alpha'$; deinde vero $\angle \alpha BC = \angle A\delta\alpha' = R$; unde sequitur triangula $CB\alpha$ et $\delta\alpha' A$ esse similia. Sunt igitur tria triangula $\alpha\delta\alpha'$, $A\delta\alpha'$ et $CB\alpha$ sibi invicem similia, unde efficitur proportio:

$$A\delta : \delta\alpha' = \delta\alpha' : \delta\alpha,$$

e qua cogitur

$$\delta\alpha = \frac{\delta\alpha'^2}{A\delta};$$

porro habetur proportio

$$\delta\alpha' : A\delta = CB : B\alpha,$$

hincque

$$B\alpha = \frac{A\delta.\ CB}{\delta\alpha'};$$

quamobrem esse debet

$$\delta\alpha - B\alpha = \delta B = \frac{\delta\alpha'^2}{A\delta} - \frac{A\delta\ CB}{\delta\alpha'}$$

et proinde

$$AB - \delta B = A\delta = AB - \frac{\delta\alpha'^2}{A\delta} + \frac{A\delta\ CB}{\delta\alpha'}.$$

Positis in hac postrema aequatione $AB = a$, $CB = b$, abscissa $A\delta = y$ et ordinata $\delta\alpha' = x$, habebimus:

$$y = a - \frac{x^2}{y} + \frac{yb}{x},$$

e qua haec nova formatur

$$x^3 + xy^2 - axy - by^2 = 0 \ldots\ldots\ldots (1),$$

quae est aequatio curvae nostrae.

§ III.

Haec aequatio quoad ordinatam x tertii gradus, quoad abscissam y secundi gradus est. Curva igitur nostra tertii gradus est, quia alterutra coordinatarum aequatione tertii gradus determinatur.

§ IV.

Ex aequatione curvae

$$x^3 + xy^2 - axy - by^2 = 0$$

colligitur

$$x^3 = by^2 + axy - xy^2 = y^2(b - x) + axy,$$

indeque

$$y^2 + \frac{ax}{b-x}y = \frac{x^3}{b-x},$$

quae postremum pro y resoluta dabit

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \sqrt{\left(\frac{\frac{1}{4}a^2x^2}{(b-x)^2} + \frac{x^3}{b-x}\right)}$$

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \sqrt{\frac{(\frac{1}{4}a^2x^2 + bx^3 - x^4)}{(b-x)^2}}$$
$$= -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{\sqrt{x^2(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}}{b-x}$$
$$= -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}}{b-x} \ldots\ldots (2),$$

qua aequatione abscissa y exhibetur.

§ V.

Quodsi in hac aequatione sumserimus $x = o$, manifesto apparet esse etiam $y = o$, et cum ex aequatione principali (1) similiter appareat pro $y = o$ esse etiam $x = o$, sequitur in puncto A, *nullas esse coordinatas*, itaque curvam per hoc punctum transire, ab eaque axes coordinatarum XX' et YY' *non nisi* in hoc puncto intersecari.

§ VI.

Ponamus $x > o$ et $x < b$; tunc erit $x^2 < bx$, igitur quantitas $bx - x^2$ positiva, hinc etiam $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)} > \sqrt{\frac{1}{4}a^2}$, hoc est, $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)} > \frac{1}{2}a$; sit igitur $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)} = \frac{1}{2}a + n$, et substituatur hic valor in aequatione (2), tunc prodibit:

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x(\frac{1}{2}a + n)}{b-x}$$

ergo

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} + \frac{x(\frac{1}{2}a + n)}{b-x} \ldots\ldots (3),$$

atque

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} - \frac{x(\frac{1}{2}a + n)}{b-x} \ldots\ldots (4).$$

Quorum valorum prior positivus est, quia nimirum $x(\frac{1}{2}a + n) > \frac{1}{2}ax$, alter vero negativus. Si itaque sumpta in linea AX parte $As = x < b$, per punctum s lineam tc parallelam ad AB duxerimus, quae linea tc curvam in punctis t et c intersecat, erunt st et sc bini valores abscissae y pro ordinata $As = x$, quorum prior quidem st positivus, alter vero sc negativus est; cum enim abscissae inde ex puncto A versus B positivae sumantur, necesse est, ut ex A in partem oppositam negativae habeantur.

Hinc colligitur, ex puncto A binos exire ramos curvae, quorum alter in partem dexteram, alter in sinistram partem lineae XX' extenditur.

§ VII.

In aequatione nostra

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}}{b-x}$$

sit $x = AD = b$, tunc habebimus:

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ab}{b-b} \pm \frac{b\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + b^2 - b^2)}}{b-b}$$

$$= -\frac{\frac{1}{2}ab}{o} \pm \frac{b\sqrt{\frac{1}{4}a^2}}{o} = \frac{-\frac{1}{2}ab}{o} \pm \frac{\frac{1}{2}ab}{o}$$

ergo erit vel

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ab}{o} + \frac{\frac{1}{2}ab}{o} = \frac{o}{o},$$

vel

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ab}{o} - \frac{\frac{1}{2}ab}{o} = -\infty - \infty = -\infty.$$

Prior quantitatis $y = \frac{o}{o}$ valor in determinatus est, et tamen valor quidam determinatus existit, nempe $y = u\mathrm{D}$, qui igitur alia quadam ratione determinandus erit, cum signo $\frac{o}{o}$ puncta curvarum multipla existere denotetur. Sit igitur $s\mathrm{D} = r$ infinite parvum, et $\mathrm{A}s = x$, eritque $x = b - r$, quare $x^2 = b^2 - 2br + r^2$, $bx = b^2 - br$, $\frac{1}{2}ax = \frac{1}{2}ab - \frac{1}{2}ar$, aut $-\frac{1}{2}ax = \frac{1}{2}ar - \frac{1}{2}ab$, et denique $b - x = r$. Quodsi ponamus hosce valores in superiori aequatione

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b-x},$$

obtinebimus

$$y = \frac{\frac{1}{2}ar - \frac{1}{2}ab}{r} \pm \frac{(b-r)}{r}\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + b^2 - br - b^2 + 2br - r^2)},$$

sive

$$y = \frac{1}{2}a - \frac{\frac{1}{2}ab}{r} \pm \frac{b-r}{r}\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + br - r^2)};$$

cum vero sumpserimus r infinite parvum, secunda ejus dignitas, respectu primae, sicut altior quaelibet dignitas respectu inferioris omitti potest, proinde omisso r^2 postrema aequatio nostra jam erit :

$$y = \frac{1}{2}a - \frac{\frac{1}{2}ab}{r} \pm \frac{b-r}{r}\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + br)} \ldots\ldots (5).$$

Ex regula Newtoniana constat pro binomio $(a+b)$ esse :

$$\sqrt{(a+b)} = (a+b)^{\frac{1}{2}} = a^{\frac{1}{2}} + \frac{1}{2}a^{-\frac{1}{2}}b - \frac{1}{8}a^{-\frac{3}{2}}b^2 + \frac{1}{16}a^{\frac{5}{2}}b^3 - \ldots\ldots$$

$$= a^{\frac{1}{2}} + \frac{1}{2a^{\frac{1}{2}}}b - \frac{1}{8a^{\frac{3}{2}}}b^2 + \frac{1}{16a^{\frac{5}{2}}}b^3 - \ldots\ldots$$

$$= \sqrt{a} + \frac{b}{2\sqrt{a}} - \frac{b^2}{8\sqrt{a^3}} + \frac{b^3}{16\sqrt{a^5}} - \ldots\ldots$$

Ut vero $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + br)}$ per hanc formulam resolvi possit, in ea ponendum est $\frac{1}{4}a^2$ pro a et br pro b; quæ ubi facta fuerint, proveniet

$$\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + br)} = \frac{1}{2}a + \frac{br}{a} - \frac{b^2r^2}{a^3} + \frac{b^3r^3}{\frac{1}{2}a^5} \ldots$$

Omissis omnibus terminis, in quibus altior quantitatis r potestas tanquam factor adest, habebimus

$$\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + br)} = \frac{1}{2}a + \frac{br}{a},$$

unde nunc erit superior aequatio (5)

$$y = \frac{1}{2}a - \frac{\frac{1}{2}ab}{r} \pm \frac{b-r}{r}\left(\frac{1}{2}a + \frac{br}{a}\right) =$$

$$= \tfrac{1}{2}a - \frac{\frac{1}{2}ab}{r} \pm \left(\frac{\frac{1}{2}ab - \frac{1}{2}ar}{r} + \frac{b^2r - br^2}{ar}\right);$$

quodsi denuo br^2 negligitur, erit :

$$y = \tfrac{1}{2}a - \frac{\frac{1}{2}ab}{r} \pm \left(\frac{\frac{1}{2}ab}{r} - \tfrac{1}{2}a + \frac{b^2}{a}\right),$$

unde efficiuntur

$$y = \frac{b^2}{a} \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots (6),$$

et

$$y = a - \frac{ab}{r} - \frac{b^2}{a} \ldots\ldots\ldots\ldots (7).$$

Est autem $r = \frac{1}{\infty}$, hinc $\frac{ab}{r} = \infty$, et $a - \frac{ab}{r} - \frac{b^2}{a} = -\infty$, igitur propter aequationem (7) fit $y = -\infty$.

Si itaque $r = o$ ponamus, erit, ob aequalitatem pag. 6 positam $x = b - r$, quantitas $x = b$, et habebimus pro ordinata $x = b$ valores abscissae

$$y = \frac{b^2}{a} = \mathrm{D}u, \text{ et } y = -\infty.$$

§ VIII.

Si igitur in linea XX′ ceperimus AD $= b$, et per punctum D lineam AΩ parallelam ad YY′ duxerimus, erit primo abscissa positiva Du tertia proportionalis ad lineas a et b; tum vero abscissa negativa DΩ erit infinite magna, id est, DΩ negativum curvae ramum in infinita tantum a linea XX′ distantia intersecare potest; ramus igitur ad hanc lineam propius continuo propiusque accedet, neque tamen unquam eam attinget; linea itaque DΩ *erit hujus rami Asymptotus.*

Quae cum ita sint sequitur, negativum curvae ramum spatio inter lineas DΩ et AY′ comprehendi, ipsumque neutram harum linearum aut excedere aut attingere posse.

Hinc ulterius inferri posset, pro ordinatis negativis, id est, inde ex A versus X′ sumptis non dari abscissas negativas, quia nimirum ramus negativus lineam AY′ excedere non potest; attamen idipsum postea (§ XII) ex ipsa aequatione demonstrabimus.

§ IX.

In aequatione nostra

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}}{b-x}$$

ponamus $x > b$, tunc erit $x^2 > bx$ et $bx - x^2$ quantitas negativa, igitur $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}$ minor quam $\sqrt{\frac{1}{4}a^2}$.

Sit ideo

$$\sqrt{(\tfrac{1}{4}a^2 + bx - x^2)} = \tfrac{1}{2}a - n,$$

tunc erit

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x(\frac{1}{2}a - n)}{b-x},$$

igitur

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} + \frac{x(\frac{1}{2}a - n)}{b-x} \ldots\ldots (8),$$

atque

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} - \frac{x(\frac{1}{2}a-n)}{b-x} \ldots\ldots (9).$$

Jam vero $b-x$ est quantitas negativa, quia $x > b$, proinde $-\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x}$ quantitas positiva, et $+\frac{x(\frac{1}{2}a-n)}{b-x}$ eandem ob caussam est quantitas negativa; cum vero $\frac{x(\frac{1}{2}a-n)}{b-x}$ sit minus quam $\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x}$; sequitur, priorem abscissae y valorem esse positivum. Cum porro $-\frac{x(\frac{1}{2}a-n)}{b-x}$ sit quantitas positiva, sequitur posteriorem abscissae valorem item esse positivum, et quidem majorem quam priorem, quia nimirum ille differentiae, hic vero summae earumdem quantitatum aequalis est.

Si itaque, sumpta in linea AX parte $Ad = x > b$, per punctum d lineam df ad AB parallelam duxerimus, quae linea df curvam in punctis e et f intersecat: de erit prior, df vero valor posterior abscissae y, quorum uterque positivus est, et ordinatae $x = Ad$ respondet. Hi bini valores tamdiu reales erunt, quamdiu $x^2 - bx$ non majus est, quam $\frac{1}{4}a^2$; aliter vero se res habebit, si $x^2 - bx > \frac{1}{4}a^2$, erit nempe $x^2 > \frac{1}{4}a^2 + bx$, igitur $\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2$ quantitas negativa, et proinde $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}$ quantitas imaginaria.

§ X.

Ponamus differentiam inter Ad et b esse infinite parvam, proinde $Dd = r = \frac{1}{\infty}$, tunc habebimus $Ad = x = b + r$; $x^2 = b^2 + 2br + r^2$; $bx = b^2 + br$; $\frac{1}{2}ax = \frac{1}{2}ab + \frac{1}{2}ar$, aut $-\frac{1}{2}ax = -\frac{1}{2}ab - \frac{1}{2}ar$, et denique $b - x = -r$. Quodsi ponamus hosce valores in aequatione

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}}{b-x},$$

obtinebimus:

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ab - \frac{1}{2}ar}{-r} \pm \frac{(b+r)\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + b^2 + br - b^2 - 2br - r^2)}}{-r},$$

aut

$$y = \frac{1}{2}a + \frac{\frac{1}{2}ab}{r} \mp \frac{(b+r)\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - br - r^2)}}{r};$$

neglecto in postrema aequatione r^2 erit

$$y = \frac{1}{2}a + \frac{\frac{1}{2}ab}{r} \mp \frac{(b+r)\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - br)}}{r}.$$

Jam supra § VII vidimus, esse $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + br)} = \frac{1}{2}a + \frac{br}{a}$; posito igitur in hac aequatione $-br$ pro $+br$, erit:

$\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - br)} = \frac{1}{2}a - \frac{br}{a}$; est itaque:

$$y = \tfrac{1}{2}a + \frac{\tfrac{1}{2}ab}{r} \mp \frac{b+r}{r}\left(\tfrac{1}{2}a - \frac{br}{a}\right)$$

$$= \tfrac{1}{2}a + \frac{\tfrac{1}{2}ab}{r} \mp \left(\frac{\tfrac{1}{2}ab}{r} + \tfrac{1}{2}a - \frac{b^2r + br^2}{ar}\right);$$

neglecto iterum br^2 erit

$$y = \tfrac{1}{2}a + \frac{\tfrac{1}{2}ab}{r} \mp \left(\frac{\tfrac{1}{2}ab}{r} + \tfrac{1}{2}a - \frac{b^2}{a}\right)$$

igitur vel

$$y = +\frac{b^2}{a} \ldots\ldots\ldots\ldots (10),$$

vel

$$y = a + \frac{ab}{r} - \frac{b^2}{a} = +\infty \ldots (11).$$

Si itaque $r = o$ ponamus, erit $x = b + o = b$; et habebimus pro ordinata $x = b$ valores abscissae

$$y = \frac{b^2}{a} = Du, \text{ et } y = a + \frac{ab}{o} - \frac{b^2}{a} = +\infty.$$

§ XI.

Prior horum valorum idem est ac prior quem, § VII extr. invenimus; posterior autem infinite magnus, qui § VII negativus est, hîc positivus reperitur, et est itaque *asymptotus rami positivi*, perinde atque illum asymptotum rami negativi esse vidimus.

Quodsi ergo, sumpto AD = b, per punctum D lineam AΩ

YY′ duxerimus, erit altera pars hujus lineae, uA rami positivi, altera DΩ rami negativi asymptotus; pars vero Du, in medio inter illas sita, erit tertia proportionalis ad a et b.

§ XII.

Cum ordinatam x adhuc non nisi quantitatem positivam, id est, inde ex puncto A versus X computaverimus; forsitan non erit a re nostra alienum, ut eandem ordinatam jam negativam, hoc est, inde ex puncto A versus X′ sumptam consideremus.

Quodsi in aequatione (1) scribamus $-x$ pro $+x$, obtinebimus

$$-x^3 - xy^2 + axy - by^2 = o,$$

hinc

$$(x + b)\,y^2 = axy - x^3,$$

et dividendo per $x + b$,

$$y^2 = \frac{ax}{b+x}\,y - \frac{x^3}{b+x},$$

unde

$$y = \frac{\tfrac{1}{2}ax}{b+x} \pm \sqrt{\left(\frac{\tfrac{1}{4}a^2x^2}{(b+x)^2} - \frac{x^3}{b+x}\right)}$$

$$= \frac{\tfrac{1}{2}ax}{b+x} \pm \frac{x\sqrt{(\tfrac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x} \ldots (12).$$

Cum autem manifesto appareat esse

$$\frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x} < \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x},$$

sive sit $x > b$, sive $x = b$, sive $x < b$; sequitur, ambos abscissae y valores esse positivos, et proinde ordinatis negativis nullas respondere abscissas negativas, et nullam curvae partem inter crura anguli X′AY′ sitam esse. Si itaque, sumpta in linea AX′ parte $Ah = x$, per punctum h lineam hm parallelam ad AB duxerimus, quae linea hm curvam in punctis k et m intersecat, hk et hm erunt bini valores abscissae y, qui ambo ordinatae Ah respondent. Hi valores tamdiu reales erunt quamdiu $x^2 + bx$ non majus est quam $\frac{1}{4}a^2$; si enim $x^2 + bx > \frac{1}{4}a^2$, erit $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}$ quantitas imaginaria.

§ XIII.

Quodsi in aequatione (12)

$$y = \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x}$$

ponamus $x = o$, inveniemus idem, quod § V habuimus, esse $y = o$. Hinc sequitur, originem A esse nodum, et proinde ovale AFm inter crura anguli YAX′ omnino comprehendi.

Ex hoc §, collato § V sequitur, lineam XX′ partis FAe curvae nostrae in puncto A esse tangentem, quia cum ea non nisi punctum A habet commune.

§ XIV.

Si in aequatione (12) quantitas a constans est, b vero va-

riabilis, apparet, valores quantitatis y continuo minores fieri, quando b crescit. Ponamus $b = \infty$, tunc pro quolibet finito valore ordinatae x, aut pro $x = \infty$, quantitas $\frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x}$ erit imaginaria; proinde etiam y quantitas imaginaria; deinde pro $x = \frac{1}{\infty}$ erit $y = \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x} = \frac{1}{\infty}$: unde sequitur pro infinite magno b coordinatas ad ovale esse aut imaginarias aut infinite parvas, aut, quod idem est, pro infinite magno b, ovale evanescere.

§ XV.

In eadem aequatione (12)

$$y = \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x}$$

ponamus $a = o$, erit $y = \pm \frac{x\sqrt{-(bx + x^2)}}{b+x}$ quantitas imaginaria, unde consequens est, pro $a = o$ ovale non existere.

Hoc igitur ovale minus minusque fiet, quando linea BC ad AX′ accedit, evanescet autem et in cuspidem abibit, quando BC cum AX′ coincidit.

§ XVI.

Aequatio abscissae pro ordinata positiva (§ IV) est:

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}}{b-x}$$

et pro abscissa negativa (§ XII):

$$y = \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x};$$

si in *his* aequationibus ponamus $b = o$, prior aequatio erit:

$$y = \tfrac{1}{2}a \mp \sqrt{(\tfrac{1}{4}a^2 - x^2)},$$

posterior autem plane eadem

$$y = \tfrac{1}{2}a \pm \sqrt{(\tfrac{1}{4}a^2 - x^2)}.$$

Ut autem rite perspiciamus, quid sibi haec aequatio significet, sit circa centrum E (fig. IX) circulus, in quo diameter AB; ad hanc diametrum in puncto quodam C sit CD perpendicularis. Jam invenienda est hujus circuli aequatio ex coordinatis AC $= y$, CD $= x$, et quantitate constanti AB $= a$. Est autem BC : CD = CD : AC, id est: $a - y : x = x : y$, hinc $ay - y^2 = x^2$, aut $y^2 - ay = -x^2$; unde acquiritur $y = \frac{1}{2}a \pm \sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - x^2)}$.

Videmus hanc aequationem circuli esse plane eandem, quam aequationem curvae nostrae, si in ea $b = o$ ponitur. Quodsi igitur ponamus $b = o$, curva nostra in circulum mutabitur, cujus diameter est a (*).

(*) Idem etiam Geometrica constructione sic forte nobis informare possemus: sit AB $= a$ (fig. X), et cum $b = o$, linea BC non adest, sed punctum C cum puncto B coincidit. Jam vero per punctum C (B) lineae agantur usque ad intersectionem cum AB. Hae lineae autem cum jam in ipso puncto C (B) sese cum AB intersecent, ex hoc puncto non exeunt, perpendicula autem in puncto intersectionis cum AB ad eas excitata non sunt nisi lineae ex puncto B in omnes partes exeuntes, ad quas cum ex puncto A iterum perpendicula demittuntur, exascuntur super linea AB triangula rectangula B*h*A, B*d*A, B*g*A, B*f*A etc., quorum vertices *h*, *d*, *g*, *f*, in peripheria circuli, cujus diameter AB est, jacere constat.

§ XVII.

Pro ordinata positiva A$d > b$ (§ IX) invenimus binos valores positivos abscissae y, de et df (fig. I), quorum prior de crescit, posterior vero df decrescit, quando punctum d sive linea df versus X progreditur. Hi bini valores sibi invicem aequales erunt, quando df coincidit cum IK, quae in puncto K curvam tangit: erit nimirum y = IK = IK. Tunc vero in aequatione nostra (§ IV)

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}}{b-x},$$

necesse est, quantitatem $x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)}$ esse $= o$; alias enim diversi essent valores abscissae y, quod est contra positionem; sequitur hinc, cum factor x non sit $= o$, alterum factorem $\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2)} = o$ esse; inde $\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2 = o$ et

$$y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x}.$$

Quando vero $\frac{1}{4}a^2 + bx - x^2 = o$, sequitur $x^2 - bx = \frac{1}{4}a^2$, unde

$$x = \tfrac{1}{2}b \pm \sqrt{(\tfrac{1}{4}a^2 + \tfrac{1}{4}b^2)}$$
$$= \tfrac{1}{2}b \pm \tfrac{1}{2}\sqrt{(a^2 + b^2)}.$$

Jam ducta linea AC, est in triangulo ABC rectangulo

$\overline{AB}^2 + \overline{BC}^2 = \overline{AC}^2$, et posita AC $= c$, erit $c^2 = a^2 + b^2$ et $\sqrt{(a^2 + b^2)} = c =$ AC; itaque $x = \frac{1}{2}b \pm \frac{1}{2}c$; est igitur vel $\quad x = \frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c$, vel $x = \frac{1}{2}b - \frac{1}{2}c$.

Quodsi priorem valorem quantitatis x ponamus in superiori aequatione $y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x}$, habebimus

$$y = -\frac{\frac{1}{2}a(\frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c)}{b-(\frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c)} = -\frac{a(b+c)}{4b-2b-2c}$$

$$= -\frac{a(b+c)}{2(b-c)} = \frac{a(c+b)}{2(c-b)} \ldots\ldots (13).$$

Altero autem valore quantitatis x in eandem aequationem $y = -\frac{\frac{1}{2}ax}{b-x}$ introducto efficietur:

$$y = -\frac{\frac{1}{2}a(\frac{1}{2}b - \frac{1}{2}c)}{b-(\frac{1}{2}b - \frac{1}{2}c)} = -\frac{a(b-c)}{2(b+c)}$$

$$= \frac{a(c-b)}{2(c+b)} \ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots (14).$$

Porro pro ordinata negativa bini valores abscissae y nempe hk et hm sibi invicem aequales erunt, quando hm cum EF coincidit et ovale in puncto F tangit; hi bini valores aequales erunt, EF = EF = y.

Tunc vero in aequatione § XII:

$$y = \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x} \pm \frac{x\sqrt{(\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2)}}{b+x}$$

erit $\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2 = o$, et $y = \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x}$.

Quando vero $\frac{1}{4}a^2 - bx - x^2 = o$, sequitur $x^2 + bx = \frac{1}{4}a^2$: unde

$$x = -\frac{1}{2}b \pm \sqrt{(\frac{1}{4}a^2 + \frac{1}{4}b^2)}$$
$$= -\frac{1}{2}b \pm \frac{1}{2}\sqrt{(a^2 + b^2)}.$$

Cum autem $\sqrt{(a^2 + b^2)} = c$ sequitur $x = -\frac{1}{2}b \pm \frac{1}{2}c$, ergo

$$x = -\frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c = -(\frac{1}{2}b - \frac{1}{2}c),$$

atque

$$x = -\frac{1}{2}b - \frac{1}{2}c = -(\frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c).$$

Si hos valores cum illis comparaverimus, quos paulo superius pro x obtinuimus, inveniemus, eos esse plane eosdem quam illos, praeterquam quod hoc loco subtractionis signo (—) affecti sint, et quod hìc valor prior illic valori posteriori, et hìc valor posterior illic valori priori respondeat. Subtractionis signum hoc loco necessario venire debuit, quia valores pro negativo x inveniendi erant.

Cum igitur priori et posteriori loco plane eosdem valores inveniamus, sequitur, alterum eorum ordinatae positivae, alterum vero ordinatae negativae aequivalere. Est igitur:

$$x = \frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c = \text{AI}.$$

et

$$x = -(\frac{1}{2}b - \frac{1}{2}c) = -\frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c = \text{AE}.$$

Quodsi valores, quos pro negativo x supra invenimus, $x = -(\frac{1}{2}b - \frac{1}{2}c)$, et $x = -(\frac{1}{2}b + \frac{1}{2}c)$, quodsi hos ponamus in aequatione $y = \frac{\frac{1}{2}ax}{b+x}$ obtinebimus:

$$\gamma = -\frac{\frac{1}{2}\,a\left(\frac{1}{2}\,b - \frac{1}{2}\,c\right)}{b - \left(\frac{1}{2}\,b - \frac{1}{2}\,c\right)} = \frac{a\,(c-b)}{2\,(c+b)},$$

atque

$$\gamma = -\frac{\frac{1}{2}\,a\left(\frac{1}{2}\,b + \frac{1}{2}\,c\right)}{b - \left(\frac{1}{2}\,b + \frac{1}{2}\,c\right)} = \frac{a\,(c+b)}{2\,(c-b)}.$$

Hi bini valores abscissae γ iterum plane iidem sunt, atque valores (13 et (14), quos supra pro γ invenimus, et quidem horum prior illorum posteriori, et horum posterior illorum priori aequalis reperitur; neque est signorum inter hos et illos differentia, quia etiam pro ordinata negativa positivas esse abscissas ex § XII novimus. Quae cum ita sint, alter horum valorum lineae IK, alter vero lineae EF aequivalebit; itaque

$$\gamma = \frac{a\,(c+b)}{2\,(c-b)} = \text{IK},$$

et

$$\gamma = \frac{a\,(c-b)}{2\,(c+b)} = \text{EF}.$$

§ XVIII.

Jam vero uno quasi oculorum obtutu nobis videndum est, quod in precedenti § longiori forte disquisitione invenimus. Hac enim ratione et rem ipsam facilius perspiciemus, et quod inde sequitur rectius dijudicabimus. Quando nimirum IK et EF parallelae cum AB sunt, et prior curvam in K, posterior ovale in F tangit, tunc habemus, posita AC $= c$:

$$\left.\begin{aligned} \text{AI} &= \tfrac{1}{2}\,b + \tfrac{1}{2}\,c \\ \text{AE} &= -\tfrac{1}{2}\,b + \tfrac{1}{2}\,c \end{aligned}\right\}(15);\qquad \left.\begin{aligned} \text{IK} &= \frac{a\,(c+b)}{2\,(c-b)} \\ \text{EF} &= \frac{a\,(c-b)}{2\,(c+b)} \end{aligned}\right\}(16).$$

Si igitur AC in n bifariam dividitur, et ex puncto n fiunt altera ex parte $nq = \frac{1}{2}\,b$, et altera ex parte $np = \frac{1}{2}\,b$; erit Cp = AI, et Cq = AE. Unde sequitur: si in linea AX ceperimus AI = Cp, et per punctum I lineam IK ad AB parallelam duxerimus, haec linea IK curvam in k tanget; atque si in linea AX′ ceperimus AE = Cq, et per punctum E lineam EF ad AB parallelam duxerimus, haec linea EF ovale in F tanget.

Porro cum IK $= \frac{a\,(c+b)}{2\,(c-b)}$, sequitur $2\,(c-b) : c+b = a :$ IK. Si igitur ad $2\,(c-b)$, $c+b$ et a quaerimus quartam proportionalem, tunc vero in AB sumimus AL aequalem huic quartae proportionali, et in puncto L perpendiculum LK erigimus, atque ad intersectionem cum curva producimus; invenimus punctum k, demissaque ex eo ad XX′ perpendicularis KI curvam in k tangit.

Cum denique EF $= \frac{a\,(c-b)}{2\,(c+b)}$; sequitur $2\,(c+b) : c-b = a :$ EF; inventa igitur linea AM = quartae proportionali ad $2\,(c+b)$, $c-b$ et a, invenitur etiam punctum F et directio lineae EF, qua ovale in F tangitur.

§ XIX.

Crescente b crescit c, sed ita ut incrementum, quod accipit b, continuo majus sit, quam quod accipit c; nam (*fig.* XI) in triangulo rectangulo ABC sit BC $= b$ et AC $= c$; jam crescat b ad magnitudinem BC′, tunc fit $c =$ AC′; si jam sumserimus AD $=$ AC, tunc erit DC′ incrementum, quod obtinuit c, CC′ autem incrementum, quod obtinuit b. Jam vero angulus m est auctus, et proinde n obtusus; itaque CC′ > DC′.

Cum igitur incrementum, quod obtinet b, majus sit, quam quod obtinet C, sequitur etiam, crescente b, decrescere differentiam, quae est inter b et c, ita quidem, ut, pro $b = \infty$, sit $c = \infty + \frac{1}{\infty}$, aut, quod idem est, pro infinito magno b differentia inter b et c infinite parva sit.

Sic etiam b decrescens continuo magis decrescit, quam ipso decrescente decrescit c; et tunc differentia inter b et c continuo crescit, donec, pro $b = o$, haec differentia fit aequalis AB $= a$.

Jam vero supra invenimus (fig. I), AI $= \frac{1}{2} b + \frac{1}{2} c$, et IK $= \frac{a\,(c + b)}{2\,(c - b)}$; si igitur b crescit, crescent etiam AI et IK, et pro $b = \infty$, erit AI $= \frac{1}{2} \infty + \frac{1}{2} \infty = \infty$, et IK $= \frac{a.\,2.\,\infty}{2.\,\frac{1}{\infty}} = \infty^2$. Contra decrescente b decrescent etiam AI et IK, et pro $b = o$ erit AI $= \frac{1}{2} c = \frac{1}{2} a$, et IK $= \frac{ac}{2\,c} = \frac{1}{2}\,a$. Est autem AI $=$ IK $= \frac{1}{2}\,a$ aequatio binarum tangentium, sese sub angulo recto intersecantium, ad circulum diametri a, in quem abit curva nostra, ubi ponimus $b = o$ (§ XVI).

Deinde est AE $= -\frac{1}{2} b + \frac{1}{2} c$ et EF $= \frac{a\,(c - b)}{2\,(c + b)}$. Crescente igitur b decrescunt AE et EF, et pro $b = \infty$ erunt AE $= \frac{1}{\infty}$ et EF $= \frac{1}{\infty^2}$; itaque crescente b decrescit pars curvae ovalis, et pro $b = \infty$ ovale evanescet, et in cuspidem abibit, id quod etiam § XIV vidimus. Contra decrescente b crescent AE et EF, et pro $b = o$ erit AE $=$ EF $= \frac{1}{2}\,a$, quae aequatio iterum pro circulo valet, in quem, pro $b = o$, (§ XVI) curva nostra abit.

Ponamus autem $a = o$, tunc erit $c = b$ et proinde AE $= o$, et EF $= o$, hoc est, pro $a = o$ ovale evanescit, et in cuspidem abit, id quod § XV jam vidimus.

§ XX.

Est AI $= \frac{1}{2} b + \frac{1}{2} c$, et AE $= -\frac{1}{2} b + \frac{1}{2} c$, unde sequitur esse AI $+$ AE $=$ IE $= c =$ AC; si igitur binae lineae in distantia $= c$ parallelae agantur, inter has lineas tota curva nostra comprehendi poterit.

§ XXI.

Cum $AI = \frac{1}{2} b + \frac{1}{2} c$, et $AE = -\frac{1}{2} b + \frac{1}{2} c$, sequitur: $AI . AE = \frac{1}{4} c^2 - \frac{1}{4} b^2 = \frac{1}{4} a^2$; igitur $\frac{1}{2} a$ media proportionalis inter AI et AE.

Cum porro $IK = \frac{a(c+b)}{2c-b}$, et $EF = \frac{a(c-b)}{2(c+b)}$; sequitur $IK . EF = \frac{a^2(c^2-b^2)}{4(c^2-b^2)} = \frac{1}{4} a^2$, igitur $\frac{1}{2} a$ item media proportionalis inter lineas IK et EF.

§ XXII.

Invenimus § XXI $AI . AE = \frac{1}{4} a^2$, et $IK . EF = \frac{1}{4} a^2$; unde consequens est:

$$AI . AE = IK . EF,$$

itaque

$$IK : AI = AE : EF.$$

Ductis igitur lineis AK et AF, triangula AIK et AEF erunt similia itaque $\angle AFE = \angle IAK$; et cum $\angle AFE = \angle BAF$, sequitur esse, $\angle BAF = \angle IAK$; igitur $\angle BAF + BAK = \angle IAK + BAK$; cumque $\angle IAK + BAK = R$, sequitur esse etiam $BAF + BAK = FAK = R$.

Omnino idem aliter quoque invenitur: nam acta linea KF et producta ordinata KL usque ad intersectionem cum producta EF in N, habemus:

$$\overline{KF}^2 = \overline{KN}^2 + \overline{FN}^2 = (AI + AE)^2 + (IK - EF)^2$$
$$= \overline{AI}^2 + \overline{AE}^2 + \overline{IK}^2 + \overline{EF}^2 + 2 AI . AE - 2 IK . EF.$$

Cum vero $AI . AE = IK . EF$ et proinde $2 AI . AE = 2 IK : EF$ sequitur,

$$\overline{KF}^2 = \overline{AI}^2 + \overline{IK}^2 + \overline{AE}^2 + \overline{EF}^2;$$

et cum pariter

$$\overline{AK}^2 + \overline{AF}^2 = \overline{AI}^2 + \overline{IK}^2 + \overline{AE}^2 + \overline{EF}^2,$$

consequens est esse $\overline{KF}^2 = \overline{AK}^2 + \overline{AF}^2$, et inde $\angle FAK = R$.

Lineae igitur, quae bina puncta contactus K et F cum puncto A conjungunt, sibi perpendiculariter insistunt.

§ XXIII.

Si puncta K et F constructione (§ I) determinata fuerint, ita ut anguli AKP, KPC, AFQ et FQC recti sint, habebimus:

$$PL = \frac{\overline{KL}^2}{LA} = \frac{\overline{AI}^2}{IK} = \tfrac{1}{4}(c+b)^2 : \frac{a(c+b)}{2(c-b)}$$
$$= \frac{\frac{1}{4}(c+b)^2\, 2(c-b)}{a(c+b)} = \frac{\frac{1}{2}(c^2-b^2)}{a} = \frac{\frac{1}{2}a^2}{a} = \tfrac{1}{2} a.$$

sic etiam

$$QM = \frac{\overline{MF}^2}{MA} = \frac{\overline{AE}^2}{EF} = \tfrac{1}{4}(c-b)^2 : \frac{a(c-b)}{2(c+b)}$$
$$= \frac{\frac{1}{4}(c-b)^2\, 2(c+b)}{a(c-b)} = \frac{\frac{1}{2}(c^2-b^2)}{a} = \frac{\frac{1}{2}a^2}{a} = \tfrac{1}{2} a;$$

est igitur $PL = QM = \frac{1}{2} a$.

§ XXIV.

Aequatio curvae nostrae, quam § II invenimus, sic quoque exprimi potest:

$$x^3 - (ay - y^2)\, x - by^2 = o$$

hæc quoad ordinatam x aequatio tertii gradus est et proinde tres valores quantitatis x ex ea evolvi possunt.

Si igitur ceperimus $AM = y$ et per punctum M duxerimus eMF, ad axem XX' parallelam, quae linea eMF curvam in punctis e, l et F intersecat, tunc habebimus tres valores eM, Ml et MF quantitatis x pro abscissa $y = AM$.

§ XXV.

Horum valorum bini Ml et MF negativi ad ovale pertinent. Cum vero in aequatione nostra secundum membrum desit, hujusque membri coëfficiens aequalis sit summae omnium radicum, (quod ex doctrina aequationum constat), necesse est hanc summam radicum esse aequalem zero, hoc est, $eM - Ml - MF = o$, igitur $eM = Ml + MF$.

Quodsi TG ovale, in G (fig. VII) tangat, erunt bini valores aequales quantitatis x, nempe HG = HG, et igitur TH = HG + HG = 2 HG. Si deinde ordinata quaedam ovale neque tangit, neque intersecat, non nisi unus valor realis pro hac ordinata existet. Nam ex doctrina aequationum constat, fieri non posse, ut pro aequatione *imparis ordinis*,

cujus postremum membrum quantitas realis est, radices reales, numero *pares*, imaginariae vero numero *impares* sint; pro nostra igitur aequatione, ubi $-by^2$ realis est, aut *omnes* radices reales aut *una* tantum realis, binae vero imaginariae erunt.

§ XXVI.

Ponamus, linea TG (fig. VII) ovale in puncto G tangi; tunc aequatio nostra:

$$x^3 - (ay - y^2)\, x - by^2 = o$$

duas radices aequales easque negativas habebit.

Quodsi has radices aequales $= -x$ ponamus, tres radices erunt $-x$, $-x$, et $+2x$.

Jam vero item constat ex doctrina aequationum, coëfficientem tertii membri esse aequalem summae omnium productorum ex binis quibusque radicibus, postremum vero membrum aequale producto ex omnibus radicibus. Est igitur:

$$-(ay - y^2) = +x^2 - 2x^2 - 2x^2 = -3x^2,$$

et

$$-by^2 = -x \times -x \times 2x = 2x^3,$$

igitur

$$-4(ay - y^2)^3 = -4\,(3x^2)^3 = -108x^6,$$

aut

$$4(ay - y^2)^3 = 108x^6.$$

Porro

$$27\,(by^2)^2 = 27\,(2x^3)^2 = 108x^6,$$

ideoque

$$4\,(ay-y^2)^3 = 27\,(by^2)^2 \text{ sive } 4\,(a-y)^3\,y^3 = 27b^2\,y^4$$

sive $(a-y)^3 = \frac{27}{4}\,b^2y$, unde cogitur

$$a^3 - 3a^2y + 3ay^2 - y^3 - \tfrac{27}{4}\,b^2y = o,$$

sive

$$y^3 - 3ay^2 + (3a^2 + \tfrac{27}{4}\,b^2)\,y - a^3 = o.$$

Ut ex hac aequatione secundum membrum eliminetur, ponamus $y = z + a$, et obtinebimus:

$$\begin{aligned} y^3 &= z^3 + 3az^2 + 3a^2z + a^3 \\ -\,3ay^2 &= -\,3az^2 - 6a^2z - 3a^3 \\ +(3a^2+\tfrac{27}{4}b^2)\,y &= +\,3a^2z + 3a^3 + \tfrac{27}{4}b^2z + \tfrac{27}{4}b^2a \\ -\,a^3 &= -\,a^3 \end{aligned}$$

hinc colligitur transformata aequatio

$$y^3 - 3ay^2 + (3a^2 + \tfrac{27}{4}\,b^2)\,y - a^3 = z^3 + \tfrac{27}{4}\,b^2z + \tfrac{27}{4}\,b^2a,$$

igitur $z^3 + \frac{27}{4}\,b^2z + \frac{27}{4}\,b^2a = o$

Quae aequatio regula Cardani soluta nobis dabit:

$$z = \sqrt[3]{\frac{-\frac{27}{4}\,b^2a + \sqrt{\left[(\frac{27}{4}\,b^2a)^2 + \frac{4(\frac{27}{4}b^2)^3}{27}\right]}}{2}}$$

$$+ \sqrt[3]{\frac{-\frac{27}{4}\,b^2a - \sqrt{\left[(\frac{27}{4}\,b^2a)^2 + \frac{4(\frac{27}{4}b^2)^3}{27}\right]}}{2}}$$

$$= \sqrt[3]{\frac{-\frac{27}{4}\,b^2a + \sqrt{(\frac{729}{16}\,b^4a^2 + \frac{729}{16}\,b^6)}}{2}}$$

$$+ \sqrt[3]{\frac{-\frac{27}{4}\,b^2a - \sqrt{(\frac{729}{16}\,b^4a^2 + \frac{729}{16}\,b^6)}}{2}}$$

$$= \sqrt[3]{\frac{-\frac{27}{4}\,b^2a + \frac{27}{4}\,b^2\sqrt{(a^2+b^2)}}{2}}$$

$$+ \sqrt[3]{\frac{-\frac{27}{4}\,b^2a - \frac{27}{4}\,b^2\sqrt{(a^2+b^2)}}{2}}$$

Est autem $\sqrt{(a^2+b^2)} = \mathrm{AC} = c$; igitur

$$z = \sqrt[3]{(-\tfrac{27}{8}\,b^2a + \tfrac{27}{8}\,b^2c)} + \sqrt[3]{(-\tfrac{27}{8}\,b^2a - \tfrac{27}{8}\,b^2c)}$$

$$= -\,\tfrac{3}{2}\sqrt[3]{[b^2\,(a-c)]} - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{[b^2\,(a+c)]}.$$

Supra autem posuimus $y = z + a$, et erit proinde:

$$y = a - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{[b^2\,(a-c)]} - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{[b^2\,(a+c)]}.$$

§ XXVII.

Vidimus supra (§ XXVII) esse $-3x^2 = -(ay-y^2)$, aut $3x^2 = ay - y^2 = (a-y)\,y$; est itaque $x^2 = \frac{1}{3}(a-y)y$; unde sequitur, $y : x = x : \frac{1}{3}(a-y)$.

Si jam punctum G (fig. VII) constructione § I determinatum fuerit, ita ut $\angle$AGV = R et $\angle$GVC = R, erit

$$\mathrm{AH : GH = GH : HV},$$

sive etiam

$$y : x = x : HV,$$

igitur $x^2 = y \cdot HV$, sive $\frac{1}{3}(a - y) y = y \cdot HV$, unde

$$HV = \tfrac{1}{3}(a - y) = \tfrac{1}{3} HB.$$

Si porro $BR = \frac{1}{2} BC = \frac{1}{2} b$, et RW ad VC parallela est, erit $HV = VW = WB = \frac{1}{3}(a - y)$.

Deinde triangula VGH et WRB similia ducunt ad hanc proportionem GH : HV = WB : BR sive :

$$x : \tfrac{1}{3}(a - y) = \tfrac{1}{3}(a - y) : \tfrac{1}{2} b,$$

itaque

$$AH : GH = GH : HV = HV : BR.$$

Ex his perspicuum est, lineas GH et HV esse binas medias proportionales inter AH et BR.

§ XXVIII.

Cum pro ordinata HG (fig. VII), ovale in puncto G tangente, sit $3x^2 = ay - y^2$ sequitur esse $x = \sqrt{\left[\frac{1}{3}(ay - y^2)\right]}$; quodsi jam ponamus abscissam $y > a$, erit $\frac{1}{3}(ay - y^2)$ quantitas negativa, proinde $\sqrt{\left(\frac{1}{3}(ay - y^2)\right)}$ quantitas imaginaria; non datur igitur tangens ad partem curvae ovalem si $y > a$; hoc itaque ovale lineam BC excedere non potest.

§ XXIX.

Invenimus supra (§ XXVI) esse pro ordinata, ovale tangente,

$$y = a - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a-c)\right]} - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a+c)\right]},$$

et § praecedente $x = \sqrt{\left[\frac{1}{3}(ay - y^2)\right]}$;

ponamus in priori aequatione $b = o$, tunc erit $y = a$, et proinde valores quantitatum y et x pro circulo valent, cujus diameter $x = o$; hi autem simulque axis abscissarum est a. In talem circulum curvam nostram pro $b = o$ abire, jam ex praecedentibus constat (cfr. §§ XVI et XIX).

Deinde ponamus $a = o$, tunc erit $c = b$; unde

$$y = -\tfrac{3}{2}\sqrt[3]{-b^3} - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{b^3} = \tfrac{3}{2} b - \tfrac{3}{2} b = o,$$

igitur $y = o$, et proinde etiam $x = o$; pars igitur ovalis pro $a = o$ evanescit et in cuspidem abit, quod item jam ex praecedentibus constat (cfr. §§ XV et XIX).

§ XXX.

Cum pro ordinata x, ovalem curvae partem tangente, sit

$$y = a - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a-c)\right]} - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a+c)\right]}$$

sequitur, ordinatam x non nisi *unum* valorem realem habere, quando abscissa y valorem

$$a - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a-c)\right]} - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a+c)\right]}$$

excedat, quamdiu autem y hoc valore minor sit, tamdiu x tres valores reales habere (cfr § XXV).

§ XXXI.

Pars curvae clausa comprehenditur omnino rectangulo HE (fig. VII), cujus basis est

$$AH = y = a - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a-c)\right]} - \tfrac{3}{2}\sqrt[3]{\left[b^2(a+c)\right]}$$

et cujus altitudo $= AE = -\tfrac{1}{2}b + \tfrac{1}{2}c$ (§ XVIII); aequatio igitur hujus rectanguli erit:

$$y\left(-\tfrac{1}{2}b+\tfrac{1}{2}c\right) = HE = -\tfrac{1}{2}ab+\tfrac{1}{2}ac+\tfrac{3}{4}b\sqrt[3]{\left[b^2(a-c)\right]}$$
$$-\tfrac{3}{4}c\sqrt[3]{\left[b^2(a-c)\right]} + \tfrac{3}{4}b\sqrt[3]{\left[b^2(a+c)\right]} - \tfrac{3}{4}c\sqrt[3]{\left[b^2(a+c)\right]}$$
$$= (b-c)-\tfrac{1}{2}a+(b-c)\tfrac{3}{4}\sqrt[3]{\left[b^2(a-c)\right]}+(b-c)\tfrac{3}{4}\sqrt[3]{\left[b^2(a+c)\right]}$$
$$= (b-c)\left[-\tfrac{1}{2}a + \tfrac{3}{4}\sqrt[3]{b^2(a-)} + \tfrac{3}{4}\sqrt[3]{b^2(a+c)}\right].$$

Quodsi ponamus $a = o$, (in quo casu $c = b$ evadit), erit etiam HE $= o$, quod necessarium est, quia, ut in praecedentibus vidimus, ovalis curvae pars evanescit; si vero ponamus $b = o$, (in quo casu $c = a$), obtinebimus HE $= \tfrac{1}{2}a^2$, quod iterum necessarium est, quia tunc idem ovale in semicirculum abit, qui dimidia parte quadrati diametri a comprehenditur.

DA est asymptotus rami AKf (fig. I), qui cum inde ex A versus DA concavus sit, necessario versus eandam convexus fieri debet. Habet igitur, forte non procul a puncto f, punctum inflexionis, quod calculo differentiali, sed non sine maximo labore, inveniri potest. Cum praeterea invento hoc puncto conversionis nihil insigne consequamur, in ipso determinando hîc nullam operam ponemus.

CAPUT II.

DE USU CURVAE NOSTRAE.

§ XXXII.

USUM curvae, cujus naturam hucusque investigavimus, triplicem exponemus. Ejus enim ope primo *Problema Deliacum*, quod vocant, de cubi duplicatione solvi, deinde *quaelibet aequatio tertii gradus*, in qua secundum membrum non adest, *construi*, et *angulus* denique *obliquis trisecari* potest.

§ XXXIII.

Problema de cubi duplicatione jam apud Antiquos adeo nobilitatum fuisse constat, ut omnibus temporibus summi viri in eo solvendo ingenium suum exercuerint. — Vid. *Nic. Th. Reimer*, Historia problematis de Cubi Duplicatione etc. Gottingae 1798. — *Montucla*, Histoire des recherches sur la quadrature du cercle avec une addition concernant les problèmes de la duplication du cube et de la trisection de l'angle. Paris 1754. — *Kluegels* Mathematisches Woerterbuch, t. I, p. 721 sqq. *Cf. Mathias* Erlaeuterungen t. II, p. 168 sq. Partheno-

poli 1814—1815. Qui hoc problema jam antiquitus diversis modis solvere conati sunt, eos laudavit *F. J. Goebel*, Elementis Geometriae, § 407.

§ XXXIV.

Problema de Cubi duplicatione ab Hippocrate Chio ad aliud reductum est, nempe ad illud de inveniendis duabus mediis proportionalibus *inter duas rectas datas* (Vid. *Reimer* de Cubi duplicat. p. 22). Si enim inter duas rectas A et B duae mediae proportionales sunt p et q ita ut sit:

$$A : p = p : q = q : B,$$

erit $q = \frac{p^2}{A}$, unde $q^2 = \frac{p^4}{A^2}$; deinde etiam $q^2 = pB$, unde $\frac{p^4}{A^2} = pB$, et $p^3 = A^2B$: Si igitur ponamus $B = 2A$ erit $p^3 = 2A^3$. *Hinc sequitur: Si A est acies cubi cujusdam et inter A et 2A duae mediae proportionales p et q inventae sunt, prior harum proportionalium, p, erit acies cubi, cujus volumen duplex est voluminis cubi aciei A; erit nimirum* $p^3 = 2A^3$.

§ XXXV.

Sint duae rectae AB et BC (fig. I), inter quas duae mediae proportionales inveniendae sint.

Primo perpendiculariter sibi in extremitatibus suis insistant AB et BC, deinde sit $AB = a$, $BC = b$, et ex § I describatur curva; producatur BC inde ex B usque ad intersectionem curvae in puncto S, postremo determinetur punctum S constructione § I, ita ut ASU et SUC sint anguli recti; tunc erunt BS et BU mediae proportionales quaesitae inter AB et BC. Nam habemus:

$$AB : BS = BS : BU,$$

et

$$BS : BU = BU : BC,$$

igitur

$$AB : BS = BS : BU = BU : BC.$$

§ XXXVI.

Est itaque (ex § XXXIV) $\overline{BS}^3 = \overline{AB}^2 . BC$, et si $BC = 2AB$, erit $\overline{BS}^3 = 2\overline{AB}^3$. Si igitur cubus aciei A duplicandus sit, sumemus $A = a$, et $2A = b$; tum ex § I describemus curvam nostram, et producemus b usque ad intersectionem curvae. Sic obtinebimus ordinatam pro abscissa $= a$, quae ordinata est acies duplicis cubi. *Sic vero Problema Deliacum ope curvae nostrae solutum est.*

§ XXXVII.

Hoc idem, *sine praevia inventione duarum mediarum proportionalium* inter a et b, ex ipsa aequatione curvae erui potest. Fuit nimirum § II

$$x^3 + xy^2 - axy - by^2 = 0;$$

ponamus in hac aequatione $y = a$, tunc habebimus

$$x^3 + a^2x - a^2x - ba^2 = o,$$

inde $x^3 = ba^2$, et posito $b = 2a$, erit $x^3 = 2a^3$, hac autem ratione problema deliacum solutum est.

Vix nobis monendum est, si ponamus $b = 3a$, nos obtinere $x^3 = 3a^3$, et pro $b = Na$ etiam $x^3 = Na^3$, sicque cubum triplicari, quadruplicari aut ad libitum multiplicari posse.

Cum vero etiam pro $b = \frac{1}{2}a$ prodit $x^3 = \frac{1}{2}a^3$, et pro $b = \frac{1}{N}a$ etiam $x^3 = \frac{1}{N}a^3$, sequitur cubum eodem modo numero quolibet imminui posse.

§ XXXVIII.

Problemate duplicandi cubi soluto ad aequationis cubicae constructionem geometricam transeamus.

Aequationem geometrice construere nihil aliud est, nisi radices ejus lineis rectis repraesentare, sive lineas rectas invenire, quarum quantitates ratione alicujus unitatis linearis, aequivalent aequationis radicibus.

§ XXXIX.

Antequam ad constructionem aequationum ope curvae nostrae nos accingamus, haec in antecessum esse monenda

videntur. Vidimus ovalem curvae partem in ea parte lineae YY' esse, in qua parte est linea b.

Hanc partem habuimus negativam, et proinde ordinatas, quae ad ovale pertinent, ordinatas negativas; quia vero in hac eadem parte b nobis fuit quantitas positiva, sequitur, si imposterum obtineamus $-b$, tunc b cum ovali in partem positivam lineae YY' cadere, et ordinatas ad ipsum ovale pertinentes esse positivas.

§ XL.

Ut aequatio tertii gradus ope curvae nostrae construi possit, necesse est, ut secunda dignitas quantitatis incognitae in ea non adsit; nam ejusmodi aequatio reducenda est ad aequationem (1), quam § II pro curva invenimus, et in qua similiter secundum membrum deest. Haec autem sic quoque exprimi potest,

$$x^3 - (ay - y^2)\,x - by^2 = o,$$

et sic construendae aequationi cubicae potissimum inserviet.

Jam detur aequatio:

$$x^3 - 31x - 30 = o.$$

Quodsi hanc aequationem ad aequationem curvae reducere velimus, erit

$$ay - y^2 = 31, \text{ et } by^2 = 30; \text{ igitur } a = \frac{31 + y^2}{y}, \text{ et } b = \frac{30}{y^2},$$

atque si accipimus $y = 2$, erit $a = 17\frac{1}{2}$ et $b = 7\frac{1}{2}$; sit itaque $AB = a = 17\frac{1}{2}$, et $BC = b = 7\frac{1}{2}$ (fig. III). Cum his lineis describamus curvam, qua descripta sumamus $AD = y = 2$, et per punctum D ducamus GF perpendicularem ad AB, qua perpendiculari curva in punctis G, E et F intersecatur; sic vero habemus GD, DE et DF tres radices aequationis datae, quarum prima positiva $= +6$; secunda et tertia negativae sunt, $= -1$ et -5.

Proponitur aequatio:

$$x^3 - 52x + 96 = 0.$$

Hic est $ay - y^2 = 52$, $-by^2 = 96$, sive $by^2 = -96$, unde $\frac{52 + y^2}{y} = a$, et $b = -\frac{96}{y^2}$; posito $y = 4$, erit $a = 17$, et $b = -6$. Sit itaque $AB = a = 17$, $BC = b = -6$ (fig. III), et describatur curva; tum vero sumpto $AD = y = 4$ per punctum D ducatur perpendicularis GF ad AB, quae curvam in punctis G, E et F transgreditur, sic obtinemus DF, DE et DG radices aequationis datae; binae priores $DF = 6$ et $DE = 2$ positivae sunt, quia pro negativo b ordinatae ad partem ovalem positivae sunt (§ XXXIX); DG vero negativa $= -8$.

Data sit aequatio:

$$x^3 - 27x - 54 = 0$$

In ea habentur, $ay - y^2 = 27$, et $by^2 = 54$; itaque pro $y = 3$ est $a = 12$, et $b = 6$; si igitur $AB = a = 12$, et $BC = b = 6$ (fig. IV), curva describitur, et deinde, sumto $AD = y = 3$, recta FE sub angulis rectis cum AB per punctum D ducitur, quae recta FE ovale in E tangit et ramum AFG in puncto F intersecat; habebimus binas aequales radices negativas, $DE = DE = -3$, et tertiam positivam $DF = 6$.

Quodsi perpendicularis FE curvam non nisi in uno puncto intersecaret, aequatio data unam tantum radicem realem haberet, quae res clarius intelligetur data aequatione

$$x^3 - 24x - 72 = 0,$$

ubi est $ay - y^2 = 24$, et $by^2 = 72$, igitur pro $y = 4$, erit $a = 10$, et $b = 4\frac{1}{2}$.

Si igitur $AB = a = 10$, $BC = b = 4\frac{1}{2}$ (fig. VII), et descripta curva, $AK = 4$ sumitur; perpendicularis IKZ curvam non nisi in puncto I intersecat, et obtinemus unam aequationis datae radicem realem positivam $IK = b$, binae vero reliquae $x = -(3 - \sqrt{-3})$, et $x = -(3 + \sqrt{-3})$ negativae et imaginariae sunt.

Similiter in data aequatione

$$x^3 + 15x + 72 = 0$$

est $ay - y^2 = -15$ et $by^2 = -72$: unde acquiruntur $a = \frac{-15 + y^2}{y}$, $b = -\frac{72}{y^2}$, et pro $y = 6$ erit $a = 3\frac{1}{2}$, atque $b = -2$; si igitur pro $AB = a = 3\frac{1}{2}$ et $BC = b = -2$ (fig. V) curva describitur, et, sumpto $AD = y = 6$, per D perpendicularis EZ ducitur, obtinemus unam radicem realem negativam $DE = -3$, binae

autem reliquae $x = \frac{3}{2} + \sqrt{-21,75}$, et $x = \frac{3}{2} - \sqrt{-21,75}$ imaginariae sunt.

Hac aequationum construendarum ratione obtinetur etiam valor integer radicum irrationalium, quam rem addito uno tantummodo exemplo monstrabimus.

Detur itaque aequatio :

$$x^3 - 30x - 36 = 0;$$

tunc est $ay - y^2 = 30$, et $by^2 = 36$, unde, pro $y = 6$, prodeunt $a = 11$, et $b = 1$.

Si itaque $AB = a = 11$, $BC = b = 1$ (fig. VI), deinde curva descripta sumitur $AD = 6$; tunc acta per D perpendicularis GF curvam in punctis G, E et F intersecat, quo obtinemus primo radicem positivam $DG = 6$, et deinde duas radices negativas irrationales, $DE = -(3 - \sqrt{3})$, et $DF = -(3 + \sqrt{3})$.

Sic ope curvae nostrae quamlibet aequationem tertii gradus, in qua secundum membrum deest, construi posse intelligitur. Si vero secundum membrum non desit, hoc, antequam aequatio construi potest, eliminandum erit.

§ XLI.

Perventum est denique ad anguli obliqui trisectionem.

Geometriae elementis angulum quemlibet bisecare, et angulum rectum etiam trisecare possumus; trisectio autem anguli cujuslibet utrum iisdem elementis Geometriae perfici possit, nos saltem adhuc ignoramus : eam vero sectionibus conicis et conchoïde in Geometria sublimiori facile fieri, vix quisquam erit, quin meminerit.

Hoc loco igitur nobis quoque monstrandum est, quomodo ope curvae nostrae angulus quilibet trisecari possit.

§ XLII.

Datus igitur sit angulus DBF trisecandus. Ex vertice B radio $BF = 1$ describamus arcum circularem (fig. VIII). Sit DG perpendiculum ad BF, tunc erit $DG = \sin. DBF = m$, aut $DG = m = \sin. \text{arc}. DHF$. Jam ponamus esse arcum $FI = \frac{1}{3} DHF$, tunc erit $IK = x = \sin. \frac{1}{3} DHF = \sin. \text{arc}. IF$; arcus DHF autem $= 3$ arc. IF, et $\sin. DHF = \sin. 3\text{arc}. IF$.

Jam vero pro radio $= 1$ est $\sin. 2a = 2 \sin a \cos. a$; $\cos. 2a = \cos.^2 a - \sin.^2 a$; $\sin. (a + b) = \sin. a \cos. b + \cos. a \sin. b$, igitur $\sin. (2a + b) = 2 \sin. a \cos. a \cos. b + (\cos^2 a - \sin^2 a) \sin b$, et posito $b = a$ erit $\sin. 3a = 2 \sin. a \cos.^2 a + \cos.^2 a \sin. a - \sin.^3 a$; cum vero $\cos.^2 a = 1 - \sin.^2 a$, sequitur $\sin. 3a = 2 \sin. a - 2 \sin.^3 a + \sin. a - \sin.^3 a - \sin.^3 a$, sive $\sin. 3a = 3 \sin. a - 4 \sin.^3 a$. Sic similiter erit : $\sin. 3IF = \sin. DHF = m = 3 \sin. IF - 4 \sin.^3 IF$.

Et cum sin. IF = IK = x, erit $m = 3x - 4x^3$, igitur
$$x^3 - \tfrac{3}{4}x + \tfrac{1}{4}m = o.$$

Quodsi hanc aequationem cum aequatione curvae nostrae $x^3 + xy^2 - axy - by^2 = o$, sive $x^3 - (ay - y^2)x - by^2 = o$ comparaverimus, erit $ay - y^2 = \tfrac{3}{4}$, et $by^2 = -\tfrac{1}{4}m$, igitur $a = \dfrac{3}{4y} + y$, et $b = -\dfrac{m}{4y^2}$; sumpto jam $y = \tfrac{1}{2}$, erit $a = 2$, et $b = -m$. Nunc vero construamus aequationem $x^3 - \tfrac{3}{4}x + \tfrac{1}{4}m = o$ perinde ac § XL fecimus : producamus nimirum BF inde ex F ita ut AF = BF, tunc erit AB = a = 2; ex B erigamus perpendicularem BC = b = $-m$; *his ita constitutis* describamus curvam nostram AMNO, et sumptis AL = y = $\tfrac{1}{2}$, AF = $\tfrac{1}{2}$, per punctum L agamus perpendicularem NO, quo obtinebimus tres valores pro quantitate x, nempe LM, LN et LO. Ut autem intelligamus, quid sibi hi tres diversi valores velint, haec consideremus : Sinus arcus cujusdam DHF = s quatuor arcuum sinus est. Posita semiperipheria = p, hi quatuor arcus ejusdem sinus m erunt, s, $p - s$, $p + s$, et $2p - s$. Hinc necessario sequitur, sin $\tfrac{1}{3}s = x$ hos quatuor valores habere posse : sin. $\tfrac{1}{3}s$, sin $\tfrac{1}{3}(p - s)$, sin $\tfrac{1}{3}(p + s)$, et sin $\tfrac{1}{3}(2p - s)$; arcus autem $\tfrac{1}{3}(2p - s)$ supplementum est arcus $\tfrac{1}{3}(p + s)$, nam $\tfrac{1}{3}(p + s) + \tfrac{1}{3}(2p - s) = p$; igitur hi duo eundem habent sinum; unde sequitur valorem sin. $\tfrac{1}{3}(2p - s)$ eundem esse ac valorem sin. $\tfrac{1}{3}(p + s)$, et proinde non nisi tres diversos valores dari. Hos constructione nostra obtinuimus, LM = sin $\tfrac{1}{3}$DHF, LN = sin $\tfrac{1}{3}(p -$ DHF$)$, et LO = sin $\tfrac{1}{2}(p +$ DHF$)$.

Hunc valorem postremum hic negativum obtinuimus, licet $\tfrac{1}{3}(p +$ DHF$)$ semper minor sit quam p, et proinde sinum habeat positivum; sed hoc nihil facit ad rem, cum hîc tantummodo de quantitate lineari sinus, neque vero de natura ejus positiva aut negativa quaeratur.

Nunc denique per puncta M, N et O agamus cum AB parallelas, quae arcum circularem in punctis I, H et P intersecabunt; demittamus ex his punctis ad AB perpendicula IK, HQ et PR, tunc habebimus IK = LM = sin. $\tfrac{1}{3}$ DHF, igitur IF = $\tfrac{1}{3}$DHF et angulus IBF = $\tfrac{1}{3}$DBF, itaque *angulus* DBF *trisectus est.* Porro habebimus HQ = sin $\tfrac{1}{3}(p -$ DHF$)$ = sin $\tfrac{1}{3}$(2R − DBF); proinde HIF = $\tfrac{1}{3}(p -$ DHF$)$, et angulus HBF = $\tfrac{1}{3}$(2R − DBF), id est, HBF tertia pars erit supplementi anguli DBF, similiter denique angulus FBP = $\tfrac{1}{3}$(2R + DBF), et angulus FBS = $\tfrac{1}{3}$(4R − DBF).

Si itaque angulus HBI (fig. III) fuerit trisecandus, describamus ex B radio BI = 1 arcum circularem, producamus BI ex I ita, ut sit AB = 2BI = 2 = a; in B erigamus perpendiculum BC = − sin. HBI = − HK = b, tunc describamus curvam, et, sumpto AL = $\tfrac{1}{2}$ AI = $\tfrac{1}{2}$, per punctum L agamus perpendicularem NP, quae curvam in punctis M, N et P intersecat. Ducta jam per M parallela cum AB, obtinebimus IO = $\tfrac{1}{3}$ HOI, et angulus OBI = $\tfrac{1}{3}$ HBI, sic vero *problema trisectionis anguli solutum est.*

Cum hic forte angulus HBI sit 45°, cujus supplementum


$= 135^\circ$, et tertia pars supplementi iterum 45°, necesse est, ut ducta per N parallela NH arcum circularem in H intersecet, ut sit angulus $HBI = \frac{1}{3}(2R - HBI) = \frac{1}{3}(180^\circ - 45^\circ) = 45^\circ$.

Ex iis, quae modo disputata sunt, colligimus: si angulus obtusus nobis fuerit trisecandus, tunc trisecto ejus supplemento acuto, adhibeamus secundum valorem pro x loco primi valoris; et obtinebimus sinum tertiae partis anguli obtusi, ideoque ipsam tertiam partem ipsius anguli obtusi. Si autem trisecandus esset arcus dimidia peripheria major; tunc subtracta ab ipso semiperipheria residuum trisecaremus, et adhibito tertio valore quantitatis x facile inveniremus tertiam partem hujus arcus. Cum vero tertio valori quantitatis x duo arcus respondeant, ut (fig. VIII) arc. FP et arc. FPS, prior sumendus erit, quando arcus trisecandus erat $= p + s$, posterior vero, quando arcus erat $= 2p - s$, p nimirum semiperipheriam et s arcum minorem quam 90° significantibus.

HAEC VERO HACTENUS.

Tabl. I.

Fig. XI.



X.

Fig. I.

Fig. IX.






Fig. X.



x

Delineavit F. Comes ab Bylandt

Tabl. II.



Tabl. I.

Fig. I.

Fig. IX.




Fig. X.







Fig. XI.





Delineavit F. Comes ab Bylandt


Tabl. II.

















Del. F. comes ab Rylander